BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
17 I
28

12 B 9 20

EPITOME

OMNIVM RERVM ET SENTENtiarum,

quæ annotatu dignæ in Commentariis Galeni in Hippocratem extant, per Andream Lacunā Secobienſem, Medicum Iulij III. Pontif. Max. in Elenchum minimè pœnitendū digeſta.

Cui acceſſere nonnulla Galeni Enantiomata, per eundem Andream Lacunam ſummo ſtudio collecta.

Di Gennaro Iannelli



BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA

LVGDVNI,

Apud Guliel. Rouillium, ſub ſcuto Veneto,

M. D. LIIII.

Cum Priuilegio Regis.

12 17 I 28

Priuilegium Regis ad calcem hu-
ius voluminis appoſi-
tum eſt.

CLARISSIMO VIRO, D. D. Ioanni Furtado à Mendozza, apud Venetos Oratori Cæſareo longè digniſsimo, Andreas Lacuna S. P. D.

QVVM haud ita pridem ſub patrocinio tuo epitomen omnium Galeni operum in publicum edidiſſem, Vir clariſsime, pollicitus ſum ſtudioſis, breui etiam daturum me, Periochen, ac veluti ſummam quandam, commentariorum illius viri in Hippocratẽ. Quod promiſſum, tametſi meis viribus impar, ac propemodũ temerarium extitit, factum tamen eſt benignitate ſuperûm, vt non omnino vanum, aut irritum euaſerit. Siquidem quum primùm applicui Romam, ex priori fœtura illa adhuc totus anhelabundus, ad edendum ſecundum partum me accinxi: collatíſque exemplaribus Latinis cum Græcis, vniuerſas memoratu dignas ſententias, quæ in Galeno ſupra Hippocratem extant, ſumma fide contraxi, contractáſque, in Elenchum minimè pœnitendum digeſsi, vt omnibus medicinæ ſtudioſis enchiridij inſtar forent. Quantum autem laboris ac tædij mihi exhaurien dum fuerit, hoc inſigne ſaxum dum voluerem, iudicent eruditi, qui abunde norunt, quàm arduũ & laborioſum ſit, accuratum aliquem Indicem condere, vel vocula-

rum tantùm,nedum ſententiarum. Quòd ſi hac in re iudiciis delicatioribus omni ex parte ſatis non fecerim,à culpa reddet me immunem magnitudo negotij ſuſcepti: quandoquidem(vt non minùs verè,quàm eleganter,ait ille) ἀρκεῖ ἐν μεγάλοις καὶ τὸ θέλημα μόνον. Hoc autẽ quicquid eſt vigiliarum,dicare Amplitudini tuæ ſtatui, exiſtimans operæpretium fore, ſi qui abs te cumulatus plurimis ac magnificis beneficiis receſſi,hoc ſaltem argumento,licet tenui,teſtarer quandam animi gratitudinem,propenſionémque erga tuam dignationem.Ea quippe humanitate ac beneuolentia me excepiſti, exceptúmque tractaſti, quandiu apud te cõmorari Venetiis licuit,vt planè totum eripueris me mihi. Superuacaneũ autem impræſentiarum videtur,quicquam dicere de ſingulari prudentia tua, temperantia inſigni, admirabili continentia,multiiuga eruditione,rara in dicendo facundia,cæteriſque heroicis virtutibus tuis,quas in te vno ſitas,illuſtratáſque ſplẽdore & claritudine generis,vniuerſi hodie admirantur:quæq; adduxerunt Diuum Carolum Quintum Cęſarem,vt cum maximo bonorũ omnium applauſu,& nihil eiuſmodi ambientem,præficeret iſti tam graui muneri Oratoris,quod in ampliſſimo iſto Senatu Veneto tanta cum laude adminiſtras, vniuerſáque Orientis arcana tuæ fidei,ac ſapientiæ concrederet.Hos itaq; qualeſcũq; labores meos,ſub ſplendore nominis tui prodeuntes,hilari fronte ſuſcipito,ſuſceptóſq; contra vipereos vitilitigatorum morſus defendito. Vale.Romæ IIII. *Cal. Feb.* 1551.

Ad Can

Ad Candidum Lectorem.

EMITTIMVS tandem in tuũ vſum, Candide Lector, omnes Commentariorum Galeni in Hippocratem memoratu dignas ſententias, in Elenchum Indicémque adeò accuratum digeſtas, vt cuiuſuis præcipuæ dictionis nominatiuus, ſemper ferè genitiuũ præcedat: hic datiuum: datiuus accuſatiuum: ac ſic deinceps: annotatis inſuper locis omnibus, vnde illæ deſumptæ fuerint. Quum legeris igitur, exempli gratia, Com. in Aph. 1. lib. 6. intelliges ſententiam illam haberi Commẽtario in Aphoriſmum primum libri 6. Quum videris ſcriptum Com. 2. in lib. de Offi. cap. 29. petenda ſententia illa eſt, ex capite vigeſimonono Commentarij ſecundi in librum de Officina medica, quem Hippocrates vocat κατ' ἰητρεῖον. Similiter vbi legeris, Prorrh. vel Progn. vel de Art. intelliges librum Prorrheticorum, Prognoſticorum, ac de Articulis. Siquidem breuitatis ſtudio adducti, noluimus paſsim integram dictionem apponere.

Porrò libellos contra Lycum & Iulianum, olim à noſtra illa Epitome excluſimus, vt eos in hanc ſecundam editionem reſeruaremus: quandoquidem in ipſis Galenus interpretatur Hippocratem, eúmque aduerſus Lyci & Iuliani rabiem tuetur.

Iam verò ordo & numerus capitum relegat te ad

eam Galeni editionem , quæ in viij. claſſes digeſta, ſub forma viij. fuit Venetiis excuſa, ídque induſtria Victoris Trincauelij, anno 1541. quam nimirum dum hæc conderemus, vnà cum codicibus Græcis ſemper habuimus præ manibus.

Nihil autem eſt, quòd te admoneam, ſynonimorum in perquirendis ſententiis maximam eſſe habendam rationem: quum ipſe per te abunde intelligas, ſub multis ac variis nominibus poſſe plurima inueſtigari. Synonima enim voco diuerſa nomina, quæ vnam eandémque rem conſignificant: qualia ſunt Iecur, Hepar: Splen, Lien: Phlebotomia, Venæ ſectio, ſanguinis miſsio: Pleuritis, Lateralis morbus: Epilepſia, Morbus comitialis, Herculeus morbus, Caducus morbus, &c.

Fruere itaque hoc quantulocunque labore noſtro, in tuam gratiam ſuſcepto, & ſi quid videatur aut minùs aptè tractatum, aut incultiùs diſpoſitum, fragilitatis humanæ minimè obliuiſcaris. Vale.

EPI

EPITOME COMMENTARIORVM GALENI

in Hippocratem, ab Andrea Lacuna Secobienſi Medico Pontificio, in Elenchi formam digeſta.

ABDOMINIS *muſculi ſunt octo numero.* Com.3.in Prorrh.ca.52.

Abluere probè, febrili diſpoſitioni, neque ut contrarium, neque ut familiare auxilium unum, utile exiſtit: ſed tanquam ſymptomatis alicuius emendatorium. Cō.1. in lib. de Rat.uic.in mor.ac.ca.18.

Abortiunt mulieres, cùm uehementer ſalierint, aut fuerint horrendum aliquid conſpicatæ, aut ex dolore, uel cruditate inſigni, uel medicato aliquo cibo, uel puri medicamenti potione, uel ex miſſione ſanguinis, uel ex alia ſimili euacuatione. Cō. 2.in lib.3.Epid.cap.8.

Abortum, ſi propter aliam cauſam, & non ob alimenti penuriam fiat, omnino præcedet mammarum gracilitas. Com.in Aph.53.lib.5.

Abhorſus fit propter uehementes atque frequentes exurrectiones, ob omneſq; alias fortes motiones, doloréſque. Cō. in Aph.27.lib.7.

Abſceſſus, qui ex decumbendo fit, maximè in diuturnis accidit morbis. Com.2. in lib.1. Epid.cap.39.

Abſceſſus adfert iudicationem, ægrúmque à moleſtijs omnibus liberat. Cō. 4. in lib.

de Ra.uic.in mor.ac.ca.68.

Abſceſſus, ſiue ἀπόςημα *uocatur confluxus ſanguinis in aliquam uacuitatẽ mediam, quandiu nulla apertio eruptióue in externa ſuperficie contigerit.* Com. 2. *in lib.de Offic.cap.26.*

Abſceſſum nullum eſſe utilem ante morbum concoctum. Com.1.*in lib.3.* Epid.*cap.5.*

Abſceſſum ſecundùm Hipocratem *fieri non ſolùm decumbentibus humoribus in aliquam partem, ſed effluentibus etiam.* Com.2. *in lib.1.* Epid.*cap.8.*

Abſceſſum etiam dici ab Hippocrate, *cùm unus morbus tranſit in alterum.* Com. 2. *in lib.1.*Epid.*cap.21.*

Abſceſſum haudquaquam requirit morbus, quoties per excreationẽ purgatur. Cõ. 2.*in* Prognoſtica, *cap.63.*

Abſceſſu iudicatorio apparente, coniectandum eſt crudum eſſe morbum, atque diuturnum. Cõ. 1.*in lib. 6.* Epid. *cap.16.*

Abſceſſus cataplaſmatis calfacientibus, & humectantibus maturandi ſunt. Com.1. *in lib.de Offic.cap.29.*

Abſceſſus ſurſum uergẽtes plerunq; ſunt moleſtiores, quòd ſuperna membra, ſi affecta ſint, quàm inferna, maius diſcrimen afferant. Cõ. 2. *in lib.6.*Epid.*cap.14.*

Abſceſſus ſolent ſæpe euenire in diuturnis morbis. Com.4. *in lib.6.*Epid.*cap.1.*

Abſceſſus non conſiſtunt per morbos bilioſos. Com. 2. *in* Prognoſtica,*cap.65.*

Abſceſſus in morbis diuturnis ad infernas ſedes erumpunt, ob frigus, craßitudinémque materiæ, ac uirium imbecillitatem. Com.2.*in* Prognoſtica,*cap.34.*

Abſceſſus in acutioribus morbis iuxta auriculas ſolent erumpere. Com. 2. *in* Prognoſtica,*cap.34.*

Abſceſſus per effluxum facti, ſunt ſalubriores: qui uerò decumbente humore in aliquam partem, minùs commodi: atque horum ipſorum remotißimi quidem à loco affecto

affecto, decumbentéſque in partes ignobiliores, exiſtunt boni: contrarij horum, ſunt mali. Com. 3. in lib, 1. Epid. cap. 1.

Abſceſſus ad articulos fiunt ijs, qui antea illos defatigarunt, & qui quouis modo morboſa laßitudine laborarunt: & quibus craſſorum humorum colluuies longo tempore accumulata eſt. Com. in Aph. 74. lib. 4.

Abſceſſus deligationem nõ poſtulant, niſi ut ea inſeruiat medicamentis. Com. 2. in lib. de Offi. cap. 29.

Abſceſſus rarò illis eueniunt, qui cum rigore febricitant. Com. 1. in li. 6. Epid. cap. 10.

Abſceſſuum omnium commune exiſtit, quòd ægro diutius trahenti accidant. Com. 3. in Prorrh. cap. 65.

Abſceßibus confert, nullum habere orificium, donec maturuerint. Cõ. 2. in lib. de Offi. cap. 29.

Abſceßibus confert, ut quoad maturuerint, nullus ex eis humor effundatur. ibidem.

Abſceſſus uocari ab Hippocrate etiam per effluxum euacuationes. Com. 2. in lib. 1. Epid. cap. 35.

Abſceſſus uocari ab Hippocrate, qui excretione ſunt facti noxiorum humorum, nedum qui decubitu. Com. 1. in lib. 3. Epid. cap. 4.

Abſceſſus, qui ex locis ſuperioribus, in eos qui ſunt infra umbilicum, fiunt, laudari ab Hippocrate: contrarios autem, damnari. Commentar. 1. in librum 6. Epidem. cap. 16.

Abſceſſus per morbos graſſantes ortos, eſſe uitio uertendos. Cõ. 2. in Prorrh. cap. 6.

Abſceſſus tunc eſſe bonos, cùm morbi circuitus ad infernas corporis partes inſigniter deuoluitur. Cõ. 3. in Prorrh. cap. 68.

Abſceſſus fieri, ubi magna copia crudorum humorum adeſt: qui parui ſi ſint, nihil conducunt: ſin magni, uires ijs non ſunt pares. Com. 2. in lib. 1. Epid. cap. 35.

Abſceſſus optimos eſſe, qui per

effluxum fiunt: proximos his, qui remotiſsimi à locis affectis decumbunt ad inferiores partes. Com. 3. *in lib.* 1. Epid. *cap.* 24.

Abſceſſus interdum ſumi ab Hippocrate *pro excretionibus.* Com. 3. *in lib.* 6. Epid. *cap.* 39.

Abſceſſus & Apoſtema, idem.

Abundantia prauorum humorum concitare omnem morbum poteſt, alium alio in corpore, pro eorum naturalibus differentijs, & diſsimili ratione uiuendi. Com. 3. *in lib.* 3. Epid. *cap.* 18.

Ακανθα. *inquire,* Vertebrarum *poſterior.*

Acceſsio in febribus intermittentibus poteſt, quod unica dies in continuis. Com. *in* Aph. 59. *lib.* 4.

Acceſsio quæ parua incrementa facit, longiùs diſtare futurum morbi uigorem indicat. Com. *in* Aph. 12. *lib.* 1.

Acceſsionis futuræ horam ſi præcognoſcamus, conducet ad temporum particularium cognitionem, in quibus cibus eſt dandus. ibidem.

Acceſsionis *ſtatus eſt, cùm totum corpus incaleſcit ex æquo.* Com. 1. *in lib. de* Rat. *uic. in morb. ac. cap.* 46.

Acceſsionis *declinatio fit perſpirante caliditate, ac medium corporis relinquente. ibidem.*

Acceſsionis *ſecundæ accrementum ad primam, conſpicitur in hora, qua fit acceſsio: in longitudine acceſsionis, & in magnitudine.* Cõ. *in* Aph. 12. *lib.* 1.

Acceſsionis *principium fit, uniuerſo calore corporis ad cor thoracémque concurrente.* Com. 1. *in lib. de* Rat. *uic. in morb. ac. cap.* 46.

Acceſsionis *incrementum fit, cùm calor paulatim ſeſe à centro ad extremas corporis partes expandit. ibidem.*

Acceſsionem *præcedens nox, in febribus omnibus, quæ alternis diebus inuadunt, exquiſitis tertianis exceptis, ſolet eſſe moleſtior: id quod ſi etiam in iſtis nonnunquam accidat, futuram ſequenti die iudica*

iudicationem indicat. Com. 2.*in lib.*6.Epid.*cap.*22.

*Acceſsionem interdũ ſumi pro deteriori tempore totius circuitus,quod eſt à primo inſultu,uſque ad uigorem.*Cõ. in Aph.12.lib.1.

*Acceſsione ingruente, habent peſsimè tum thorax,tũ uenter.*Com.1.*in lib.de* Rat.uic. *in mor.ac.cap.*46.

*Acceſsione urgente,nihil eſſe offerendum.*Cõ.*in* Aph.11.*li.*1.

Acceſsione ingruente, uel non multò pòſt futura, cauendũ eſt, ne nutriamus. Com. *in* Aph.19.*lib.*1.

*Acceſsione incipiente, calor naturalis totus,& humores, in profundum corporis ſe recipiunt.*Cõ. *in* Aph.1.*li.*2.

*Acceſsione inclinante,moderatiſsimè habent thorax, & uenter.*Com.1.*in lib.de* Rat. *uic.in mor.ac.cap.*46.

Acceſsiones,cùm per febres ardentes ſtatim à principio diebus paribus fiunt, interim ad ſextum diem peſsimam fore criſin ſignificãt: interim in longum producendum morbum. Ac *ſiquidem uehementer moueantur, quarta die uehementem habente acceſsionem, die ſexta moriuntur.* Com.2. *in lib.*1.Epid.*cap.*75.

*Acceſsiones melancholicæ ſunt quartanæ.*Com. *in* Aph.12. *lib.*1.

Acceſsiones tertianæ magna ex parte fiunt æſtate:quartanæ autumno: quotidianæ hyeme.ibidem.

*Acceſsiones præcipuè docent commoda tempora ciborum particulariũ, in ijs morbis, in quibus ipſæ ordinatim ob ueniũt.*Cõ.*in* Aph.19.*lib.*1.

*Acceſsiones ſemper una hora certa & ordinata inuadentes,morbi diuturnitatẽ ſignificant.*Cõ.*in* Aph.30.*lib.*4.

*Acceſsiones,quæ ob morbos uẽtris,uel hepatis, uel ſuppurationes,uel tabẽ fiũt,ſunt quotidianæ, magisq́; inuadunt ſub noctẽ.*Cõ.*in*Aph.12.*li.*1.

Acceſsiones numerantur per intermittentes febres, ad præcognitionẽ criſis, quemadmodũ numeramus dies per

continuas. Comm.3. in Prognoſtica, cap.7.
Acceſſionibus ſuſcipiĕtibus magna incrementa, fieri non poteſt, quin proxima ſit conſiſtentia morbi. Com. in Aph. 12. lib.1.
in Acceſſionibus fiunt criſes, quòd humores tunc uehementer moueantur, ac ueluti ebullientes erumpăt: quódq; id temporis ad excretiones impellatur natura. Com. 3. in lib.1. Epid. cap.13.
Accliuis figura dolorifica eſt. Cō.4. in lib. de Art. cap.38.
Accliuis figuratio ſtabilior & firmior eſt, atque à dolore remotior. Cō.3. in li. de Off. cap.23.
Accliuis ſitus dolorem excitat: eatenus autem ſectandus, ut nondum crus incipiat dolore affici. Cō.3. in li. de Frac. cap.27.
Acetabula dici ab Hippocrate, uaſorum ora, quæ in uterum deſinunt. Com. in Aph. 45. lib.5.
Acetabula dici eas cauitates oſſium, quæ & profundæ, & magnis ſupercilijs ſunt circunſeptæ. Com. 1. in lib. de Art. cap.22.
Acetum per coctu ram ad nocendum infirmius redditur. Cō. 3. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap.37.
Acetum melancholicis aduerſiſſimum eſt: picrocholis autē idoneum. Cō.3. in li. de Rat. uic. in mor. acu. cap.38.
Acetum ſuapte natura neruos offendit. Cō.3. in li. de Rat. uict. in mor. acu. cap.39.
Acetum acre fermĕtat terram, partes quaſdam eius attollens, ita ut ex terreſtri ſubſtantia, & humiditate ipſius aceti, & ſpiritu iam uaporoſo reddito, fiat compoſitum quid. Cō.2. in Prorrh. cap.39.
Acetum reddit efficaciora fomenta pleuritica. Com.2. in lib. de Ra. uic. in morb. acut. cap.5.
Acetum glutinoſos ſuccos ualet incidere. Cō.6. in lib. 6. Epid. cap.5.
Acetum ferit partes neruoſas. Cō.2. in lib. de Frac. ca. 29.

Acetum eſt frigidum. Com. 3. *in li.de* Rat. *uic.in mor.ac. cap.*18.
*Aceti uirtus per cocturam minuitur.*Com.3. *in li.de* Rat. *uic.in mor.ac.cap.*24.
Acetum formidandum eſſe in ſingultuoſa febre. Com. 4. *in li.de* Rat. *uict. in morb. ac.cap.*70.
Aceto utimur aduerſus thapſiam, refrigerandi gratia. Com.6.*in li.*6. Epid.*cap.*5.
*Achillis equos uoce humana loquutos fuiſſe.*Com. 3. *in lib.* 3.Epid.*cap.*74.
Achoras uel noſtris unguibus, uel duriore aliquo linteo, prius exaſperandas eſſe, ac mox medicaměto inungendas. Com.2. *in lib.*6. Epid. *cap.* 4.
*Aconitum ingeſtum nullam præſtare nobis poteſt utilitatem.*Com.6.*in li.*6. Epid. *cap.*5.
Acor humorum frigidus gignit immodicam cibi appetentiam. Com. 3. *in lib.* 6. Epid.*cap.*37.
Acria omnia calfaciunt, ut eruum,& fœnum Græcum. Com. 1. *in lib.de* Ra.*uic. in mor.ac.cap.*18.
Acrimoniam eſſe inſeparabilem à uehementer calfacientibus. Com. 3. *in lib. de* Ra. *uic.in mor.ac.cap.*2.
Acriſiæ uocabulum uſurpari ab Hippocrate, *cùm aut nulla criſis futura eſt, aut certè praua: in utroque autem ſignificato acriſias eſſe comites cruditatum in morbis.* Cō.2.*in lib.*1.Epid. *ca.* 45.
*Acritudo urinæ fit propter affectum renum: uel quòd talis ad ipſos peruênit ex uenis ſuperfluitas ſeroſa percolata.*Com.*in* Aph.58.*lib.*5.
Acromion, hoc eſt, ſummus humerus, cartilagineum eſt os, coniunctioni clauis, atq; ſcapulæ incumbens. Com.1. *in lib.de* Art.*cap.*62.
Acromion auulſum ſolet ſequi clauicula. ibidem.
Acromio auulſo, clauis ſi ſequatur illud, deorſum pellenda eſt.ibidem.
Actiones, earumq; affectus, in generatione ſuam eſſentiam

ſortiuntur: minimè autem, in habitu permanente, & ſtabili. Com.1. in lib.3. Epid. cap.4.

Actiones, lege Functiones.

Acuta febris putredinis humorum eſt comes. Com.1. in lib. 3. Epid. cap.2.

Acutam dici eam febrem, quæ cùm tertio quoque exacerbetur die, nullũ, uel exiguũ, interuallum ſortitur, quò uideatur æger ferè nihil febrire. Com.2. in lib.6. Epid. cap.22.

Acuties morbi continua plus quàm dies quatuordecim occupare non poteſt. Com. in Aph.23. lib.2.

Acutus dicitur morbus, qui extenditur uſque ad diem decimumquartum. Com. 3. in Prognoſtica, cap.10.

Acutus morbus cum magnitudine quadam, & continua febre intelligitur. Com. 3. in Prognoſtica, cap.10.

Acutiſsimus morbus ſoluitur quaternario primo. ibidem.

Acuti admodum morbi omnes accedere diebus imparibus aſſolent. Com.3. in lib.3. Epi. cap.36.

Acuti morbi præterquam quòd celeriter iudicantur, etiam magnitudinem habent. Cõ. in Aph.19. lib.7.

Acuti morbi omnes non poſtulant probè abluentia edulia. Com.1. in lib. de Rat. uic. in morb. acu. cap.18.

Acuti morbi ex calidiori materia ortum habent. Com.2. in Prorrh. cap.15.

Acuti morbi dicuntur, qui ſua ad finem uſque tempora citò pertranſeunt. Com.1. in lib.6. Epid. cap.8.

Acuti morbi ſunt, pleuritis, peripneumonia, & phrenitis. Cõ. in Aph.12. lib.1.

Acuti morbi per excretionem potius iudicari conſueuerũt. Cõ.2. in Prognoſtica, ca.65.

Acuti morbi ſunt magni, & ad ſuum uigorem quàm celerrimè properant. Cõ. in Aph. 23. lib.2.

Acuti morbi ſunt, qui ſoluuntur quartodecimo die. Com. 1. in Prognoſtica, cap.25.

Acuti morbi neceſſariò habent

comites febres.Com.in Aph. 7.lib.1.
Acutiſsimi morbi bilioſiſsimi ſunt.Com.3.in Prognoſtica. cap.32.
Acutorum morborum alij ſimpliciter acuti dicuntur: alij ex conuerſione. Com. 1. in Prognoſtica,cap.25.
Acutorum morborum terminus eſt quartusdecimus dies.Cō. in Aph.59.lib.4.
Acutorum morborum perpauci ſunt,quibus non adſit febris. Com.in Aph.19.li.2.
Acutorum morborum indicationes non produci ultra quartumdecimum diem.Cō. in Aph.23.lib.2.
Acutorum morborum natura eſt,ut ipſorum febres ſint cōtinuæ.Com.1.in lib.de Rat. uic.in mor.ac.cap.18.
Acutorum morborum febres omnino continuæ exiſtunt. Com.in Aph.19.lib.2.
Acutorum morborum inæquales motus habentium, hoc eſt, quorum acrimonia remittitur, multos productos fuiſſe ultra quartūdecimum diem.Com.in Aph.23.lib.2.
Acutorū morborū hi ſimpliciter acuti,illi peracuti uocātur. Cō. 3.in Prognoſtica,ca.10.
Acutorum morborū natura eſt duplex:alij enim à ſolis humoribus calidis,ijsq́; non in parte aliqua fixis,ſed æqualiter per uniuerſum oberrantibus corpus,gignuntur:alij ab aliqua particula affectu ducunt originem. Com. in Aph.19.lib.2.
Acutos ſimpliciter uocaſſe morbos Hippocratem,quicunq; intra diem quartumdecimū integrè iudicantur. Com.in Aph.23.lib.2.
Acutos morbos ex decidētia uocari,quicūq; iudicati imperfectè,ſeruantur ad aliquē iudiciariū diē,à quartodecimo uſq; ad quadrageſimū.ibid.
Acutos morbos neceſſariò comitantur febres continuæ. Com.in Aph.30.lib.5.
Acutos morbos abſq; febre,eſſe epilepſiā,apoplexiā,cōuulſionem,& tetanum.ibidem.
Acutos morbos uocari ab Hippocrate,quorum febres omnino

nino continuæ ſunt. Com.in Aph.1.lib.7.
Acutiſsimos dici ab Hippocrate morbos eos,qui in exiguo iudicantur tempore.Com.3. in lib.1.Epid.cap.3.
Acutis morbis ſunt contrarij diuturni. Com. 1.in Progn. cap.25.
Adenes ſunt natura apti ad excipiendas ſuperfluitates.Cō. in Aph.26.lib.3.
Adenum natura exanguis eſt, atque frigida. Com.in Aph. 40.lib.5.
Adeps extra corpus proceſſu temporis, priorem colorem mutat,ſubcroceúſque redditur.Com.2.in Progn.ca.21.
Adipes colliquati in cæteris corporis partibus,paulatim,& non confertim cum urina excernuntur:adipis uerò circa renes ſoluti tranſſumptio ad urinas celerrima eſt,& non paulatim,ſed ſimul atque cōfertim perficitur.Cō. in Aph.35.lib.7.
Adoleſcentuli ob ætatem non ob uitæ inſtitutum,ſunt calidi. Com.1.in lib.1. Epid. cap.11.
Adoleſcentium ætas eſt,quæ ab anno decimooctauo uſque ad uigeſimumquintum, extenditur.Com.in Aph.9.lib.5.
Adoleſcentium ætas eſt calida, & ſicca.Com. in Aph.45. lib.2.
Adoleſcētium ætas medium obtinet locum inter pubertatem, & conſiſtentis ætatis uigorem. Com. in Aph.29. lib.3.
Adoleſcentium ætas eſt omnium ætatum optima.Cō.in Aph. 18.lib.3.
Adultorum ætas eſt calida, & ſicca. Com.in lib.de Salub. diæta,cap.7.
Aeger,ſi ſit audiens Medico, efficitur ſocius illi, ut hoſtis morbo: contrà uerò,ſi Medici iuſsis non audiat. Com. 2.in lib.1.Epid.cap.51.
Aeger facilè obtemperabit præceptis Medici,ſi certò credat ſe inde relaturum inſignem quandam utilitatem. Com.4.in lib.6.Epid.ca.8.
Aegri corpus,ſi pleriſque aliorum quæ rectè ualent,ſit ſimile,

mile, nulli prauo affectui eſt obnoxium. Com. 1. in lib. de Off. cap. 1.

Aegri mores noſcendos eſſe. Cõ.2.in lib.6.Epid.c.43.

Aegri naturam pernoſcendã eſſe. Com.3.in lib.6.Epid. cap.20.

Aegro aßidcant, ac ipſius curam habeant ij, quorũ conſuetudine ipſe oblectetur quàm maximè. Com.4. in lib.6.Epid.cap.8.

Aegro prudenti, nec timido, omnia exponenda eſſe, quæ in morbo euẽtura ſperamus. Cõ.2.in lib.6. Epid.c.42.

Aegro imprudenti, timidóq;, omnia dicito, quibus ipſum futurum firmiori animo ſperas: ita tamen, ut neq; mentiaris plurimum. ibidem.

Aegro, ſi quando cogaris certam polliceri ſalutem, ob nimiam eius formidinẽ, egreſſus, illis ſaltẽ, qui ipſius curã gerũt, uera exponito. ibidẽ.

Aegro nunquã pollicearis ſalutem, niſi addideris, ſi ille in omnibus rectè ſe habuerit, præceptisq; Medicorum obſecundarit. ibidem.

Aegri ijs, quos libentius aſpiciunt, magis ſe obedientes præſtant. Com.4. in lib.6. Epid.cap.8.

Aegri omnes nõ à ſola uictus ratione curantur. Com.1. in lib. de Rat. uic. in mor. acut. cap.17.

Aegri plurimùm confidentes, ac ſi in nullo uerſentur diſcrimine, non admodum obſecundant Medicis. Com. 2. in lib.6. Epid.c.42.

Aegros nonnullos adeò eſſe timidos, ut antequã ſecti ſint, dũ uidelicet futurũ dolorem expectant, deficiant animo: ac proinde illos eſſe à chirurgo fallendos. Com.1. in lib. de Off.c.13.

Aegros aliquot Pergami à Deo admonitos, abſq; potu ad quintũdecimũ uſq; diem perſtitiſſe, atque ita ſanatos fuiſſe. Cõ.4. in li.6. Epi.c.8

Aegrotos plures reſtitui, quã interire. Cõ.in Aph.13.li.2.

Aegypti loca recedentia à mari, calida eſſe, & ſicca. Cõ.in Aph.14.lib.3.

Aegyptij quæcunq; artiū inuenta à publico peritorum hominum collegio approbata, inſcribebant columnis, quæ in locis quibuſdam ſacris repoſitæ erant. Galc. contra Iulianum.

Aequale dicitur aliquid, quoties totum eſt ſimilare. Com. 2. in Progn. cap. 28.

Aequalitas in excremētis, eorū auget bonitatē, atq; malitiā. Cō. 2. in Prognoſti. c. 21.

Aequinoctium exiſtit uniuerſale. Cō. 1. in lib. 1. Epid. c. 1.

Aequinoctium eſt duplex, alterum uernum, alterum autumnale. ibidem.

Aequinoctium hyemē ſubſequens principium ueris facit. Com. in Aph. 14. lib. 3.

Aequinoctia fieri eodem tempore in omnibus locis. Cō. 1. in lib. 1. Epid. cap. 1.

Aequoca, inqre, Homonyma.

Aër externus tale inſtrumentum fit uiſui extra corpus, quale eſt neruus in corpore. Com. 1. in Progn. c. 23.

Aër inſigniter frigidus inſpiratus, organa reſpirationi inſeruientia refrigerat: unde modicam quādam tuſſim excitat. Com. 2. in libr. 6. Epid. cap. 23.

Aër facilius, quàm aqua calfit atque refrigeratur. Com. 4. in lib. 6. Epid. cap. 10.

Aër ut omnino immotus permaneat, & quietus, cōtingit nunquā: licet interdū motus eius ob exiguitatem nos lateat. Cō. 3. in li. 3. Epid. c. 1.

Aër non eſt ſuapte natura ſplendidus, uerùm ſolari radio ipſum à ſuprema parte feriēte, uniuerſus alteratur, atq;, cū ſibi ipſi undequaq; continuus ſit, tranſmutatur. Com. 4. in li. 6. Epid. c. 10.

Aër tanquam manus quædam exiſtit, quæ à pulmone ſurſum craſſos humores rapiat. Com. 3. in lib. de Rat. uic. in mor. acut. cap. 2.

Aër ambit mare, circumuallatúrque ab æthere. Com. 2. in Progn. cap. 7.

Aëris nos ambiētis tēperamētum, diſpoſitionem corporis ſecū immutat. Cō. 4. in li. de rat. uic. in mor. ac. cap. 1.

Aëris cōucrſiones præter naturā, eſſe octo: quatuor nēpe ſimplices, in calore, frigore, humiditate, ſiccitateq́;: quatuor uerò cōpoſitas, in calore & humiditate, calore & ſiccitate, algore & humiditate, algore deniq; & ſiccitate. Com.3. in li.3. Epid.c.2.
Aëris aliquid etiāſi per gulā ad uētriculū deferatur, non nocet. Cō. in Aph.17. lib.2.
Aëris temperamentorum differentiæ ſunt quatuor. Com. 1. in lib.1. Epid. cap.1.
Aëris cōſtitutionē proportione reſpondere illi, quæ ineſt mari. Cō.3. in li.3. Epid. c.1.
Aëris ſubſtantia potiùs, quàm qualitate infeſtante corpora, mutandam regionē eſſe, modiceq́; utendum reſpiratione. Com.2. in lib. de Nat. hum. cap.3.
Aëri inſunt inania ſpatia, iuxta Epicuri ſententiam. Cō. 4. in lib.6. Epid. cap.10.
Aërem eſſe magnæ uocis materiam. Cō.4. in li.6. Epid. cap.24.
Aeruginoſa fit bilis, ubi ſeroſa humiditas uehemēter aſſatur. Cō.2. in Progno.c.47.
Aeruginoſus gignitur ſuccus, ob hepar phlegmone affectū. Cō.1. in Prorrh. ca.10.
Aeruginoſus humor quacunq; ex parte excernatur, & ſuccum, ex quo ortum habet, et morbum, uehementer tum calidum, tum ſiccum eſſe demonſtrat. ibidem.
Aeruginoſi uomitus progreſſu ad nigrum humorem fiūt. ibidem.
Aeſtas ueri ſuperueniens, humores uernos euacuat. Com. in Aph.22. li.3.
Aeſtas etiamſi ſaluberrimum corpus exceperit, in eo flauam bilem accumulat. Com. in Aph.20. lib.3.
Aeſtas calore, ſiccitateq́; cæteris tempeſtatibus præſtat. Com.1. in lib.1. Epid. c.1.
Aeſtas eſt ultra modum calida & ſicca. Præf. in libr.1. Epidem.
Aeſtas confert ad celeritatem ſolutionis morborum. Com. in Aph.12. li.1.
Aeſtati feruidæ congruunt

hyemis lenitas, & ueris tranquillitas. Com.3.in lib. 3.Epid.c.6.
Aeſtatem circunſcribi Vergiliarum & Arcturi ortu. Cō. 2.in lib.1.Epid.cap.2.
Aeſtate diſcuti humores, ac uires diſſolui contingit. Cō. in Aph.25.lib.2.
Aeſtate natiuus calor ad ſibi ſimilem fertur. Cō. in Aph. 15.lib.1.
Aeſtate flaua bilis abūdat, & tota animalis natura magis ad ſuperna mouetur. Com.in Aph.2.lib.4.
Aeſtate minus appetunt homines, & cibos ægrius concoquunt. Com.in Aph.15.lib.1.
Aeſtate inualeſcit bilis. Com. 1.in lib.1.Epid.c.1.& 8.
Aeſtate ſanguis exuberat, augeturque bilis. Com.1.in lib. de Nat.hum.cap.42.
Aeſtiuum tempus ſuapte natura eſt calidum. Com.3. in lib.3.Epid.c.6.
Aeſtiuo tempore pauca, ſed ſæpius, offerēda. Cō.in Aph. 17.li.1.& in Aph.18.li.1.
Aeſtiui morbi omnes ſunt breues, quoniam humores gignētes illos, ſoluuntur, atq; diſſlātur. Cō.in Aph.25.li.2.
Aetas ad quintum & trigeſimum annum, plurimum ſanguinis gignit. Cō.3.in Prognoſtica, cap.12.
Aetas refertur ad corporis habitum, non uirtutem. Com. 4.in lib.de Rat.uic.in morbac.cap.25.
Aetate conſiſtentes dicuntur, qui mediam ætatem habent inter pueros, & ſenes. Com. in Aph.13.li.1.
Aetates, ut naturæ, bene ſe habēt, calidæ quidē, ad frigida loca, & tēpora: frigidæ aūt, ad calida. Cō.in Aph.3.li.3.
Aetates calidas eſſe, in quibus amara bilis redundat. Cō. 2.in li.1.Epid.cap.78.
Aetates temperatæ, ſi uictui, et regioni, & loco tēperato cōparentur, ſimiles à ſimilibus bene afficiuntur. Quæ uerò plus à temperie recedunt, iis contraria ſecundum temperaturam conferūt magis. Com.in Aph.3.lib.3.
Aetates eſſe in quatuor ſecā-

das.Cō.in li.de Sal.diæ.c.7.
Aetatum differentia confert ad capiendam uictus rationem.Com.in Aph.12.lib.1.
Aetherem appellabãt ueteres ambientem aërem, quum exactè eſſet purus.Com.4. in lib.6.Epid.cap.19.
Affectio,ex functionum partis affectæ læſione,& ex ijs, quæ in ipſa apparent,depræhenditur.Cō.1. in Prorrhe. cap.4.
Affectio cũ ſit,ac nondũ facta eſt,breuiter,ſeparata efficiẽte ipſa cauſa,ſedatur.Si uerò completa ea fuerit,etiam ſi cauſam tollas,nihil ad curationem contuleris. Com. 2.in Prorrh.cap.16.
Affectio omnis uehemens,eſt perniciosa,ſi cum uiriũ imbecillitate coëat. Com.3. in Prorrh.cap.4.
Affectiõis incipiẽtis notæ,pro gnoſtica ſunt:abſolutæ aũt, ſigna.Cō.2. in Prorrh.c.4.
Affectiones,quæ abſq; ullo auxilio uel artis, uel naturæ ceſſarunt, ſuſpectã infidéq; ſolutionem ſortiuntur.Com. 2.in Prorrh.ca.57.
Affectionũ diſtinctio una ſumitur ex urinarum cruditate, concoctionéq;.Cō.4.in lib. de Rat.uic.in mor.ac.c.42.
Affectum calidum ex redundantia calidioris elementi excitari. Com.2. in lib. de Nat.hum.cap.22.
Affectus animi deijcientes uires,tremorẽ inducunt.Cō.1. in lib.3.Epid.cap.4.
Affectus cõpoſiti & miſti,cõpoſitam medendi rationem poſtulant. Com.4.in lib.de Arti.cap.44.
Affectuum dignotio ualde neceſſaria ad curationem exiſtit. Com.1. in lib. de Rat. uic.in morb.ac.cap.3.
Affectus trãsferri ab interioribus ad cutem ipſam,confert.Cō.in Aph.37.cap.6.
Αγκύλην dici affectum illũ, quo mẽbra præter naturam flectuntur, affectis internis muſculis,uel tendinibus.Cō. 3.in lib.de Artic.cap.100.
Agglutinari poſtulant illa, quæ diuiſa ſunt,& non diſciſſa.Com.in Aph.19.li. 6.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ala dicitur regio illa, quæ ſub humero in brachij extenſione conſpicitur. Cõ.1. in li. de Artic. *cap.4.*

Alati ſortiuntur cor paruum, ob idq́; etiam calorem, qui ab eo per uniuerſum corpus diffunditur, imbecillum. Cõ. 3. in li.6. Epid. *cap.13.*

Alati homines ſunt ad phthiſim parati. Com.3. in lib.6. Epid. *cap.18.*

Alatos uocari à medicis, qui inſtar alarum auium prominentes habent ſcapulas, retrorſumq́; reflexas. Com.3. in lib.6. Epid. *cap.13.*

Alatos fieri homines ob caloris inſiti imbecillitatẽ. Com. 3. in lib.6. Epid. *cap.18.*

Albus color indicat iuſto frigidius temperamentũ. Com. 3. in li.3. Epid. *cap.70.*

Albo colore præditi, ſanguinis profluuio non admodum expoſiti ſunt, nec id ipſis magis prodeſt, quàm illis, qui ſunt ſuppallidi cum rubore, aut nigredine. Com.3. in lib. 6. Epid. *cap.21.*

Albumine ouorum utimur ad lippitudinem. Com.1. in Prognoſtica, *cap.23.*

Alẽda mẽbra, propria quadã ac familiari ſibi materia egent. Cõ.5. in li.6. Epid. *c.1.*

Alendi interdũ ſunt ægri neceſſariò in declinatiõis principio per acutos morbos. Com.4. in lib. de Rat. *uic. in mor. ac. ca.77.*

Alendum eſſe parcè ſimul & rarò, ubi cum naturæ robore humores ſupabũdarint in corpore. Cõ. in Aph.17. li.1.

Alendum eſſe ægrũ liberaliter ſimul & ſæpe, ſi cum humorum defectu, uel corruptione, uires ualidæ fuerint, modò acceſſiones non reluctentur. ibidem.

Alẽdũ eſſe ægrũ cùm moderatiſſimè habuerint tum thorax, tum uẽter. Cõ.1. in li. de Rat. *uic. in mor. ac. c.46.*

Alendum eſſe ægrum rarò ſimul & parcè, ſi uires ualidæ fuerint cũ affectu plethorico. Com. in Aph.17. lib.1.

Alendum eſſe ægrum parcè, ſed crebrò, ſi uires debiles ſint, & affectus ex humorũ corruptione uel defectu exoriatur. ibidem.

Alexan

Alexandriæ nulla uictus ratio obſeruatur.Com.1. in li.6. Epid.cap.1.

Alexandriæ dum uerſaretur Galenus,utebatur conſuetudine Heracliani Medici.Cõ. 2.in lib.de Nat.hum.ca.6.

Alexandrini ueſcebantur cibis ſalitis,porrisq́;, & zythum bibebãt.Com.in Aph. 20.li.2.

Alexipharmaca Græcè dicũtur,quæ deleterijs aduerſantur medicamentis. Com. 6. in li.6.Epid.cap.5.

Alexipharmaca, theriacaq́; medicamenta poſſunt nos perdere, niſi omnino parũ ex ipſis quis ſumat.ibidem.

Ali non probè corpus contingit,nõnunquam ob potẽtiæ, quæ ipſum nutrit,imbecillitatem:nonnunquam ob uitioſorum humorum colluuiem. Com.in Aph.31.lib.2.

Alica nec paucum,nec confertim alimentum affert, ſed multo tempore multum alimentum largitur. Com. in Aph.18.lib.2.

Alienati mente ob atram bilẽ, ſi ſuperueniat eis rigor,moriuntur. Cõ.1. in Prorrhet. cap.14.

Alimentum humidum,ac præcipuè natura calidum,alio facilius nutrit.Com.in Aph. 11.li.2.

Alimentum tertium uocatur, quod partibus animalis apponitur.Cõ.in Aph.17.li.2.

Alimentum eſt neceſſarium, ut quod effluxit è corpore, reſtauretur.Com.in Apho. 14.lib.1.

Alimentũ augens quidẽ robur naturæ,dicitur plenũ:cõſeruãs aũt,moderatũ:ut minuens,tenue.Cõ.ĩ Aph.4.li.1.

Alimentũ minuẽs robur,perpetuò fugiẽdum eſt.ibidem.

Alimentum impuro corpori adueniens,corrumpitur.Cõ. in Aph.10.lib.2.

Alimenti quantitas, eſſe debet quantitati eius quod difflatur,proportionalis.Com. in Aph.15.lib.1.

Alimẽti neceſsitas nulla foret, ſi nihil à corporibus noſtris efflueret.ibidem.

Alimenti pars una ueluti ſe-

roſa, & humida eſt, quæ ipſi gratia diſtributionis admiſcetur: altera, ueluti ſuperfluitas fuliginoſa, quæ neque aßimilari corpori, neque agglutinari poteſt. Vtraq; eſt ſingulis diebus uacuanda. Com. in Aph. 15. li. 3.

Alimento opus non eſſet, ſi nihil è noſtro corpore efflueret. Com. 1. in li. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 44.

Alimēta oportet ſemper eſſe robori innati caloris proportionalia. Cō. in Aph. 15. li. 1.

Alimonia conducit plurimum ad carnis bonitatem. Com. 4. in libr. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 101.

Alimonia humidior exiccatis tum uentri, tum uniuerſo corpori, peculiare auxilium largitur. Com. 2. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 28.

Alimonia lædere admodū nata eſt in acceßionū principijs et incremētis. Cō. 1. in li. de Rat. uic. in mor. ac. c. 46.

Alleuari, miteſcereq; aſſolet morbus poſt exitioſa ſigna & ſymptomata, quū natura emoritur, extinguiturq; natiuus calor. Com. 1. in lib. 3. Epidem. cap. 8.

Allium, ſi præuacuato exhibeatur corpori, capitis grauitatem perſanat, flatúsque diſcutit, & confert ijs qui ſeſe uino & crapula ſunt impleturi. Com. 4. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 90.

Alliū ea reprimit, quæ uehemēti frigore officiūt. Cō. 6. in lib. 6. Epid. cap. 5.

Allium eſt acre, erodénſque. Com. 4. in lib. 6. Epid. ca. 5.

Aloë citra morſum exiccat. Com. 2. in li. de Arti. c. 49.

Alphi ex prauis humoribus circa cutim cōſiſtētibus ortū habēt. Cō. 3. in li. 6. Ep. c. 37

Alteratio fit ab efficientibus qualitatibus, cū calfiūt, refrigerātur, humectātur, et exiccātur corpora. Cō. 2. in li. de Rat. uic. in mor. acut. c. 1.

Alteratrix facultas in uentriculo iecinoreq; molitur concoctionem ciborum. Com. 1. in Progn. cap. 42.

Alteratrice facultate diſpenſatis ab ea corporibus na-

tura alimentum aſsimilat.
Com.4. in lib. de Rat. uic.
in mor.ac.cap.44.
Alteratur unumquodque fa=
cilius à ſui ſimilibus. Com.
in Aph.50.lib.2.
Alterci ſemen ſtupefacit.Cō.
6.in lib.6.Epid.cap.5.
Altrix facultas à iecore in ue
nas influit.Com.1.in lib. 6.
Epid.cap.2.
Altrix facultas corrigit ſub=
ſtantiæ defectus in quantita=
te. Com. 5. in lib.6. Epid.
cap.1.
Alunt tardè & paulatim ca=
ro bubula,cochleæ,uerticil=
li marini,ſquillæ, cammari,
locuſtæ, & quæ dura carne
conſtant.Præterea caſei du=
ri,carnes ſalitæ,lētes,bulli,
ouáque per coctu ram dura=
ta.Com.in Aph.18.lib.2.
Aluus redditur æquo humi=
dior, dum cibus in chylum
conuerſus,parcius diſtribui
tur:Siccior uerò rurſus,om=
ni humore ab ipſa ad he=
par relato.Cō. in Aph. 20.
lib.2.
Aluus quibus ſupra modum
humida fuerit,ijs potum mi=
norem dabimus: illiq; uiam
ad ueſicam parabimus:qui=
bus uerò ſiccior, plus eis of=
feremus potionis, & diſtri=
butionem, quantum licebit,
prohibebimus. Cō. in Aph.
83.lib.4.
Aluus intercepta,ſemper capi
tis ſymptomata exaſperat.
Com.2.in Prorrh.cap.55.
Aluus in quouis morbo abſq;
ſignis coctionis profluens,
nihil iuuat:cum illis autem
iuuat:magisq;,ſi contriſtans
humor uacuetur:atq; adhuc
magis, ſi æger poſt euacua=
tionē facilius toleret morbū:
certiusq;,cùm in die criſeos
apparuerit quippiam, quod
per indicē ſignificatū prius
fuerit.Cō.2.in Prorr. c.57.
Aluum humectam habentibus
ob bilem in iuuentute,ijs ſe=
neſcentibus in cōtrariū mu=
tatur.Cō.in Aph.20.lib. 2.
Amazones infantulis ſuis ma=
ſculis peruertebāt coxæ,aut
genu articulum,ut inde clau
di euadentes, non inſidiaren
tur ſexui fœmineo. Hippo=

crates recitat hoc ex aliena hiſtoria, textu 3. lib. de Art. cap. 86.
Amazonidas mãmam dextrã exurere, ut plurimo alimẽto perueniente ad manũ uicinam, ei maior adſit uigor, ut quæ & ipſa ſit natura debilis. Com. in Aph. 43. lib. 7.
Amans, erga eam rem, quam amat, cæcutit. Com. 4. in lib. 6. Epid. cap. 10.
Amara irritant, infeſtantq; uentriculum. Com. 3. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. ca. 11.
Amaris nemo utitur, niſi uice medicamenti. ibidem.
Amaritudinem oris gignit bilis flaua, ruffaq;, in uentriculo deliteſcens. Cõ. in Aph. 17. lib. 4.
Amarulentum os reddit bilis amaritudo. Com. 4. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 6. & cap. 13.
Ἀμάυρωσις eſt obſcura, imbecillaq; organorum uiſui deſtinatorũ ſenſio, ſine turbulentiæ apparitione. Com. 2. in Prorrh. cap. 11.
Ἀμάυρωσις eſt turbulento aſpectu generalior. ibidem.
Ambidentia dicuntur, quæ utroq; dentiũ ordine utuntur. Cõ. 1. in li. de Articul. c. 27.
Ambidextra mulier nulla datur, ob naturæ imbecillitatem. Cõ. in Aph. 43. lib. 7.
Ambidextri uiri ſæpius ſunt uiſi. ibidem.
Ambidextrũ uocat Euripides ferrũ utrinq; incidens. ibid.
Ambilæuũ appellauit Ariſtophanes in Tagenitis, utrinq; ſiniſtrum. ibidem.
Ambitioſi à gloria populari uincuntur. Com. 2. in lib. de Offi. ca. 1.
Ambulationi inſeruiunt articuli quatuor, nempe qui ad inguen, qui ad poplitem, qui ad talum, & qui ad digitos, conſtitutus eſt. Cõ. 3. in lib. de Articul. cap. 110.
Amoris nullus pulſus eſt proprius. Com. 1. in Prognoſtica, cap. 8.
Ampullæ gignuntur tenace quodam humore in ſe ſpiritum complectente. Com. in Aph. 43. lib. 2.
Amurca uocatur fæx olei. Cõ. in

in Aph. 45. lib. 7.

Amurcam refert incocta putredo hepatis. ibidem.

Analogiſmus, eſt ratio, quæ ab euidenti auſpicata, rei obſcuræ aperit cognitionẽ. Cõ. 1. in Prognoſtica, cap. 6.

Anaſarca ſolus, cùm incipit, eget interdũ ſanguinis detractione: qui ſcilicet ex retentione uel hæmorrhoidis, uel muliebriũ, uel ex quapiã id genus plethorica cauſa, inceperit. Cõ. 4. *in lib. 6. de* Rat. ui. *in mor. acu. cap.* 111.

Anaſarca poſt ſanguinis detractionẽ, ſi fortè eam poſtularit, requirit calfacientem, & exiccantem uictus rationem. ibidem.

Anaſarca, lege Hydrops.

Ancon, ſiue ὀλεκρανον, *ſiue* κύβιτον, *eſt cubiti gibbus, cui præſertim innitimur.* Cõ. 2. *in li. de Fract. ca.* 66.

Ancos dici eos, quibus brachiũ eſt breuius, quòd in alã deciderit. Com. 3. *in lib. de Art. cap.* 88.

Angina, partium quæ in gutture ſunt, eſt inflammatio: quæ, poſt ſanguinis detractionem, repurgari poteſt. Com. 4. *in lib. de* Rat. *uit. in morb. acu. cap.* 20.

Angina fit nonnunquam, ſuperfluitatum multitudine ad fauces inuecta: fit etiam magna ex parte fluxionibus ex capite obfirmatis in faucibus. Cõ. *in* Aph. 16. *lib.* 3.

Anginam creans phlegmone, reuellenda eſt ad exteriorẽ regionem, circumpoſitis collo, quæ attractoria polleant facultate, medicamentis. Cõ. 4. *in lib. de* Rat. *ui. in mor. acut. cap.* 30.

Anginam interdum fieri colli uertebris ad anteriorẽ partem luxatis. Cõ. 1. *in* Prorr. *cap.* 11.

Anginam fieri aliquando (licet rariſsimè) attracta ſecunda ceruicis uertebra ad anteriora, idque à muſculis anterioribus, uel inflammatis, uel tenſis. Cõ. 2. *in* Pror. *cap.* 54.

Anginam fieri impactis craſſis humoribus in uenis gutturis. Com. 4. *in lib. de* Rat.

uic.in mor.ac.cap.30.
Angina occupãte, inflammatas partes, tũ adſtringendas repercutiẽtibus, tũ colluendas acribus, ac digerentibus eſſe medicamentis.ibidem.
Angina occupante, uacuandũ eſſe corpus ſectione uenæ, purgatione, & clyſtere.ibi.
Angina urgente, receptacula ſpiritus in pulmone, recluſa ſunt & pura: conſtringitur tamen ſpiritui primus ingreſſus, ob muſculorũ gutturis inflammationem, ita ut uſui reſpirationis non fiat ſatis: quare ſic affecti eriguntur, totoq; inſpirant thorace.Cõ.2.in li.3.Epi.cã.4.
Angina grauiſsimè laborãtes cogũtur recti ſpirare, ut ſpiritus meatum dilatent. Cõ. 3.in Progno.cap.16.
Anginæ eſſe ſpeciem duplicẽ: unam à frigida glutinoſaq; fluxione exortam: alterã à calida & acri.Cõ.4.in lib. de Rat.uic. in morb. acut. cap.30.
Anginas fieri autumno à bilioſis humoribus, qui ad fauces decumbunt. Cõ. in Aph. 22.lib.3.
Angularis manus figura, media eſt inter ſummam contractionem, & extenſionẽ. Commen. 1. in lib. de Offic. cap.17.
Angularis brachij figura eſt iuſtiſsima, & quàm maximè à dolore excitando aliena.Com.2. in lib. de Fract. cap.3.
Angularem brachij figuram tunc dici, cùm brachium cubitusq; ita compoſiti ſunt, ut rectum angulum referãt. Commen.3. in lib. de Offic. cap.20.
Angulares manus uocat Hippocrates, dum cubitus cum brachio rectum conſtituit angulum. Com. 1. in lib. de Offic.cap.17.
Angulus acutus uocatur, qui recto eſt minor; ut obtuſus, qui maior. Com. 3. in lib. de Offi.cap.20.
Angulus rectus nullam admittit inclinationem.ibidem.
Angulus rectus eſt unicus.ibi.
Angulorum tam acutorum,

quàm

quàm obtuſorum, multitudo non poteſt numero comprehendi.ibidem.

Anguſtia circa reſpirationẽ contingit, uel repletæ cauitate thoracis, uel pulmonis cauernis, uel aliqua inflammatione totũ occupante uiſcus, uel arteriam aſperam, uel guttur,uel fauces. Com. in Aph.34.lib.4.

*Anhelitum nemo poteſt cohibere.*Com.in Aph.23. lib.3.

*Anima rationalis, ſi ſubſtantia ipſius non ſit ſpecies corporis, non creſcet ad mortẽ uſq;.*Cõ.5.in lib.6.Epi.c.5.

Anima ſi ſit quædam ſpecies corporis, meritò ad mortem uſque creſcet cum corpore: ſi uerò eius ſubſtantia diuerſa ſit, de natura quidẽ, quã altricem uocat Ariſtoteles, Plato *facultatem appetitoriam,non autẽ de anima rationali,uerũ eſſe quod dictũ eſt,poterit: nempe creſcere illam cũ corpore.ibidem.*

Animæ ſubſtantiam eſſe animalem ſpiritum, Galenus *pronuntiaſſe uidetur. ibid.*

Animæ acumen à bilioſo humore naſcitur : ab atra bile conſtantia , ſtabilitasq; : à ſanguine ſimplicitas , ſtoliditasq;. Cõ.1. *in lib.* de Na. *huma.cap.* 47.

Animæ ſubſtantiam Galenus *haud firmiter capit.*Com.5. *in lib.*6.Epid.cap.5.

Animæ principalis pars conſiſtit in cerebro. Com. *in* Aph.14.lib.7.

Animæ ſubſtantiam ſciuiſſe, medicis eſſe ſuperuacancũ. Com.5.*in lib.*6. Epid.ca.5.

Animam uocari ſenſus atque motionis cauſam. Gal.*contra* Iulianum.

Animam hominis ſemper uſque ad mortẽ oriri:ex Hippocratis *mente.* Com. 5. *in lib.*6.Epid.*cap.*5.

Animam arbitrantes eſſe ſpiritum, eam ex uapore ſanguinis conſeruari autumant , necnon ex aëre qui per aſperam arteriam intra corpus per inſpirationem illabitur.ibidem.

Animam putaſſe Hippocratem *eſſe naturalem calorem*

rem.ibidem.

Animam eſſe uim incorpoream, quæ morientibus animalibus, à corporibus ſeparetur, exiſtimantes, temeritate potius, quàm ſapientia, nobis præſtare. ibidem.

Animam plantarum Stoici naturam appellant: animā autem eam, qua animalia reguntur: & utriuſque ſubſtantiam, congenitum ſpiritum eſſe ſtatuunt, ut tamen inter ſe differant, quòd ſiccior ſpiritus animæ ſit, humidior uerò naturæ. ibidem.

Animalis potentiæ robur cognoſci ex uoluntarijs actionibus. Com. 2. *in* Prognoſt. *cap.* 26.

Animalia plurimum inter ſe diuerſa, gignere quicquam non poſſunt, quantumlibet commiſceantur. Com. 1. *in lib.* Hip. *de* Nat. *hum. ca.* 10.

Animalia quæcunque ſimulatque propoſuerint membrum aliquod flectere, extendereúe, id agunt, etiamſi muſculorum motus nondum cognorint, imò ne muſculos quidem ipſos. Com. 5. *in lib.* 6. Epid. *cap.* 2.

Animalium corpora (ut ait Diocles*) cōſtant ex eo quod fert, & ex eo quod fertur.* Com. 2. *in* Progno. *cap.* 6.

Animantia reguntur à natura, & ab anima. Gal. *contra* Iulianum.

Animi defectio, totiúſque in oculo lucis impedimentum, imbecillæ animalis facultatis ſunt ſigna. Cō. 3. *in* Pror. *cap.* 20.

Animi exercitatio in hominibus cogitatio eſt. Com. 5. *in lib.* 6. Epid. *cap.* 11.

Animoſos eſſe magnanimos, & humilium rerum cōtemptores. Com. 2. *in lib.* 1. Epi. *cap.* 78.

Annus continet trecentos & ſexagintaquinque dies, & quartam diei partem, cū alia particula ferè unius diei centeſima. Com. 3. *in* Progno. *cap.* 4.

Anni tempora diſsident inter ſe calore, frigore, humiditate, ſiccitatéque. Com. 1. *in li.* 1. Epid. *cap.* 1.

Anni

Anni temporũ diuiſio ex ſpatio ipſorum efficitur.ibid.

Annum commodè partiri in ſeptem portiones, ita ut Autumnus & Ver, integra conſtent, & indiuulſa: diuidatur autẽ in partes tres hyems: & in duas æſtas: ſed commodè etiam in quatuor tempora diuidi.ibidem.

Annum diuidi in menſes duodecim ſecundum Romanos. *ibidem.*

Annum comprehendi diebus 365. ſecundum ſupputationem Romanorum: *ſecundum* Palæſtinorum *uerò uſum, diebus trecenis, quinquagenis, quaternis. ibidem.*

Annum comparari diei ab Hippocrate, *nempe auroræ quidẽ, uer: meridiei, æſtatẽ: autumnum ueſperi: hyemẽ denique nocti.* Com.1. *in lib.* 6.Epid.cap.14.

Antecanis, inquire Caniculã.

Anteriora corporis ſunt arterioſa & uenoſa. Com. *in* Aph.65.lib.5.

Anteriores partes calidiorem temperiem, quàm poſteriores, ſortiuntur. Cõ. *in* Aph. 69.lib.5.

Anthrax, hoc eſt, carbo, dicitur ulcus eſcharoſum, cum inſigni corporum circunſtantium feruore. Com. *in* Aph.45.lib.6.

Antonino Commodi *patre imperante, omnes qui cum eo uerſabantur, erant ad cutem raſi.* Com.4. *in lib.*6. Epid.cap.9.

Anxij dicuntur ægri, qui non perferentes accubitum, figuras uariant, quia ſemper præſens aggrauat eos: id quod præcipuè accidit illis, quibus aliquis permoleſtus humor, non tamen multus, imbibitus eſt in tunicis oris uentriculi. Com.in Aph.56. *lib.7.*

Aphoniæ cauſæ exiſtũt uocalia organa, dum & reſoluta ſũt & minimè à uolũtate mouẽtur. Cõ. 2.*in*.Prorr.c.18.

Aphoniæ fiunt & propter. uocalium inſtrumentorum læſionem, & propter principij neruorũ affectũ. Cõ.1. *in* Prorrh.cap.23. & 24.

Apho

Aphoniæ, quæ cõuulſiuo modo fiunt, ſi in febre deſinant, in eam quæ cum ſilentio fit, ecſtaſin, pernicioſum. Com. 2.in Prorrh.cap.18.

Aphoriſmum primum Hippocratis, eſſe totius proœmium operis. Com. in Aph. 1.lib.1.

Aphoriſtica forma doctrinæ, quæ omnes rei proprietates quàm breuiſsimis uerbis circunſcribit, eſt illis utiliſsima, qui uolunt breui tempore artem docere longam. ibidem.

Aphoriſticus doctrinæ modus, ad primã diſciplinam, & ad illa quæ didicerimus memoria retinenda, uel ſi fortè obliuio intercederit, reuocanda in memoriam, utiliſsimus eſt.ibidem.

Aphthæ dicuntur ulcera, quæ ſummam oris occupant partem, ob mollitiem potiſsimùm inſtrumentorum oborta.Com.in Aph.24.lib.3.

Aphthæ frequentiſsimè infeſtant puerorum ora, quæ exulcerationes ſuperficiariæ exiſtunt, potiſsimùm à lactis acrimonia ortæ: atque hæ ſanè facilè propulſantur, ſi infantis os modicè adſtringas. Si uerò humor afluat malus, ſemper aphthæ cacoëthes prodeunt. Com. 3.in lib.3.Epid.ca.12.

Apnœa fit uel propter imbecillitatem potentiæ mouentis thoracem: uel propter frigiditatem uehementem principij uitalis. Com. in Aph. 34.lib.4.

Apomeli eſt idem cum oxyglyce.Com.3.in li.de Fract. cap.49.

Apomeli ex aceto & fauis conficitur.ibidem.

Ἀπονεύρωσις. inquire Tendines.

Apoplectici iacent priuati motu ſimul & ſenſu. Com. in Aph.58.lib.7.

Apoplexia eſt priuatio motus, & ſenſus.Com.in Aph. 51.lib.6.

Apoplexia, hoc eſt, attonitus morbus, caret febri, exiſtẽs morbus acutus. Cõ.in Aph. 19.lib.2.

Apop

Apoplexia fit cum caput repletur pituita. Com.in Aph. 23.lib.3.

Apoplexia eſt ſimilis epilepſiæ ſecundum cauſam, & ſecundum ſedem aſſectam. Com.in Aph. 45.lib.2.

Apoplexia fit ob omnimodam priuationem illius facultatis quæ fluit ad neruos. ibidem.

Apoplexia magna ex parte curationem non ſuſcipit, ob læſionem reſpirationis. Cō. in Aph.42.lib.2.

Apoplexia ſenibus eſt aliorū morborum omnium familiariſsimus: quoniam in ea ætate cerebrum pituitoſis repletur ſuperfluitatibus. Cō. in Aph.31.lib.3.

Apoplexiæ febris calida ſuperueniens, non mediocriter auxiliatur. Com.2. in Prorrh.cap.49.

Apoplexiam eſſe morbū acutum abſque febri. Com. in Aph.30.li.5.

Apoplexiam gignit humor craſſus, & frigidus. Com.in Aph.45.li.2.

Apoplexiam oriri à pituita. Com.in Aph.16.lib.3.

Apoplexia infeſtante, omnes alios muſculos deſtitui motu: illos autem, qui thoracem attollunt, plerunq; moueri, licet cū difficultate: idq; reſpirationis neceßitate excitante neruorū uim ad functionē. Cō. in Aph.42.li.2.

Apoplexia occupante, priuatur totū corpus motu ſimul & ſenſu, ſolo anhelitu relicto: qui ſi etiā prohibeatur, erit apoplexia acutiß. ibidē.

Apoplexiæ fiunt & à pituitoſo, & à melancholico humore. Com.in Aph.56.li.6.

Apoplexiæ melancholicæ, potiſsimùm oriri ſolent à quadrageſimo anno uſq; ad ſexageſimū. Cō.in Aph.57.li.6.

Apoplexiæ omnes fiunt ui animali nequeunte defluere ad partes capiti ſubditas, aut ob aliquam phlegmonoſam diſpoſitionem, quæ infeſtet cerebrum, aut oppletis uentriculis cerebri pituitoſo humore. Cō.in Aph.42.lib.2.

Ἀποσίτους appellant Græci illos, qui oblatos cibos faſti=

diunt.Cō.1.in li.1.Epi.c.28.
Ἀποσίτους uocari, qui appetentia carent. Com.3.in lib. 3. Epid.cap.72.
Ἀπόστημα, inquire Abſceſſus.
Appetendi uis conſiſtit præcipuè in ore uentriculi. Com. in Aph.20.li.2.
Appetentes omnino nihil, extremam naturalis potentiæ, qua cibum potumq́; appetimus, extinctionem declarāt. Com.2.in li.3.Epid.cap.3.
Appetentia ciborum eſt opus uētris. Cō.3.in li.3.Ep.c.58.
Appetentia eſt opus ad uitam neceſſarium. Com. in Aph.3. lib.6.
Appetentia inculpata magni eſt ad ſalutem ponderis. Cō. 3.in lib.3.Epid.cap.80.
Appetentia uehemens ciborū, ſolet accidere iis, qui à morbo diuturno ſunt euaſuri. Com.in Aph.5.li.7.
Appetentiam cibi augent & excitant, quæcunq; ſanguinem contentum in tunicis uentriculi, in arctum cogūt, adſtringuntq́; minuunt autem atq; compeſcunt illam, quæcunq; ſanguinē fundunt, & calfaciunt. Com.4.in li. 6.Epid.cap.20.
Appetētiam cibi auget aquæ potio, uſusq́; ciborum refrigerantium, aut adſtringentium. ibidem.
Appetentiam cibi auget excitatq́; uigilia, quòd corpus digerat. ibidem.
Appetimus plura, cùm os uentriculi frigidiorem habuerit temperaturam. Cō. in Aph. 20.lib.2.
Appetitricis facultatis prorſus extinctæ eſt argumentū maximum, ſi ægri criminentur & faſtidiant eos cibos, quos & petierunt ipſi, & antea cum uoluptate deuorare erant ſoliti. Com.2.in lib.3.Epid.c.3.
Appetitus perit nutritoria anima affecta. Com.1.in lib. 3.Epid.cap.13.
Appetitum immodicum cibi efficit frigidus quidam humorum acor. Com.3.in lib. 6.Epid.cap.37.
Appetitus immodicos cibi, à uitioſis humoribus naſci. ibi.

Aqua

Aqua neq; mouere urinas eſt nata, neq; ſputum educere. Com.3.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.cap.40.

Aqua nec ſitim ſedat, neque ſiccitatem humectat, neque alit.ibidem.

Aqua nec pota, nec occurſans extrinſecus, natura eſt apta humectare ſolidas animalis particulas.Com.in Aphoriſ. 13.lib.4.

Aqua nullo pacto nutrit, recreat tamen uires, inſtar medicamenti, reducens ad ſymmetriam temperamenti ea quæ propter immoderationem ipſius erant imbecilla. Com.3.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.cap.17.

Aqua per ſe et ſola nihil boni ſortitur. Com. 4. in libr.de Rat.uic.in mor.acut.c.44.

Aqua pura, non ex aliqua externa luce in ipſam delapſa, perſpicua uidetur. Com. 4. in lib.6.Epid.ca.10.

Aqua bileſcit in ijs, quibus tumefacta ſunt uiſcera. Com. 3.in lib.de Rat.uic.in mor. ac.cap.40.

Aqua per ſe pota in pleuritide, culpa non uacat.Cō.1.in lib.de Rat.uic.in morb.ac. cap.43.

Aqua cæteris terrenis corporibus facilius & calfit, & refrigeratur.Com.4.in lib. 6.Epid.cap.10.

Aqua denſat inflammationē, ſi ex ea æger febrierit, crudosq; refrigeratione reddit humores.Cō.1.in li.de Rat. uic.in morb.acut.c.43.

Aqua eſt ſtercoris expers, neque ullo pacto aluum ſubducit. Com.3.in li.de Rat.uic. in mor.ac.cap.40.

Aqua in principijs acceſsionū pota lædit.ibidem.

Aqua ſi demittatur in puteum ut refrigeretur, obſtruendū eſt exactè uaſis orificium: ſi uerò extra puteū refrigerāda ſit, reſeratū eſt linquēdū. Cō.4.in li.6.Epid.c.10.

Aqua febris naturæ aduerſiſſima eſt, corpus tum refrigerans, tum humectans. Com. 1. in lib.de Rat.uic.in mor. acut.cap.43.

Aqua languentibus ſic ſupi=

nat ſtomachũ,ut ſubuerſum ſibi eſſe exiſtimẽt.Com.1.in li.de rat.uic.in mor.ac.c.18.

Aqua uini adſtrictionem exol uit.Com.3.in li.de Rat.uic. in mor.ac.cap.8.

Aqua tardè permeat,diutiúſque in hipochondrijs moratur:ob idq; in acutis morbis fugiẽda.Com.3.de Rat.uic. in mor.ac.cap.13.

Aqua omnis tardè meat,difficulter cõcoquitur,atq; ægrè deſcendit.Com.3.in libr.de Rat.uic.in mor.ac.c.40.

Aqua frigida conuulſiones & diſtentiones facere natura eſt apta:ſanat tamen aliquãdo,licet raro,tetanon.Com. in Aph.22.li.5.

Aqua frigida partes exulceratas mordicat,ſubſtantiam earum ſubintrans. Com. in Aph.20.lib.5.

Aqua frigida influxum reprimit,atq; hac ratiõe corpora euacuat.Cõ.in Aph.25.li.5.

Aqua frigida raro affundi ſolet utiliter excitandi caloris gratia,niſi æſtate, idq; corpori cui ualidus ſit calor innatus.Cõ.3.in libr.de Offic. Med.cap.32.

Aqua calida, quantum ex ſui natura,ad ſuppurandum eſt efficax:aliquãdo tamẽ ſuppurationẽ prohibet:ut in ulceribus putridis,atq; fluxiõi obnoxijs.Cõ.in Aph.22.li.5.

Aqua calida,ſi corpus ſit uacuũ,plus digerit,quàm attrahat:ſin plenũ,plus attrahit, quàm digerat.Itidẽ ſi breuiori admoueatur tempore,magis implet, quàm uacuet, ſi lõgiori,uim diſcutiẽdi,quàm implẽdi,poßidet ualẽtiorẽ. Cõ.3.in lib.de Off.cap.15.

Aqua calida plurima laxat & tenuat: mediocris uerò, emollit,& carnẽ gignit.ibi.

Aqua calida uacuare poteſt redundantes humores,pariterq; humectare ſolida corpora.ibidem.

Aquæ perfuſio frigidæ, calorem natiuũ reuocãs,ſi æger bene carnoſus fuerit,& iuuenis,in media tantũ æſtate, ipſum ab omni cõuulſiõe liberat:idq;nõ propria ui,ſed ex accidẽti.Cõ.in Aph.21.li.5.

Aquæ

Aquæ frigidæ occurſus, aut uincit natiuũ calorẽ, aut colligit: uincit quidẽ, quum debilis fuerit: colligit autem, quum fortis, ipſum difflari prohibens. ibidem.

Aquæ frigidæ potus ad laborãtis uſq; ſatietatẽ extinguit febrẽ. Cõ. 1. in li. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 43.

Aquæ calidæ, quæ fracturis cõueniẽs ſit, tẽperamenti iudiciũ, committendũ eſt noſtræ manui. Præcipuũ tamen iudiciũ ad ipſius ægrotantis pertinet ſenſum: ſi uidelicet facilè perferre calorẽ illius poſſit. Cõ. 3. in lib. de Off. ca. 15.

Aquæ calẽtis perfuſio, eodem modo refrigerat, quo balneæ dulcium aquarum. ibidem.

Aquæ calentis perfuſio trahit ſanguinem ad perfuſam partem: & carnem, quæ in ea præfuerat, temperatiorem reddit, cùm eam refrigeret, ſi calfactam, calfaciat, ſi refrigeratam repererit. ibidẽ.

Aquæ calidioris moderata perfuſio, in gracili, ac multis humoribus redundante corpore, partem concalfactam ſuperuacuo replebit humore. Si uerò plenitudo abſit, carne replebit illud, ac mollict. ibidem.

Aquæ coctura, inquire, Coctura.

Aquæductus plurimum intereſſe, ex quibus ſint constructi lapidibus, & qua intrita illiti. Com. 4. in lib. 6. Epid. cap. 19.

Aquæ leuiſsimæ exiſtunt notæ, ſi neque turbida, neque cœnoſa ſit, neq; guſtu, neq; odoratu, abſurdam aliquam qualitatem habuerit, præter id quòd citò caleſit, & citò refrigeratur. Com. in Aph. 26. lib. 5.

Aquæ uirtus eſt, quòd facilè alteretur. ibidem.

Aquæ potio cibi appetentiam auget. Com. 4. in li. 6. Epid. cap. 20.

Aquæ potus plurimum lędit141 linioſos natura. Com. 3. in lib. de Fract. cap. 49.

Aquæ inſunt inania ſpatia, iuxta Epicuri ſententiam. Com. 4. in lib. 6. Epid. c. 10.

Aquam habere aliquam uim nutriendi. Gal. ex Hippocrate. Com. 3. in lib. de Rat. uic. in mor. acut. cap. 19.

Aquam eam, quam didicerimus experientia, uel diutius immorari in uentriculo, uel grauare ipſum, uel replere flatibus, primò quidem coquendam eſſe, dein refrigerandam, & offerendam. Cō. 4. in lib. 6. Epid. cap. 10.

Aquam quæ calfit cito, ac cito refrigeratur, eſſe omnium leuiſsimam. ibidem.

Aquam frigidiſsimam reddes, ſi ipſi præcalfactæ, copioſam circumieceris niuem: aut eã in puteum, ſcaturiginémue demiſeris. ibidem.

Aquam commodè propinari, quum æger ſolo potu ptiſanæ uſus fuerit: præſertim ſi ſiticuloſus uideatur. Com. 3. in libr. de Rat. uict. in mor. acut. cap. 40.

Aquam refrigerare uolentes Aegyptij, prius quidem calfactam infundebant uaſis, ſub ſolis occaſu: dein uaſa ipſa ſublimia appendebant feneſtris ad uentum uerſis, ut tota nocte refrigerarentur: Poſtea uerò ante ſolis exortum, uaſa deponebant humi, aqua frigida conſpergentes, folijsq́; herbarum frigidarum tegentes. Com. 4. in lib. 6. Epid. cap. 10.

Aquam optimam, atque omni ex parte laudabilem eſſe eam, quæ omnino limi odorisq́; mali eſt expers, quæq́; nullam guſtui exhibet qualitatem. ibidem.

Aquam, quòd natura frigida ſit, tardè penetrare, corrumpiq́; in hypochondrijs per acutos morbos. Com. 4. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 5.

Aquam uino temperatam diſtribui, deduciq́; à uino per corpus. Com. 3. in li. de Rat. uict. in mor. acut. c. 40.

Aquam corrumpi inillioſo uentriculo. Com. 3. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. c. 40.

Aquam coctam refrigerari aut per aërem ambientem, aut per uentum aliquem: aut ob ædes, quæ in ſe frigidum

com

comprahendant aërem, aut per circumpoſitam niuem, aut ſi ſupponatur ſcaturigini aquarum, aut ſi demittatur in puteum, idq; dupliciter, interdum quidem uaſe calidam continente, in frigidam putei demerſo: interdum autem ſupra illam ſuſpenſo. Com. 4. in li. 6. Epi. cap. 19.

Aquam turbidam percolari per uas fictile, quod poroſum exiſtat: uel etiam per linteum. ibidem.

Aquam, quæ cito calefit, & cito refrigeratur, leuiſſimam dici ab Hippocrate, idq; non pondere, ſed facultate: quòd uidelicet non grauet uentriculum, & quàm citiſſimè permeet: grauem autem, huic contrariam. Com. in Aph. 26. lib. 5.

Aquam æthercam, quæq; cum tonitru delabitur, eſſe aptam ocularibus medicamentis. Com. 4. in libr. 6. Epidem. cap. 19.

Aquam boræam, quæ elaborata eſt, ſummè puram, & tenuem exiſtere, inter hanc & nimboſam, mediam eſſe, quæ cum tonitruis deſtillat. Com. 4. in li. 6. Epid. c. 19.

Aquam boræam dici eam, quæ fit à uapore, ui caloris ambientis admodum attenuato, diſſolutoq;, poſtea uerò coacto, concretoq;, ratione ſuperuenientis frigoris. Cõ. 4. in lib. 6. Epid. ca. 19.

Aquam boræam, quòd confecta, elaboratáque ſit à calore, eſſe meliorem, quàm nimboſam eiuſmodi deſtitutam elaboratione. ibidem.

Aquæ ex diuerſæ naturæ ſubſtantijs cõcretæ, prius quidẽ quàm incaleſcãt, habẽt ſubſtantias illas in minima comminutas, atq; uniuerſo humori commiſtas: poſtea uerò quàm calfiunt, ac deinde refrigerantur, facilis eſt ipſarũ ſecretio: nã quicquid ex eis eſt terreum, ſubſidet. At poſt calfactionem, ante quàm refrigerentur, omnes illæ ſubſtantiæ ſunt colliquatæ, ac per ipſas aquas commiſtæ. Com. 4. in li. 6. Epid. c. 10.

Aquæ marinæ, aut ſulphureæ, aut aluminoſæ, exiccant, & calfaciunt. Com.5. in lib.6. Epid.cap.36.
Aquæ putridæ, ſi excalfiant, ac mox refrigeſcant, odorē tetrum, quem ex putredine contraxerunt, deponūt. Cō. 4. in lib.6. Epid.cap.10.
Aquæ alienas qualitates habentes, prius coquendæ ſunt, ac deinde propinandæ. ibid.
Aquis optimis quàmcelerrimè incoquuntur legumina, olera, fructus, & carnes in uitioſis autē tardiſſimè. ibidē.
Aquoſa excremēta eſſe tenuis humiditatis, atq; ſeroſæ indicia. Cō.3. in li.3. Epid.ca.55.
Aquilo, frigidus & ſiccus uentus cùm ſit, omnes corporis abſumit ſuperfluitates. Cō. in Aph.17. lib.3.
Aquilo frigidus eſt. Com.1. in lib.1. Epid.cap.1.
Aquilo partibus thoracis officit uniuerſis. Com.3. in lib.3. Epid.cap.66.
Aquilonis temperies eſt frigida & ſicca. Com. in Aph. 5. lib.3.
Aquilone ſpirante, corpora fiunt robuſtiora, uegetiora, ad motus promptiora, & meliùs audientia. Ibidem.
Aquilonia tempeſtas eſt Auſtrinæ contraria. Com.3. in lib.3. Epid.cap.1.
Arcturus oriens facit initium autumni. Cō. in Aph.14. li.3.
Arcturū oriri ante autūnale Equinoctiū, duodecim ferè diebus. Cō.1. in li.1. Epi.c.1.
Arcturo, Vergiliiſque intercedere menſes duos. Com.2. in lib.1. Epid.cap.2.
Arcturo adeſſe unam permutationem ambientis. Com.2. in lib.1. Epid.cap.2.
Arcturo oriente, magna ex parte cum uentis frigidis pluuia accidit. Com.1. in libr.1. Epid.cap.1.
Ardens febris perpetuam habet ſitim cum perpetuo, ac maximo incendio. Com.3. in lib.3. Epid.cap.46.
Ardens febris hyeme inuadēs, pernicioſiſſima eſt. Com. in Aph.34. lib.2.
Ardēti febre detēti rarò horrēt. Cō.3. in li.3. Epid. c.34.

Ardentem febrem aſſiduitate ſitis caloréq; exurente cognoſci. ibidem.
Ardentem febrem ex humoribus naſci biliofis. Cō. 2. in lib. 3. Epid. cap. 7.
Ardētes febres inquire, Cauſi.
Ardentes febres ſolent iudicari rigore. Com. 2. in lib. 1. Epid. cap. 75.
Ardentes febres ſolent diebus imparibus ſuas acceſſiones habere. Com. 3. in lib. 3. Epid. cap. 36.
Ardentibus febribus perraró eſt adiunctum coma: at faſtidium perſæpe. Com. 3. in lib. 3. Epid. cap. 34.
Ardentibus febribus peculiare eſſe, ut magna ex parte per profluuia ſanguinis iudicentur. Com. 2. in lib. 1. Epid. cap. 63.
Ardentibus febribus eſt peculiare, ut & ſitiant ægri, & calore inſigni exurantur. Cō. 3. in lib. 3. Epid. ca. 34.
Ardentibus febribus ſanguinis profluuium é naribus, familiariſſimum eſt. Com. 2 in lib. 1. Epid. cap. 75.
Ardentes febres efficit flaua bilis, in latioribus uaſis efferueſcens unà cum ſanguine. Com. 2. in lib. 1. Epid. cap. 73.
Ardentes febres fieri inuadentibus iecur & uentrem excrementis bilioſis. Com. 3. in lib. 3. Epid. cap. 11.
Ardentibus in febribus caput affici ex accidenti, calore nempe febrili prauos humores ad illud ſubuehente. Com. 3. in lib. 3. Epid. c. 62.
Aromatum omnium natura eſt ſufficienter calida. ibid.
Aromata omnia eſſe natura apta inducere capitis grauitatem. Cō. in Aph. 28. lib. 5.
Ars una miniſtrat alteri. Cō. 5. in lib. 6. Epid. ca. 1.
Ars effectrix, quæ nullius alterius, quæ ipſi aut inſtrumenta fabricet, aut concinnet materiam, indigens ſit, reperietur admodum raró. ibidem.
Ars dicitur longa, quód omnium feré operationum occaſionem momentaneam, ob idq; non comprehenſibilem,

nisi ab exercitatis, ſortiatur. Com. in Aph. 1. lib. 1.

Artis omnis conſtitutio ex propriorum à communibus diſtinctione oritur. Com. 1. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 17.

Artem perdiſcere, & iis quæ didiceris, rectè uti, differũt, Cõ. 2. in lib. 6. Epid. ca. 42.

Artem ut conſtituat ſimul, abſoluátque, nemo noſtrum ſufficiens eſt. Com. in Aph. 1. lib. 1.

Artem perfici tribus, ægro uidelicet, morbo, & Medico. Com. 4. lib. 6. Epid. Cap. 9.

Artem eſſe longam oſtendũt occaſio præceps, experimentum periculoſum, & iudicium difficile. Com. in Aph. 1. lib. 1.

Artes omnes conſtitutionem ſuam in ſpecierum differentiis ſortiuntur. Galen. contra Lycum.

Artium conſtitutores falluntur, quum quod cuipiam contigit, id uel in omnes, uel in plures quàm expediat, extendunt. Cõ. 1. in lib. de Rat. uict. in morb. acut. cap. 18.

Artifex ab inerte, hoc uel maximè differt, quòd exigua rerum diſcrimina perſentiſcat. Com. 3. in Prognoſtica, cap. 6.

Artifex rei cuiuſpiam non poteſt euadere, qui differentias eius priùs non calluerit. Gal. contra Lycum.

Artifex cenſetur optimus, qui propria à communibus poteſt diſtinguere. Com. 1. in lib. de Rat. uic. in morb. ac. cap. 17.

Artificum opera circa formas indiuiduas uerſantur, in quibus debet exercitari, qui uniuerſale iam anteà inuênit. Com. 3. in lib. 1. Epid. cap. 18.

Arteriæ, dum contrahuntur, explodunt: excrementitiũ fuliginoſum, dum dilatantur, attrahunt aërem ambientem. Com. 5. in lib. 6. Epid. cap. 3.

Arteriarum motus augetur per inflammationes, uehementius natura operante, ut quæ infeſta ſunt, facultate expul

expultrice profliget. Com. in Aph.21.lib.7.

Arteriarum opera mediocritatem caloris per totum corpus ſeruari. Com.6. in lib. 6.Epid.cap.1.

Arteriarum, atque uenarum ora, contigua ſunt. Com. 6. in lib.6.Epid.cap.2.

Arteriarum motus, ut minus putreſcant humores, maximum uſum præſtat. Com.3. in lib.3.Epid.cap.1.

Arterias antiqui appellabant uenas. Commen.4. in lib.de Rat.auic.in morb. acu. cap. 82.Com.3. in Prorrh.ca.9. Com.6.in lib.6.Epid.ca.2.

Articulus frequenter, faciléq; luxatur, uel ob cauitatem quæ non admodum ſit profunda, quæq; ſupina ſupercilia ſortiatur: uel ob earum partium humiditatem, quæ ipſam iuncturam ambiunt. Atque ob has cauſas facilè etiam articulus luxatus reducitur. Cõ.1. in lib. de Articul.cap.6.

Articulus ea parte excidit, qua labrum humilius eſt. Cõ.3.in li.de Articul.c. 68.

Articulus prolapſus, in contrariam partem ei, in quam excidit, impellendus eſt. Cõ. 3.in lib.de Fract.cap.62.

Articuli cuiuſq; fabrica duos habet ſcopos: nempe ut operationes præſtare expeditè poßit, atq; luxationes prohibeat. Cõ.3.in lib.de Fract. cap.55.

Articulum nullum eſſe reſtituendum per luxationes, ſi febris adſit. Hippocrates li. de Fract.cap.ultimo.

Articuli, inquire Iuncturis.

Articuli ambulationi inſeruiētes, inquire, Ambulatiõi.

Articuli crurum ob magnitudinem ſuam, atque motum, in quo uerſantur, facilè excipiunt decumbentes humores. Com.2. in Prognoſtica, cap.67.

Articulorum ſtructura non eſt in omnibus ſimilis, neque ijdem in omnibus prorſus ex tenſionis termini: ac proinde neque idem medium. Cõ. 3.in lib.de Offic.cap.20.

Articulorum dolores fiunt

fluen

fluentibus aliquando ad hæc loca ſuperfluitatibus: aliquando uerò propter inſtrumentorum, quæ natura ad eorum motionẽ fabricauit, frigiditatem. Cõ. in Aph. 3. lib. 3.

Articulorum uitijs conferre calidæ perfuſionem. Com. 2. in lib. de Fract. cap. 15.

Articulorum regiones, cùm maximè ſint neruoſæ, oſſulentæq́; ab inflammatione opprimũtur, & magis, magisq́; dolores ſentiunt. Cõ. 2. in lib. de Fract. cap. 15.

Articulos eſſe impellendos faſcijs in contrariam partem ei, in quam impetum fecerint. Com. 3. in lib. de Offic. cap. 31.

Articulis omnibus ineſt humor mucoſus. Com. 3. in lib. de Articul. cap. 30.

Articulares morbi, ſi cũ multa caliditate afflixerint, amaræ bilis poſtulant uacuationem: ſi uerò cum tumoribus frigidis, pituitæ. Cõ. in Aph. 47. lib. 6.

Articulari morbo correpti, omnes magna ex parte laborant priùs podagra. Com. in Aph. 28. lib. 6.

Articulationes alijs partibus ſunt neruoſiores. Com. 4. in lib. de Artic. cap. 21.

Articulares omnes dolores uere augentur: excitantur tamen & in autumno. Com. in Aph. 55. lib. 6.

Aruſpices, inquire, ἱεροσκόποι.

Aſcarides ſunt tenues quidã lumbrici, qui in parte maximè inferiori craſſi inteſtini gignuntur, & plurimi apparent in iumentis malè cibum coquentibus: quorum malam concoctionem fœtor indicat excrementorũ. Com. in Aph. 26. lib. 3.

Aſcia dicitur id genus uinculi, quod lunæ figuram gerit, eſtq́; ex altera parte ſimũ, atque ex altera gibbũ. lib. de Faſcijs, cap. 5.

Aſciam eſſe deligationem, quæ à tranſuerſa parum in obliquam declinat. Com. 2. in lib. de Articul. cap. 37.

Aſciã ſumi pro faſcia, quando parum

parum à rectitudine ad latus declinans, nondum tamen obliqua, inuoluitur. Cō.3.*in lib.de* Fract.ca.21.

Aſcites à maiori frigiditate gignitur, quàm tympanias. Com.*in* Aph.11.*lib*.4.

Aſcites hydrops dicitur ille, in quo uacuitates uentris humore aquoſo ſunt plenæ. Com.*in* Aph.11.*lib*.4.

Aſcitem nullus per ſanguinis miſsionem ſanare eſt auſus. Com.4.*in lib. de* Rat. *uict.in mor.ac.cap*.111.

Aſcites, lege Hydrops.

Aſclepiadem extitiſſe Sophiſtam *legitimum.* Gal.*contra* Iulianum.

Aſinos & aſellos uocari ab Hippocrate *axes*.Com.3.*in lib.de* Fract.*cap*.40.

Ασίτους *appellant* Græci *eos, qui à cibis abſtinent, quòd eos non appetant.* Com.1. *in lib*.1.Epid.*cap*.28.

Aſpera arteria principium habens à gutture, in pulmonem diuiditur. Com.2. *in* Prorrh.*cap*.53.

Aſperæ arteriæ amplitudo magnitudini thoracis magna ex parte reſpondet. Cō.4.*in lib*.6.Epid.*cap*.24.

Aſperæ arteriæ inflammatio ſtrangulare non poteſt. Cō. *in* Aph.34.*lib*.4.

Aſperam arteriam dilatari, quoties rectè thoracem cum collo extendimus. Com.2.*in* Prorrh.*cap*.53.

Aſperitas organorum reſpirationis oritur à ſiccitate. Com.2.*in lib*.1.Epid.*c*.78.

*Aſperum omne prorſus inæquale exiſtit.*Com. 3. *in lib. de* Offic.*cap*.11.

Ασώδεις *dupliciter fieri: uno modo quum uirtus à corpore opprimitur, nullamq́; figuram facile ſuſtinet: altero, quum os uentriculi à prauis mordetur humoribus.*Cō.2.*in* Prorrh.*ca*.43.

Aſthma, *hoc eſt, reſpiratio crebra, fit uel ob exercitium improbū, uel ob anguſtiam uentriculorum pulmonis à defluxu aliquo genitam.*Cō. *in* Aph.26.*lib*.3.

Aſthma, *hoc eſt, anhelatio, dicitur ob crebram reſpirationem*

tionem, quam etiam qui ue-lociter currunt, habent. ibi.

Aſthma, hoc eſt anhelatio, abſque febre quidem accidit, fitq́; à craßis, lentisq́; humoribus uias ſpiritus occupantibus, aut ab aliquo tuberculo crudo in pulmonibus conſiſtente. Com. 4. *in lib.*6.Epid.*cap.*4.

Aſthmate urgente crebreſcit admodum reſpiratio, ualde ſeſe dilatante thorace: faciésque rubentior redditur. Com.2.*in* Prorrh.*ca.*39.

Aſthmata fiunt à pituitoſis excrementis ad pulmones à capite deſtillantibus. Com. *in* Aph.31.*lib.*3.

Aſthmata fieri tum propter humorum motum ad internas partes: tum propter frigiditatem. Com.*in* Aph.22. *lib.*3.

Aſthmatica, acutaq́; difficultas reſpirandi, oritur ob flatus, pituitæq́; multæ ex capite in pulmonis bronchia per aſperam arteriam defluxum: atque ex pleuritide in ea translata: & pure multo, propter affectionem aliam, medium inſtrumentorum duorum occupante locum. Cō.2. *in* Prorrh.*c.*39.

Aſtricta ſunt aperienda, & rarefacienda moderatè calfacientibus. Com.2.*in lib.*6. Epid.*cap.*1.

Aſtringenti ui præditum ſuccum, habere aliquid, quod refrigeret. Com.5. *in lib.*6. Epid.*cap.*23.

Aſtringentes cibi cogunt, conſtringuntq́; corpora, uiasq́; tum diſtributionis, tum alimoniæ, tum eius, quæ foras fit, perſpirationis, conniuere faciunt, quas recluſas, apertasq́; eſſe conducit. Com.1. *in lib. de* Rat.*uic.in mor. acut. cap.*18.

Aſtringentia edulia, ut os uentriculi roborant, ſic plus iuſto exiccant. ibidem.

Aſtringētia medicamēta ſunt frigida. Com.4. *in lib. de* Articul.*cap.*21.

Aſtringentia addunt robur retentrici potentiæ. Com.5. *in lib.*6.Epid.*cap.*28.

Aſtringentibus nemo utitur

*cibis, niſi uel propter ſym=
ptoma quod animi deliquiũ
inducat, uel propter immo=
deratum uentris profluuiũ.*
Com.1.*in lib.de* Rat.*uict.in
morb.acut.cap.18.*

*Athletæ, quia exercitijs au=
gent calorem natiuum, ob id
multis frui alimentis poſ=
ſunt.* Com.*in* Aph.15. *lib.1.*

*Athletis ægrè luxari mem=
bra, quòd ualidis, magniſq́;
muſculis undequaque coar=
ctata ſint.* Com.4. *in lib.de*
Articul.*cap.42.*

*Athletas nonnullos ob pleni=
tudinem ſubita morte pe=
rijſſe,* Com.*in* Aph.3. *lib.1.*

*Athletas eſſe ob uitæ inſtitu=
tum calidos.* Com. 1. *in lib.*
1.Epid.*cap.11.*

*Atra bilis ſolutu difficilem
& contumacem affectum gi
gnit.* Com.3. *in* Prognoſti=
ca.cap.46.

*Atra bilis urget maximè à
quadrageſimo anno uſque
ad ſexageſimum: nec non in
autumno.*Com. *in* Aph. 57.
lib.6.

*Atra bilis, quæ à flaua exuſta
ducit originẽ, omni ex par=
te moleſtiſſima eſt.* Com. *in*
Aph.53.*lib.6.*

*Atra bilis à fæce ſanguinis or
ta, craſſior eſt illa, quæ à fla=
ua bile præaſſata oritur: plu
rimum tamẽ ab ea uincitur,
quod pertinet ad qualitatis
malignitatem.*Dicitur *porrò
& hæc atra bilis, quòd ſi
priùs non uacuetur, paulò
pòſt atra futura ſit.ibidem.*

*Atra bilis eſt ſicci tempera=
menti, mordicatq́;.* Com.1.
*in lib.3.*Epid.*cap.5.*

Atra bilis, lege, Melancholi=
cus humor.

*Atra bilis fit tum ex flaua
ſupra modum aſſata, tum ex
ſanguine craſſo.* Com. 1. *in*
Prorrh.*cap.*4.& 10.

Atra bilis terram fermentat.
Com.2.*in* Prorrh. *cap.* 39.

*Atra bilis deterrima, & quæ
maximè erodens eſt, quæ fit
à præaſſata flaua.* Com.2.*in*
Prognoſtica,*cap.*47.

*Atra bilis differt à nigro ſan=
guine, & quòd non ſit con=
creta, ſed fuſa: & quòd ful=
gentem ſortiatur nigredi=
nem:*

nem: & quòd ſit mordax, ut acetum, abradatq́; terram, atque fermentet. Com. in Apho.23.*lib*.4.

Atra bilis eſt acida. Com.3. in lib.de Rat.*uict. in mor. acu. cap*.38.

Atra bilis commota, maiorem affert noxam, quàm flaua. Com.5.*in lib*.6.Epi.*ca*.24.

Atra bilis gignitur ex craßiori ſanguine, & ex flaua exuſta. Commen.6.*in lib*.6. Epid.*cap*.3.

*Atra bilis acceßionem quarto quoque die facit. Com.1. in lib.*6.Epid.*cap*.8.

Atra bilis, quæ à flaua præaſſata trahit ortum, eſt malignantis naturæ, atque erodit partes, in quibus abundè collecta fuerit. Cõmen. 3. in Prognoſtica,*cap*.27.

Atræ bili debent originem elephas, cancer, febris quartana, lien magnus, uarix denigrata, melancholia, & omne mentis deliriũ, cui ira, temeritas, atque immanitas iungitur. Cõ. in Aph.2.*li*.4.

Atram bilem, quòd grauitate deſcendat ſua, eſſe per inferiora uacuandam. Com. *in* Aph.9.*lib*.4.

Atram bilem purgandam eſſe in melancholia, cancro, & elephantiaſi. Com. *in* Aph. 47.*lib*.6.

Attenuare pertinet ad humores. Com.1.*in libr.* 6. Epid. *cap*.5.

Attenuatio eſt quædam uniuerſæ molis detractio, uel ſubſidentia. Com.3. *in lib*.6. Epid.*cap*.29.

Atticam priſcã linguam nonnulli exiſtimarũt eſſe illam, qua utebatur Hippocrates. Com.1.*in lib.de* Fract. *ca*.1.

Atticorum lingua quadantenus Hippocrates *utitur. ibi.*

Attonitus morbus, inquire Apoplexia.

Attritionem nubium contingere, quum ipſæ nubes diuulſæ, proprijsq́; terminis circunſcriptæ, concurrunt, & congrediuntur. Com. 4. *in lib*.6.Epid.*cap*.19.

Audacia delirij ſanè eſt indicium. Com.1.*in lib*.6. Epid. *cap*.29.

Auditorij ſenſus læſio, cerebri læſionem declarat. Com. 3. in Prorrh. cap. 3.

Aues ſicciori, quã nos, tẽperamẽto cõſtãt, ob idq; ſiccioribus tempeſtatibus longè melius ſe habent, ſicciorīq; alimẽto atq; potu parciori utũtur. Cõ. 4. in li. 6. Epi. c. 26.

Augeri deſiderant, quæ per eroſionem fuerũt exulcerata. Com. in Aph. 19. lib. 6.

Augeri facilius mollia corpora. Com. in li. de Salub. diæt. cap. 23.

Augeri corpora ratione calidi innati. Com. 2. in libr. de Nat. hum. cap. 13.

Augures, inqre, οἰωνοσκόποι.

Auris ſicca pars eſt: proinde exiccantia medicamenta poſtulat, mediocriter tamen. Cõ. 2. in li. de Arti. c. 55.

Auri fractæ cataplaſmata officiunt: nam cùm ſicciſſima natura ſit prædita, utpote ex cute & chartilagine conſtans, plurimũ eſt exiccãda. Cõ. 2. in li. de Arti. ca. 46.

Auri dolenti inſtillãda pharmaca, eſſe prius calfacienda ad lucernæ, uel cereæ cãdelæ flammulã: tandiuq; ea inſtillari oportere, donec aliquid ex ipſis ad exteriora regurgitet. Com. 5. in lib. 6. Epid. cap. 13.

Aures refrigerantur celerrimè, quòd exangues, excarnes, & chartilagineæ cùm ſint, ſuapte natura ad affectum ſint inſtructiores. Cõ. 1. in Prognoſtica, c. 7.

Aures ſonis implẽtur propter eos qui à uentre ſurſum ferũtur uapores, & propter flatulẽtum ſpiritum, qui in ipſo capite oritur. Cõ. 2. in lib. de Rat. uict. in mor. acu. c. 44.

Aurium ſordes cùm ex natura ſua ſint amaræ, fieri non poteſt, ut euadãt dulces, niſi ægrotãte cerebro. Dulceſcũt itaq; per eius colliquationẽ. Cõ. 5. in li. 6. Epid. cap. 19.

Aurium dolores uehementes, permultos perimunt, in cõſenſum perducto cerebro. Cõ. 3. in Prognoſtica, c. 13.

Auriũ dolor delirium gignit, quoties fluxio dolorem excitans, confertim decubuerit

in cerebrum.ibidem.

*Aurium ſordes fiunt à natura expurgãte cerebrum.*Com. 5.*in lib.*6.Epid.*c.*3.

Auribus expurgari cerebrũ, præter naturam contingit. Com.*in* Aph.24.*lib.*3.

Auſpices, inqre, ὀιωνοσκόποι.

Auſtera omnia frigiditatẽ cũ terrea ſubſtantia ſortiuntur. Cõ.4.*in li.de* Arti.*c.*21.

*Auſter cõſueuit diſſoluere corpora, humoréſque fundere, adeoq́; putrefacere ſimul, ubi cum largioribus coniunctus ſit imbribus.*Com.2.*in lib.*1.Epid.*c.*62.

Auſter eſt aliquando ſiccus, quẽ Leuconotũ *appellat uulgus.*Cõ.3.*in lib.*3.Epid.*c.*3.

*Auſter calidus eſt, & humidus.*Com.*in* Aph.5.*li.*3.

*Auſter eſt flatus feruens.*Cõ. 1.*in li.primum* Epid.*cap.*1.

Auſtrinæ tẽpeſtates, ſi diuturnæ ſint, inducũt putredines, potiſsimùm ſi ſint humidæ. Cõ.1.*in lib.*1.Epid.*c.*15.

Auſtrinæ tempeſtati eſt Aquilonia *contraria.*Cõ.3.*in lib.* 3.Epid.*cap.*1.

Autorum nomina ſupprimebãtur apud Aegyptios.Gal. *contra* Iulianum.

*Autumnus omnibus malus eſt ætatibus, naturis, ac regionibus.*Com.*in* Aph.18.*lib.*3.

*Autumnus eſt atræ bilis alumnus.*Cõ.*in* Aph.57.*lib.*6.

*Autumnus eſt ſiccus & frigidus, inæqualisq́;.*Præfã.*in li.* 1.Epidem.

*Autumnus æſtatem ſubſequitur.*Cõ.*in* Aph.18.*lib.*1.

*Autũnus morbis qui ex corruptiõe fiũt, aſsimilatur: ac proinde qui eo febriũt tempore, aſsidua optimi indigent adiectione.*Cõ.*in* Aph.17.*li.*1.

*Autũnus exiſtẽs frigidus, ruſam excipit bilem ab æſtate exaſſatã.*Cõ.ĩ Aph.30.*li.*3.

Autumnus humores pellit ab extimis ad intimas partes. Com.*ĩn* Aph.22.*li.*3.

Autũnus habet præpollẽtẽ frigiditatem, ſiccitatemq́;, ac præterea inæqualis exiſtit. Com.1.*in lib.*1.Epid.*c.*1.& Com.*in* Aph.10.*li.*3.

Autumnus, etſi ſaluberrimum corpus exceperit, atram tamen

men in eo bilem accumulat. Com.*in* Aph.20.*lib*.3.

Autumnũ incipere ab exortu Arcturi, *qui antecedit autumnale æquinoctium*.Cõ.2. *in li*.1.Epid.c.1.

Autumno ineſt,quòd eadẽ die modò calor,modò frigus inſiſtet.Cõ.*in* Aph.9.*li*.3.

Autumno refrigerari,& cogi in unum,atq; denſari corpora incipiunt.Com.*in* Aph. 18.*lib*.1.

Autumno Aſcarides, *elephantiaſis, cancer, tabes,cordis dolores,horrores,atræq; biles,tum ob prauorum humorum eo tempore redundantiam,tum ob ambientis inæqualem temperiem,oriuntur*.Com.1.*in li*.6. Epidem. *cap*.13.

Autumno,ſi uires ualidæ fuerint, crebrò liberaliterque alendus eſt æger:ſi uerò debiles, parcè ſimul & ſæpè. Com.*in* Aph.17.*lib*.1.

Autumno inualeſcit acida bilis.Com.1.*in li*.1.Epid.c.1.

Auulſiones, quæ ῥήγματα *Græci uocant, in muſculorum fibris contingunt,ita ut dum nimis tenduntur, aliquæ ex illis rumpantur*.Cõ. 3.*in li.de* Off.*cap*.30.

Axilla eſt locus cauus ſub humero.Cõ.2.*in lib.de* Fract. *cap*.66.

Axillæ durus,atque rotundus tumor,caput brachij ſua exцидiſſe ſede ſignificat.Com. 1.*in li.de* Off.*cap*.1.

Axillarum fœtor poteſt ad mediocritatem perduci aſperginibus obtundentibus uim illius mali odoris.Com.4.*in lib*.6.Epid.*cap*.9.

Axillaris uena, inquire, Interna uena: *ſunt enim idem.*

Axillaris uena magis euacuat thoracis partes,ac præcipuè ſupernas. Com.2. *in libr.de* Rat. *uict.in morb. acut.capi*.16.

Axillari uena non apparente circa cubitum,ſecundam eſſe aliquam internarũm ab ea productarum, quæ rectà per os cubiti deferuntur.ibidem.

Axillares uenæ ſunt humerarijs maiores.ibidem.

Balneum cocto iam morbo, ad ſputorum, quæ in thorace et pulmone continentur, expurgationem maximè confert. Com.3.in lib.de Rat.*uic.in mor.ac.cap.61.*
Balneum adminiſtrãdum eſt, priùs uacuato corpore.Cõ. 3.in lib.de Rat.*uict.in mor. ac.cap.62.*
*Balneum ad purgationẽ præparat.Com.5.in lib.6.*Epid. *cap.29.*
Balneum alui excrementa in uniuerſum corpus reuellit. Com.3.in li.de Rat.*uict. in mor.ac.cap.59.*
*Balneum ſiti liberat, humectatq́;.Com.6.in li.6.*Epid. *cap.1.*
Balneum ad digeſtionem, & digeſtorum appoſitionem, confert.Com.in li.de Salub. diæta, cap.13.
Balneum calidum, humores colliquat, uaſaq́; relaxat. Com.in li.de Salu.diæ.c.16.
Balneum plethoricæ diſpoſitioni nocet quàm maximè. Com.in Aph.*46.li.7.*
*Balnei uis eſt, ut corpus fundat, laxetq́;, ſi qua parte ſit contentum, aut induratum. Com.5.in li.6.*Epid.*ca.29.*
Balneum egreſſis neq; bibendum neq; ſorbendum ſtatim eſt.Com.3.in li.de Rat.*uic. in mor.ac.c.56.*
Balneo ſolo Galenus *cuidam adoleſcenti oculorum dolorẽ à fluxione ortum ſedauit, corpore non exiſtente pleno.Com.in* Aph.*31.lib.6.*
Bilis ſimpliciter ſumitur pro pallida, & flaua.Cõ.3.in li. de Rat.*uic.in mor.ac.c.2.*
Bilis irritat aluum ad excretionem.Cõ.in Aph.*20.li.2.*
Bilis mordens os uentriculi, cardiogmon, bilisq́; uomitũ excitat.Cõ.3.in Prog.*c.30.*
Bilis exquiſita rarò uomitu redditur, quin ſeroſa ſuperfluitas illi adſit permixta. Com.in Aph.*50.lib.6.*
Bilis fluere ad uentriculũ ſolet in magnis doloribus, atque in mœroribus uehementibus. ibidem.
Bilis cruda, eſt admodum flaua, acris, & malè olens: cocta pallidior, & minimè ma

lé olens. Com. 3. in libr.de Rat.uiƐt. in morb. acut.capite 44.

Bilis per inedias amarior redditur. Com.2. in lib.de Rat. uic.in morb.acut.c.30.

Bilis ſupra modum aſſatur propter uehementem caliditatem. Com.1.in Prorrhet. cap. 4.

Bilis ſi ſyncera, aut multa in aluum deſcendat, rufam, flauámue deiectionem efficit: ſi uerò nulla, cãdidam. Com. 2. in Progn.c.17.

Bilis abſolutè dicta, ſumitur pro flaua, aut pallida. Com. 1.in libr. de Nat.huma.capit.35.

Bilis ſimpliciter dicta, ſumitur pro amara. Com.4. in libr. de Rat. uiƐt.in morb. acu.cap.4.

Bilis in ſeneƐtute deficit.Cõ. in Aph.20.lib.2.

Bilis pallida, & flaua amaricat. Com.3.in lib.de FraƐt. cap.49.

Bilis utraque erodit corpus. Com.2. in Prognoſtic. cap.46.

Bilis flaua acutas accendit febres. Com.2. in Prognoſti. cap.46.

Bilis flaua quidem ex ſanguine plus calfacto: atra autem ex eodem aſſato & aduſto, atq; etiam ex craſſo gignitur. Com.2.in li.de Rat. uic.in mor.ac.c.30.

Bilis flaua permiſta aquoſis humoribus, liquidiſsima & pallida cernitur: ſola uerò cùm exiſtit, craſſa ſimul & flaua eſt. Com.3. in libr.de Rat.uiƐt.in morb. acut. capi.2.

Bilis uitellina gignitur ex craſſeſcente flaua: ut pallida, cùm illi aliqua ſubſtantia intermiſcetur aquoſa. Com. 5.in lib.6.Epid.cap.14.

Bilis porracea ſæpenumero in uentriculo gignitur ob cruditatem quorundam eſculentorum, aut olerum: interdum etiam ob morbum in uenis gignitur. Com. 2. in Prognoſtica, cap.39.

Bilis atra eſt acida: ut ea quæ flaua eſt, amara. Com. 3.in lib.de Rat.uic.in mor. acu.

acut.cap.2.
Bilis plurimum gigni ex pinguiori alimenti parte.Com. 5.in libr. ſextum Epidem. cap.14.
Bilis portio nonnullis confluit in uentriculum à iecinore. Com.2.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.cap.31.
Bili flauæ gignendæ ſunt idonea calida, & ſicca temperamenta, dulcéſque omnes humores.Com.3.in lib. de Rat.uict. in morb. acut. cap.2.
Bilem deſcendentem ad inferna inteſtina, niſi excernatur ſubitò, recurrere ad ſuperiora, adeò ut poſtea uix explodatur, grauiſſimaq; inducat ſymptomata. Com.3.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.c.33.
Bilem neutram in ſanguinis redire naturam poſſe.Com. 2.in lib.de Rat.uic.in mor. ac.c.30.
Bilem tum per uomitum,tum per clyſterem, uacuandam eſſe.Cō.4.in lib.de Rat.uic. in mor.ac.c.6.
Bilem iudicatoriè diſtribui per corpus ante ſeptimum diem,eſt impoßibile.Com.in Aph.62.lib.4.
Bilem amaram ſimpliciter dici à ueteribus bilem:melancholicum autem ſuccum, non bilem ſimpliciter, ſed atram bilem, cum adiectione. Com. in Aph. 32. lib.7.
Bilem excerni ſpumantem, uel ratione feruoris,uel agitationis à flatu aliquo effectæ.Com.3.in libr.de Rat. uictus in morbis acut. capit.12.
Bilem rubram appellăt eam, quæ ſerum ſanguinis eſt. Com.5.in libr.6. Epidem. cap.14.
Bilem interdum conſpici æruginoſam, interdum fuſcam, interdum rubram, interdum etiam porraceam.Cō. primo in libr.de Nat.hum. cap.4.
Bilem pallidam uocari abſolutè bilem: cæteras autem,cum adiectione:ut cum dicimus atram bilem, aut

æruginoſam, aut rubeam, aut flauam, aut denique uitellinam. Com.5. *in libr.* 6. Epid.*cap.*14.

Bilioſus *humor ex melle, & dulcibus, ſi plus æquo incaluerint, gignitur. ibidem.*

Bilioſus *humor ſemper morbos acutos procreat.* Com. *in* Aph.32.*lib.*7.

Bilioſus *ſuccus efficit ſitibundos, uigiles, & nauſeabundos ægros.* Com.3.*in libr.*1. Epid.*c.*23.

Bilioſus *humor ſyncerus per uomitũ redditus, arguit calo ris copiã.* Cõ.2.*ĩ* Prog.*c.*38.

Bilioſi *humoris abũdantis indicia ſunt rigor, acuta febris, ſitis, bilioſus affluxus, delirium, atq; uigiliæ.* Com.3.*in lib.*1.Epid.*cap.*21.

Bilioſum *natura plurimum lædi ab aquæ potione.* Com. 3.*in lib.de* Frac.*ca.*49.

Bilioſiores *optimè degũt hyeme.* Com.*in* Aph.18.*lib.*3.

Bilioſorum *malignorum deiectio, non extinguit hypochondriorum ardorem, ſed excitat, faſtidiũq; & anxietatem inducit.* Cõ.3. *in li.de* Rat.*uict.in mor.ac.cap.*14.

Bilioſis *naturis meritò acres deiectiones contingũt, propter pallidam, flauam, atq; amaram bilem: pingues uerò, propter eliquationem.* Com.3.*in lib.*3.Epid.*c.*70.

Bilioſis *admodum, ſanguinẽ detrahendum non eſſe.* Com. 3.*in lib.*6.Epid.*c.*44.

Bilioſos *eſſe tẽperie calida, et ſicca.* Cõ.3.*in li.*3.Epi.*c.*70

Bilioſos *in colliquantes febres incidere, offendiq; deiectionibus alui. ibidem.*

Bilioſius *reddũt corpus æſtus, uigiliæ, curæ, mœrores, iræ, alimenti inopia, ciborumq; bilioſorum uſus immoderatus.* Cõ.1. *in li.*6.Epid.*c.*9.

Biſyllaba *omnia, quæ affectus ſignificant, in Græca prolatione acuuntur: ut* κυρτός, ῥαιός. Com.2.*in lib.de* Fract. *cap.*69.

Blæſi *ſunt ſortiti à principio generationis deteriorẽ formationem eorũ muſculorũ, qui mouent linguam.* Com. 2.*in lib.*1.Epid.*c.*78.

*Bo*bus *ſolis inter animalia herbiuora, per hyemem deeſt copia paſtus, quum herbam paruam nequeant dentibus apprehenſam abſcindere.* Com.1. *in lib.de* Artic. *cap.*29.

*Bo*num *ſignum nullum ad genus tranſit malorum: ſicuti nec malum ullum deficit ad bonorum genus, quoties ſingula cũ proprijs diſtinctionibus expenduntur.* Com.3. *in* Prognoſtica, *cap.*39.

*Bo*ues *coxæ articulum latiorem ſortiuntur.* Com.3. *in lib.de* Artic. *cap.*73.

*Br*achium *ſortitur duos ſinus: anteriorem quidẽ breuiorem: poſteriorem uerò profundiorem, in quos nimirum admittit proceſſus cubiti.* Com.3. *in lib. de* Fract. *cap.*54.

*Br*achiũ *dicitur tota ea pars, quæ inter humerum, cubitumq́; conſiſtit.* Com.1. *in lib.de* Artic. *cap.*4.

*Br*achij *caput cohærens cubito, eſt magnum, quòd illic dilatetur, & in plura capita inæqualia exurgat.* Com.3. *in lib.de* Fract. *cap.*54.

*Br*achij *caput figuram cardinis referens, ſinum oßis cubiti ingreditur, inibiq́; conſtituit articulum.* Com.2. *in lib.de* Fract. *ca.*66.

*Br*achij *caput, quod ſatis magnum eſt, inſeritur in ſinum non admodum altè excauatum extremitatis ſcapulæ.* Com.1. *in lib.de* Artic. *ca.*1.

*Br*achij *naturalis figura habet uolam manus conuerſam in regionem internam: conuexitatem uerò in externã: ita ut minimus quidem digitus, infimam: pollex autem, ſupremum locum obtineat.* Com.1. *in lib.de* Fract. *c.*13.

*Br*achij *figurationes extremæ, ac ueluti aliarum omnium exceſſus, ſunt quatuor: nempe inflexa, extẽta, prona, & ſupina. Angularis autem eſt media inter tenſam, & flexam.* Com.1. *in lib.de* Fract. *cap.*11.

*Br*achij *os confractum, exorto callo intra dies quadraginta firmari.* Com.2. *in lib.*

de Fract.cap.6.

Brachij *tuberculorum, quod quidem interius eſt, cum nullo articulatur oſſe: quod uerò exterius, radio committitur.* Com.3.*in lib.* de Frac. *cap.*54.

Brachij *oßis inferior pars, in curuam rotunditatem deſinit, quam utrinq; duæ eminentiæ orbiculares continent: quibus in cubiti ſinus inſertis, illic firmatur.* Quũ *autem tàm antè, quàm pòſt quaſdam cauitates ſortiatur, in eas recipit cubiti prominentias, roſtro ſimiles.* Com.1.*in lib.de* Fract.c.10.

Brachij *ſinus, inquire,* Cubito.

Brachium *confractum ſic collocandum eſſe, ut os cubiti ſubiectum ſit radio, atque cum oſſe brachij rectum conſtituat angulum.* Com.1. *in lib.de* Fract.*cap.*22.

Brachium *confractum habentes, debere ad decimum uſq; diem in quiete uerſari.* Com. 1.*in lib.de* Fract.*cap.*45.

Brachio *duo inſunt ſinus, qui proceſſus cubiti excipiunt.* Ineſt *ei & tertius, in medio ueluti exculptus, trochleæ ſimilis.* Cõ.3.*in lib.de* Fract. *cap.*54.

Braßicæ *ſolidum corpus, uentrem cohibet: ius autẽ ipſum proritat, ſubducitq;.* Com.1. *in lib.de* Rat. *uict. in morb. acu.cap.*18.

Bregmatis *os utrunque circunſcribi lineis rectis quaternis.* Com.3.*in lib.*6. Epi. *cap.*10.

Bregmata *uocari duo illa oſſa in anteriori capitis parte ſuperiacentia cerebro. ibi.*

Breuitas *in ſermone eſt laudanda, ubi uno uocabulo ſermo clarus euadit.* Com.2. *in lib.de* Officin.*cap.*15.

Breuitatis *fuiſſe ſtudioſißimos ueteres.* Com.2.*in* Prognoſtica,*cap.*16.

Bubones *abſque manifeſta occaſione orti, uiſcerũ inflammationibus (quod ueriſimile eſt) ſuperueniunt.* Com. *in* Aph.55.*lib.*4.

Bubulæ *carnes inter omnia edulia, prauam alimoniam largiun*

largiuntur. Com.4. in lib. de Rat. uict. in morb. acu. cap.49.

Bulbus narcißi, uomitum excitat. Com.2. in lib. de Artic. cap.48.

Bulimum differre à canina fame, eſſeq; ſymptoma facultatis, abſque externa frigiditate contractum: quod quidem à fame inchoauit, ſed non habet eam amplius adiunctam. Com. in Aph.21. lib.2.

Bullæ ſunt ſtabiles, difficulterq; ſoluuntur, quando humor tenax circumextenditur flatulento ſpiritui. Com. in Aph.34. lib.7.

Bullæ fiunt circumextento humore ſpiritui flatulento. ibidem.

Bullas ſpumantes fieri concurrente aëre turbulento, nebuloſoq;, cum humore glutinoſo, ſimul & craſſo. Cō.2. in Prognoſtic. c.47.

Bullulæ, ut gignuntur ex humida ſubſtantia includente intra ſe aërem, ſic ſoluuntur, ipſa humiditate ſoluta. ibidem.

Buphthalmon herbam dici Polyophthalmō: auxiliariq; luxatis cum exulceratione particulis. Com.4. in lib. de Artic. cap.32.

C

CAcochymia ſi quis laboret, aut corruptione humorum, fieri nequit, ut copioſa & repentè facta euacuatione, ſtatim curetur. Galen. contra Iulianum.

Cacochymiam uacuari per purgationem. Com. in Aph.31. lib.6.

Κακοηθεῖς morbi dicuntur, quicunq; periculum minantes, ſpem ſalutis nō adimūt. Com.1. in Prorrh. cap.14.

Cadauer collocatū in dextrū, aut ſiniſtrum latus, non manere, ſed fieri ſupinum, aut pronum. Com. in Prognoſti. cap.15.

Cæcitates fiunt & à pituitoſo, & à melancholico humore. Com. in Aph.56. lib.6.

Cæcum inteſtinum ſolum ſolutum eſt omni uinculo, ob idq;

idq́; facilius cæteris in ſcrotum illabitur. Com.4. *in lib.* 6. Epid.cap.3.

Calcei contortio, & detritio, in quam partem greſſus hominis fiat, oſtendit. Com.4. *in lib.de* Artic.cap.14.

Calcei tẽpeſtate Galeni *erant clauis transfixi.ibidem.*

Calcei in Aſia & Creta, Galeni *tempeſtate, qui uſque ad mediam tibiam aſcenderẽt, atque utrinque pellem haberent multifidã, foratamq́; in extremis partibus, maximè in uſu erant.* Com.4. *in lib.de* Artic.cap.15.

Calceis profundis multifidisq́; uenatores utuntur. Com.4. *in lib.de* Artic.cap.14.

Calculis tranſeuntibus per renum regiones, excitari dolores ſæuiſsimos: reliquo autem tempore, perinde ac ſi pondus aliquod ei loco incumberet. Com.1. *in lib.* 6. Epid.cap.5.

Calculos gigni præcipuè ab humore crudo, accedente illi calore ueluti effectrice cauſa. Com.2. *in lib.de* Natu. hum.cap.13.

Calx quinque oſſa continet. Com.2. *in lib.de* Fract.ca.8.

Calx ſyderatus grauiſsima ſymptomata inducit, haud quidem propria ratione, ſed ob tẽdonem illum magnum, qui in ipſum inſeritur. Com. 2. *in lib.de* Frac.cap.23.

Calx ſyderatus nullam curationem admittit. Com. 2. *in lib.de* Fract.cap.21.

Calcis os omnium pedis oſſium eſt maximum, taloq́; & tibiæ ſubijcitur, ac breuiter uniuerſum corpus, dũ ſtamus, ſuſtinet. Com. 2. *in lib.de* Fract.cap.8.

Calcis os ab anteriori parte iungitur cum oſſe cyboide. ibidem.

Calci à poſteriori parte inſeritur tendo ortus à muſculo ſuræ. Com.2. *in lib.de* Frac. cap.65.

Calci malè affecto orbem ex molli confectum lana ſubdendum eſſe. Com.2. *in lib. de* Fract.cap.22.

Calci annectitur à parte ſuperna calus. Com.2. *in lib. de* Fract.

de Fract.cap.16.

Calci committitur tendo ortus à muſculis poſterioris, & carnoſæ partis tibiæ. Com.2.in lib.de Fract.cap. 17.& 18.

Calci contuſo ſubditam cutim, ſi craßior ſit, incidendam eſſe ſcalpello, ſic tamen ut ſanguis non effluat. Com.2. in lib.de Fract.cap.18.

Calcem colliſum deligandum eſſe,ut deligantur fracturæ: curandumq́;,ut ab eo repellantur humores ad alias partes.Com.2. in lib. de Fract. cap.25.

Calfacientia potenter, ferè omnia, capitis dolorem conciliant. Com. in Aph. 28. lib.5.

Calfacientia remedia ex uicinis locis ad partem concalfactam,attrahendi,ac digerendi uim poßident.Com.3. in lib.de Offi.cap.15.

Calfacientia,ut quod in uicinis continetur partibus, digerunt:ſic quod redundat ex propinquis,attrahunt.Com. 2.in lib.de Rat.uict.in morac.cap.1.

Calfacientia ſimul & robur addentia, ſunt genere quatuor: nempe frictio, quam linteis molimur:perfuſio calidæ aquæ: frictio per calida medicamenta: atque inunctio per calida medicamenta. Com. 3. in libr. de Offic. cap.32.

Calfacientia,ex accidenti refrigerant, digerendo igneũ calorem. Com. 2. in lib. 6. Epid.cap.9.

Calfacta promptiùs afficiuntur ab occurrentibus. Com. 4.in lib.6.Epid.cap.10.

Calida natura prõptè omnia ſubintrat, præſertim cùm non admodum craſſam ſubſtantiam habuerit. Com. in Aph.5.lib.5.

Calidam temperaturam minùs in morbis periclitari calidis. Com.in Aph.34.li.2.

Calida præter modum temperatura præditi, ſatius eſt ut in loco dormientes frigido, aërem frigidiorem per inſpirationẽ attrahant.Cõ. 4. in libr.6. Epid.cap.16.

Calida & humida omnia ſunt apta ut repleant caput. Cō. in Apho.5.*lib*.3.
Calidæ affuſio calorem ſoluit. Com.2.*in lib*.6. Epid.*ca*.9.
Caliditas regionis, & temporis, confeſtim exoluit uirtutem, uacuationis quantitate. Com.1.*in libr. de* Rat. *uict. in morb.acu.cap*.45.
Calidiori naturæ conducit æſtiuo tempore ſomnus in frigidiori cubiculo initus. Cō. 4.*in lib*.6.Epid.*cap*.21.
Calidiori naturæ per cibos, atque potiones, intus refrigeratio conuenit: obeſt uerò calfactio externa. Com.5.*in lib*.6.Epid.*cap*.36.
Calidiores quàm naturæ conueniat, ab ira, curisq́; ſe continere debent: atq; uti quotidie ac ſæpius balneis dulcium aquarum, uictusq́; ratione prorſus refrigeranti. Cō.4.*in lib*.6.Epid.*c*.14.
Calido aduentitio, atque præter naturam æſtuantibus, halitus calidus, atque mordax colligitur. Vnde faciles admodum ſunt, ut à febre, ubi primū cutis fuerit aſtricta, arripiantur. Com.4.*in lib*.6.Epid.*cap*.25.
Calido innato abundantes, etiam ſi non difflentur, atque in plenitudinem incidant, non facilè corripiuntur febribus.ibidem.
Calido ſuperabundante, requiri plurimum alimenti. Com.*in* Aph.15.*lib*.1.
Calido innato calidius eſt id, quod & innatum non eſt. Cō.3.*in lib*.6.Epid. *cap*.15.
Calido admodum temperamento exiſtentes, ſæpiſſimè magna uoce eſſe præditos. Cō.4.*in lib*. 6.Epi.*ca*.24.
Calidum diſcutit. Com. 2. *in* Prognoſt.*cap*.38.
Calidum in animantium corporibus eſſe duplex: unum quidem inſitum, quod eſſentiam ſuam in ſanguine, & in ſanguinis uiſceribus habet: alterū uerò acre, igneū, & mordax, è cuius genere exiſtit febris. Com.4. *in lib*. 6.Epid.*cap*.25.
Calidum multum promptè in immenſum attollitur: paucum

cum uerò non facilè, niſi ob occaſionem maximam. Cō. in Aph.14.lib.1.

Calidum interdum quidem ſumitur pro caliditate ipſa: interdum uerò pro corpore ſuſcipiente illam. ibidem.

Calidum natura ſurſum uergens, caput petit. Com. in Aph.28.lib.5.

Calidum excrementa prouocat. Com.5. in lib. 6. Epid. cap.27.

Calidum perpetuò opitulatur coctioni. Com. 3. in lib. de Rat.uict.in morb.ac.ca.29.

Calidum exiſtit mordax. Cō. in Aph.20. lib.5.

Calidum ſemper mouet, nec ſinit quieſcere. Com. 1. in Prorrh.cap.20.

Calidum innatum, moderatè calidum, & humidum eſt. Com.2.in lib. de Nat.hum. cap.13.

Calidum innatum eſt cauſa efficiens, quæ humores, dum ſuppurantur, alterat. Com. 3.in Prognoſtica, cap.10.

Calidum innatum eſſe æſtimandum collatione ad ea, quæ minimè innata exiſtūt. Gal.contra Lycum.

Callidum innatum, quod ſanguis fuerat, & ſemen, indies creſcente fœtu, minus euadere. Gal. Contra Lycū.

Caligo fit, cùm craſſus quidā humor ſpiritùsue oculos inuadit. Com. 1. in Prorrhet. cap.18.

Καλλέαρ *in ſacris ſimiam, κατ᾽ ἐυφημισμὸν appellari. Com.3.in lib. de Fract.c.51.*

Callus gignitur, effuſo humore à ſubſtantia oßis, ac circa oras fractarum partium, ab illius facultate coacto. Com.1.in lib.de Arti.ca.65.

Callus, ubi ſatis ſuperuenerit, oßi fracto, eius oras colligat, aſtringitque. ibidem.

Callus fractis obductus oßibus, gignitur à recremento alimenti ipſorum oßium. Cō.1.in lib. de Fract.ca.41.

Callus alendus eſt, dum ualidas egit radices. Alitur autem, ei materia ſubminiſtrata, quam nimirum illi perfuſione calidæ conciliabimus. Commen.1. in lib. de Fract.

Fract.cap.43.

Calli generationi accommodatiſſima eſt craſſitudo materiæ: contrà, humor tenuis, aquoſusq́; , eſt ad illum procreandum ineptus. Com. 1. in lib. de Fract.cap.42.

Calli generatio interrumpitur à multitudine materiæ, & inopia.ibidem.

Callo exorienti nihil eſſe opus deligatione. Com.2. in lib. de Artic.cap.39.

Callo iunguntur fracti oßis partes.Com.1.in lib.de Fra. cap.41.

Callo conglutinanda, ſumma egent quiete.ibidem.

Calor imbecillos efficit neruos, eorum ſubſtantiam diſſoluens. Com. in Apho. 16. lib.5.

Calor excitatur interdum frigida affuſa. Com.3. in lib.de Offic.cap.32.

Calor in corpore eſt duplex: unus quidem natiuus & familiaris: alter uerò, alienus, atque præter naturam. Com.4.in lib.6.Epid.c.17.

Calor qui carnem fundit, eſt feruentißimus: moderatior, qui pinguedinem. Com.3. in lib.3.Epid.cap.72.

Calor eſt dilucidior in illis partibus, in quibus eſt humor largior. Commen.2. in Prognoſtica, cap.60.

Calor partes continuas penetrat, ac ueluti erodit. Com. 3.in lib.de Fract.cap.34.

Calor caput replens, delirium excitat.Commen.3.in lib.6. Epid.cap.36.

Calor innatus ſolus animal ab initio conformat, adauget, & ad mortem uſque enutrit. Com.in Apho. 15. lib.1.

Calor innatus omnium operũ naturalium eſt cauſa.ibid.

Calor innatus, quia eſt plurimus hyberno tempore, ob id tunc appetẽtiã intendit, coctiones auget, plus ſanguinis cumulat, craßius efficit corpus, curatq́; ut excrementa excernantur.ibidem.

Calor inſitus, ſi igneus reddatur, perdit, atque conſumit corpus, nosq́; alere nequit, id quod eius erat præcipuum

cipuum opus.Com.5.in lib. 6.Epid.cap.5.
Calor natiuus ulcera adſuppurationem perducit.Com. in Aph.20.lib.5.
Calor innatus eſt facultas animalia diſpenſans. Com. in Aph.15.lib.1.
Calor innatus in ſanguine,& in eis quæ ab ipſo nutriũtur, conſiſtit plurimum.Com.5. in lib.6.Epid.c.30.
Calor natiuus,hyeme retruditur ad interna uiſcera: æſtate perſpiratione digeritur.Com.in li.de Salub.diæ. cap.2.
Calor inſitus in uentriculo exuberans,concoctiones ciborum molitur optimas.Cõ. 4.in lib.6.Epid.c.25.
Calor natiuus,dũ naturali ſuo conſtat temperamento,plus ſanguinis,quàm aliorum humorum,gignit:ut plus flauæ,& pallidæ bilis,quum feruidior eſt redditus.Com. 3.in li.3.Epid.ca.22.
Calor innatus à corde oritur. Cõ.3.in lib.6.Epid.c.18.& Com.2.in Progn.c.8.
Calor naturalis,dum ad exteriora mouetur,haud exiguã ſubſtantiæ noſtræ portionem ſecum rapit.Com.4.in li.6. Epid.cap.20.
Calor uitalis à corde emanat. Com.3.in li.6.Epid.c.13.
Calor æſtiuus renititur purgationibus.Cõ.in Aph.5.li.4.
Calor febrilis craſſos humores concoquit.Com.in Aph. 70.lib.5.
Calor febrilis,inquire,Febrilis calor.
Calor naturalis ſuauis,& familiaris uidetur tangẽti.Cõ. 1.in li.6.Epid.c.28.
Calor æſtiuus diffundit ſanguinem,extenditq́;,& quodammodo efferueſcere facit, adeò ut quod hactenus modicum fuerat,non poßit amplius contineri à uenis,ſed uel dirumpat ipſas,uel exedat.Com.in Aph.15.li.1.
Calor aëris ambientis,humores in partem attrahit extrinſecam, contrariam ei, ad quam medicina ducit humores. Com. in Aph.5. lib.4.

Calor externus, putredinis humorum eſt autor. Com.3. *in lib.*3.Epid.*ca.*22.

Calor amplior ſecundum ſubſtantiam, non eſt omnino uniuerſi corporis mole diiudicandus. Gal.*Contra* Lycum.

Calor circunfuſus non modò ſuperfluitates, ſed omnia euacuat æqualiter, materiam inutilem, & ea quæ in corpore ſecundum naturam continentur, unà diſſoluens per occultam tranſpirationem, quam molitur innatus calor. Com.*in* Aph. 15.*lib.*1.

Calor innatus molitur inſenſilem tranſpirationem. ibidem.

Calor impensè augetur in ijs, qui plus ſatis exercitati ſunt, & in magnopere ſolicitis, aut qui multum ſunt apricati, uel cibis ſunt uſi adurentibus liberaliùs. Cõ. 2.*in li.*1.Epid.*c.*20.

Caloris eſſe opus attolli in ſublime. Com.1.*in li.*1.Epidem.*c.*8.

Caloris innati ſubſtantia eſt aërea, & aquea. Com. *in* Aph.14.*lib.*5.

Caloris innati ſubſtantia, qualitasq́; , ijs qui creſcunt, pluríma eſt, aliorum comparatione. Gal.*Contra* Lycum.

Caloris innati ſubſtantia eſt bene temperata: aduentitij autem, ignea. Com.*in* Aph. 14.*lib.*1.

Caloris aduentitij quidem effluxus per corpus, ſunt fumei, fuliginoſi, aridi, & acres, natiui autem, uaporoſi, & ſuaues. ibidem.

Caloris ſalubris qualitas percipitur exquiſita, uel tactu ipſo in pueris. ibidem.

Caloris dignotio quandoq; ſecundum qualitatem, cum altera quæ in alio corpore ſit, eadem eſſe uidetur: differre tamen copia. Com.1.*in lib.* 6.Epid.*c.*8.

Caloris innati maximè affinis exiſtit ſubſtantia humida. Commen.*in* Aphor.14. *lib.*1.

Caloris æſtiui cauſa eſt Sol, *tum ad uerticem noſtrum*

propiùs accedens,tum diem longiorem efficiens. Commen.1.*in libr.de* Nat.hum. *cap.*44.

*Caloris aduentitij ſicca ſubſtantia eſt propria.*Com.*in* Aph.14.*lib.*1.

Calori inſito in primis,omnia corporis opera tribuit Hippocrates.Com.5. *in libr.*6. Epid.*cap.*5.

*Calorem innatum eſſe præcipuum omnium concoctionum autorem.*Com.4.*in li.* 6.Epid.*cap.*14.

Calore quæ pars afficitur, plus trahit,quàm diſcutiat. Com.2.*in libr.de* Rat.uict. *in mor.ac.c.*1.

Caloribus inualeſcentibus,caput erit firmum. Com.1.*in li.*1.Epid.*c.*8.

*Calueſcentibus uidetur arida ipſius ſincipitis cutis,ob ſubiectorum oßium ariditatem,quæ contracta eſt ob cerebri imminutionem,atq; à cranio receſſum.*Com.3.*in lib.*6.Epid.*c.*1.

Calueſcunt minimè eunuchi, propter humiditatem temperamenti. Com.*in* Aphor.28.*lib.*6.

Caluities affectus eſt inſanabilis. Com. *in* Aphoriſ.24.*lib.*6.

*Canalis fracto cruri eſt accõmodatior, quàm gloſſocomum: quum exactè totum crus comprehendat.*Com.2.*in li.de* Frac.*c.*64.

Canalis cruri fracto eſt ex uſu,dum æger uult ſurgere à lecto. Com. 3. *in libr. de* Offic.*c.*18.

*Canalis uel totum crus debet recipere,uel nequaquam eſt ſubijciendus.*Com.2.*in libr. de* Frac.*cap.*75.

*Canalis à gloſſocomo ſola figura differt:ut pote qui exteriùs teres,interiùs cauus ſit,perinde ut imbricum canales.*Com.2.*in li.de* Fract. *cap.*64.

*Canalis qui ultra genu non progreditur, præter id quòd non præſtat crus immobile, affert etiam moleſtiam,ac ſæpiùs comprimit.*Commen.3.*in li.de* Off. *cap.*18.

Canalem non eſſe neceſſarium in cruris fractura:ſed ſi quis eo uti uelit,eum adminiſtrandum eſſe,qui crus totum ad inguen uſq; contineat.Com. 3.in li.de Offic.c.18.
Canales ſubditi fractis oßibus, ea poſſunt ſtabilire. Com.3.in li.de Off.c.36.
Cancer oritur ab atra bile. Com.in Aph.2.li.1.
Cancros exulceratos egere aliquo medicamento humido,quod neq; putreſacere, neq; irritare partem affectam ſit aptum.Cō.in Aph. 38.lib.6.
Cancros occultos non eſſe urendos, neque ſecandos, ex doctrina Hippocratis. ibidem.
Cancros tantùm eos eſſe chirurgia extirpandos, qui in ſumma cute cōſiſtunt,quóſque poſſumus unà cum radicibus ipſis eximere. ibidem.
Cancrorum radices meritò appellari eas uenas, quæ plenæ melancholico ſanguine uſque ad loca circunſtantia extenduntur. ibidem.
Cancroſum tumorem in mamilla cuiuſdam mulieris ortum ſanauit Galenus,ualenter & crebrò illi atram bilem uere inchoante expurgans.Com.in Aph.47. lib.6.
Caniculæ tempore plures eorum qui purgantur, in febres incidunt.Com.in Aph. 5.lib.4.
Caniculam nominari ſtellam conſiſtentem in mandibula canis,hoc eſt, totius ſyderis: cuius quidem ſtellæ ortus, operæ principium exiſtit. Com.1.in lib.1.Epid.c.1.
Caniculam, hoc eſt, ſtellam conſiſtentem in Canis mandibula, Antecanem rectiùs, quàm canem,uocari.ibidem.
Canicularibus diebus ſunt æſtus uehementißimi. Gal. Contra Lycum.
Canis rabidus quos momorderit,ij expaueſcunt,aquam cernentes, poſteáq; breui moriuntur.Com.3.in libr.3. Epid.cap.75.

Canis

Canis rabidi uirus nec otiari, neque conquieſcere in corpore eorum, qui ſunt impetiti, licet ſe aliqua nota non prodat multis interim proximis menſibus. ibidem.

Cane à rabido morſi nonnulli, aquas formidauerunt, atque à morſus initio poſt duos uel tres, uel quatuor, uel multò plures menſes, perierunt. Com.2.*in* Prorr. *cap.*16.

Canis ortus dirimit Eteſias *uentos à* Prodromis *dictis, quos nimirum* Eteſiæ *ſequuntur.* Com.3.*in li.*3.Epi. *cap.*6.

Canis ortus oporam, ideſt, fructuum generationem, inchoat. Com. *in* Aphor. 14. *lib.*3.

Canis ortus ſemper ſua ipſius ratione corpus excalfacit. Com.2.*in li.*1.Epid.*c.*7.

Canis exortum eſſe finem æſtatis, & initium autumni, ſecundum eos, qui annum in ſeptem portiones diuidunt. Com.1.*in lib.*1.Epid.*c.*1.

Cantharidum uſum eſſe periculoſum. Com. 4. *in libr.* de Rat. *uict. in morb.acut. cap.*122.

Capillorum ſimilia dum excernuntur, ſemper uideri craſſam urinam. Com. *in* Aph.76.*lib.*4.

Capillorum tonſuram eam eſſe optimam, quam maximè commodam iudicaueris ad capitis ſanitatem tuendam. Com. 4.*in lib.*6.Epid. *cap.*9.

Capillorum defluuium à uitioſis gignitur ſuccis. Com. *in* Aph.34.*lib.*6.

Capillis nigris præditos minus diſflari, quòd ſint frigidiori temperamento. Com. 2. *in lib.*1.Epid.*c.*78.

Capillis ſimilem ſubſtantiam in urina excernentes, curantur ab extenuantibus, & incidentibus medicinis, adhibito etiam uictu humectante. Com.*in* Aph.76.*lib.*4.

Capillis ſimiles quaſdam ſubſtantias gigni, craſſo humore in renibus uſto.ibid.

Capillis rectis præditos, mi-

nus difflari, quòd ſint frigidiori temperamento. Com. 2. *in li.* 1. Epid. c. 78.
Capiſtrum, genus eſt uinculi, deligandis uulneratis, aut luxatis maxillis, aptum. lib. de Faſc. c. 16. *&* 17.
Capito *immutauit* Hippocraticas *ſententias.* Com. 1. *in lib.* Hip. de Nat. hum. c. 1.
Capræ autumno deterrimam habent carnem: hyeme autem meliorem. Comment. 4. *in li. de* Rat. uict. *in mor. ac. cap.* 101.
Caprarum uentribus ſanguine, & pinguitudine plenis, quod difficilius coquatur, edulium reperies nullum. Com. 4. *in li. de* Rat. uict. *in mor. ac. c.* 102.
Caprillæ carnes bubulis ſunt acriores, & calidiores, atque ob id uitioſiores. Bileſcunt *enim, ſi incoctæ maneant: quare frigidas eas magis, quàm calidas, eſitare oportet.* Comment. 4. *in lib. de* Rat. *uict. in morb. acut. cap.* 100.
Caput affectum curari per pharmacum ſubductorium, & per uenæ ſectionem in cubito adminiſtratam. Com. 2. *in li.* 6. Epid. c. 9.
Caput ſtabilitur ſimul & calfit, leuibus ſacculis milium calidum continentibus. Com. 3. *in lib. de* Offic. c. 36.
Caput acuminatum interdum eſſe laudabile, quum uidelicet uis efformatrix adeò ualida fuerit, ut à copia ſanguinis eò confluentis non uincatur, ſed probè illum formare poßit. Com. 1. *in li.* 6. Epid. cap. 2.
Caput repletum in calidis, humidisq; anni conſtitutionibus, uentri, thoraciq; humores demittit. Com. 3. *in li.* 3. Epid. c. 32.
Caput eſt ſapientiæ, atque rationis ſedes. Com. 3. *in li. de* Rat. *uict. in morb. acut. cap.* 41.
Caput ſtabilitur puluinis, & ceruicalibus, uelleribúſque, & pannis mollibus. Commenta. 3. *in libr. de* Offic. *cap.* 36.
Caput præcalfactum, rarefactumq;,

ctumq́;, & repletum, plurimum læditur flantibus uentis frigidis, & Aquilonaribus. Com.2.*in li.*1.Epid. *cap.*60.

Caput id ſe præſtantiſſimè habere, quod etiamſi magnum ſit, ualidæ inhæret ceruici, optiméque formatum eſt, atque in eo acriter intuentur oculi. Comnen.1. *in lib.*6.Epidem.*capit.*2.

Caput pro cerebri magnitudine augetur. Com.3.*in lib.* 6.Epid.*c.*18.

Caput bene formatum, globo oblongo utrinque compreſſo eſt ſimile. Com.1. *in li.*6.Epid.*c.*2.

Caput acuminatum ob imminutam alterutram eminentiam, eſt perpetuò culpandum: ob adauctam uerò, non ſemper. ibidem.

Caput eſt principium neruorum. Comment.*in* Aphor. 69.*lib.*5.

Capitis repleti accidentia ſunt dolores, tuſſes, raucedines, atque grauedines. Commenta.*in* Aphoriſ.13. *lib.*3.

Capitis uitia in magnitudine ſunt, ſi uel maius eſt, quàm par ſit, uel minus: in figura, ſi rotundum omnino fuerit, uel acutum. Commenta.1.*in lib.*6. Epidem.*cap.*2.

Capitis grauitas, eius repletionem ſignificat. Commenta.3.*in libr.*1. Epidem. *cap.*24.

Capitis poſterioribus læſis, ſecta frontis uena auxiliatur. Commenta.2.*in libr.*6. Epid.*cap.*9.

Capitis fracturis maximè aduerſatur frigidum. Commenta.*in* Aphoriſmum 22. *lib.*5.

Capitis dolor ex eorum eſt numero, quæ humorum ad caput inclinationem ſignificant. Commentario *tertio, in* Prorrhet. *capite* 71.

Capitis ſolius caliditatem balneum iuuabit, niſi ſpiritus calidus, flatulentúſque ſurſum ad ipſum feratur.

Com.4.in li.de Rat.uict.in mor.ac.cap.42.

Capitis ictui ſi ſtupor delirriumq́; ſuperuenerint, ictus ad cerebrum penetrauit. Com.in Aph.14.lib.7.

Capitis dolor poteſt fieri & à calore ſolo, & à flaua bile, uel in capite, uel in uentriculo hærente: & à plenitudine humorum: & ab aliqua ipſius loci obſtructione, & à ſpiritu flatulento in capite genito. Com. in Aph.70.lib.4.

Capitis commiſſuræ propriè quidem Harmoniæ uocantur: per translationem autem, ſuturæ. Com.3.in lib.de Offic.cap.36.

Capite ob quamuis cauſam repleto uaporibus, grauitates in ſincipite imprimis apparent. Com.1.in lib.6.Epi. cap.1.

Capita puſilla ſunt ſemper praua: magna uerò, fieri aliquando poteſt, raro tamen, ut bona ſint, quum uidelicet ipſorum uires ualidæ fuerint, copioſaq́; materia, unde formata ſint. Com. 1.in lib.6.Epid.c.2.

Capita acuta, forma parumper ab optima permutata, gignuntur.ibidem.

Capita acuta quædam, contemnenda non ſunt.ibidem.

Capita acuta, aut emunentia quæ in fronte eſt, aut ea quæ in occipite, carent: uel habent quidem, ſed æquo maiorem.ibidem.

Carbo, lege Anthrax.

Carbũculum à calido quidem feruore, uerùm craſſa materia, eſſe conſtitutum. Com. 3.in lib.3.Epid.c.50.

Carbunculorum affectus eſt perpetuò pericoloſius. Commen.3. in lib.3.Epidem.capi.12.

Cardialgia, hoc eſt, morſus oris uentriculi, diſtinguit exhalationem illam bilis, quæ à uentriculo petit caput, ab ea, quæ à pulmone. Com.3. in Prognoſtica, capi.30.

Cardialgiam ſumi pro morſu oris uẽtriculi. Com. in Aph. 65.lib.4.

Cardiogmos, hoc eſt, cordis morſus, affectus eſt oris uentriculi. Com. in Aphor. 17. lib. 4.

Caro omnis, quæ ſenſu percipi poteſt, muſculi pars exiſtit. Com. 2. in lib. de Fract. cap. 68.

Caro recens concreta, mollis eſt: quum ex ſanguine, nuper coacto ortum duxerit. Com. 3. in lib. de Offi. ca. 15.

Caro accreſcit particulis calore & frigore optimè temperatis, ſi ſanguis ad ipſas confluens, qualitate ſalubris fuerit, & quantitate mediocris. ibidem.

Caro ſola inter alias partes ſanguinea exiſtit. Gal. contra Lycum.

Caro indurata cutis rationem ſubit, in cicatricémque trãſit. Com. 2. in lib. 6. Epid. cap. 4.

Carnis bonitati alimonia plurimum confert. Com. 4. in lib. de Rat. uic. in morb. acu. cap. 101.

Carnes habent calorem aduentitium, contractum à ſanguine: nõ connatum perinde ut cor, atque hepar. Com. 4. in lib. 6. Epid. c. 25.

Carnes ex uentriculo ad ſe alimentum attrahunt. Com. 6. in lib. 6. Epid. cap. 1.

Carnes non tantùm quod ſibi familiare eſt, attrahunt, ſed etiam, quod alienum, reijciunt. Com. 6. in lib. 6. Epi. cap. 2.

Carnes aſſas offerendas non eſſe ijs qui acuta febre laborant. Cõ. 1. in li. de Rat. uic. in morb. acu. cap. 17.

Carnes ſuillas, bubulasq́;, & ouillas, ualidas eſſe, & concoctu difficiles. Com. 4. in lib. 6. Epid. cap. 5.

Carnium frigiditas penuriam ſanguinis ſequitur. Com. 4. in lib. 6. Epid. cap. 25.

Carnium genus conſiſtit in muſculis. Com. 5. in lib. 6. Epid. cap. 10.

Carnibus frigidis eſſe præditos eos, qui mordacem, prauumq́; calorem in uentriculo intemperato ſortiuntur, quòd ob inopiam probæ, & copioſæ alimoniæ, ali nimi-

mè poſſint.Com.4. in lib.6. Epid.cap.25.

Carniuora utroque dentium ordine utuntur.Com.1. in li. de Artic.*cap.29.*

Carnoſæ particulæ, ſolæ ex ſanguine cõpinguntur. Cõ. 1.in lib. de Nat.*hum.ca.35.*

Carnoſa ſubſtantia eſt in extremis membris pauciſſima. Com.2. in librum de Fract.*cap.9.*

Caros propriè uocatur totius corporis inſenſibilitas,atque immobilitas repentina.Com. in Apho.*5.lib.5.*

Caros fit neruorum principio affecto.ibidem.

Caros eſt altus, ægréque excitabilis ſomnus. Com.2. in Prorrh.*cap.28.*

Carpus eſt prima uerſus cubitum ipſius palmæ pars. Cõ.2.in lib.de Fract.*ca.66.*

Carpus conſtat octo oſſibus. Com.2.in lib.de Fract.*ca.8.*

Carpus in manu, tarſo in pede proportione reſpondet. ibidem.

Carunculæ paruæ,rerum ſubſtantiæ indicia exiſtunt. Cõ. in Aph.*76.lib.4.*

Carunculas ueras nunquam uidit Gal.*cum urina exeuntes.ibidem.*

Caſeus craſſum ſuccum, & coctu difficilem, gignit. Cõ. 4.in lib.de Rat.*uic. in mor. acu.cap.91.*

Caſeus, ſi quis uino plenus eo utatur inter bibendum, opprimit os uentriculi, primúmque ipſe corrumpitur, ac deinde alia ſecum corrumpit.ibidem.

Caſeus recens & mollis, duro & ſicco flatuoſior exiſtit, minuſq; uentrem ſiſtit.ibid.

*Caſei multus uſus, in adultorum renibus ſæpe calculos gignit.Com.3.in lib.6.*Epi.*cap.15.*

Catalepſis fit à uehementi frigiditate cerebri, cui admiſta ſit ſiccitas.Com.in Aph.*3.lib.2.*

Cataphora fit interdum quidem grauato ob utilis ſucci copiam cerebro: interdum uerò,& propter pituitoſum humorem:uel propter ægrè ſeparabilem abſque humore

frigiditatem. Commen. 3. in Prorrh.cap.1.
Cataphora eſt in ſoporem delatio.ibidem.
Cataphoram, letargúmque efficiet pituitæ copia cerebrũ petens. ibidem.
Cataphoræ fiunt ob pituitoſos humores,& non uigiliæ. Com.2.in Prorrh.cap.46.
Cataphoricum aliquem morbum eſſe expectandum, ſi exiguum pituitæ uomatur, & ægri longiùs, & tardiùs ſolito dormiant. Com. 2. in Prorrh.cap.46.
Cataphorici, comatoſiq; habent oculos clauſos. Com.2. in Prorrh.cap.55.
Cataphracta eſt genus uinculi, à ſimilitudine Romani thoracis, quem cataphractã uocant,ſic dictum. Illis uerò conuenit, in quibus clauis, pectus, dorſum, lateráue, obliganda ſunt.Lib.de Faſc. cap.79.
Cataplaſmata claudunt,effœminántque, nec ſuperuacuos humores diſcutiunt, præſertim ſi lenti fuerint, & craßi. Com. 2.in lib. de Artic.cap.55.
Catochæ cerebri affectus ſunt.Com.3. in Prorr.c.65.
Catochæ cum exolutione,ſunt prauæ. Com.3. in Prorrh. cap.4.
Κατοχοι propriè appellati, hoc eſt detenti,apertos,tenſosq; habent oculos. Com. 2.in Prorrh.cap.55.
Catochis oritur palpebrarũ tenſio, propter ſiccitatem. ibidem.
Cauam uenam ferri ſurſum per thoracem ab hepate. Com.3.in Prorrh.cap.33.
Cauſa prima excretionis eſt duplex, tum materiæ uitiũ, tum id quod initium motionis ſortitur. Com.2. in Prognoſt.cap.43.
Cauſæ gignentes morbos,paulatim in corpore creſcunt. Com.3.in lib.3.Epid. c.75.
Cauſæ diuerſæ diuerſa gignũt ſymptomata.Com.3.in lib.3. Epid.cap.16.
Cauſæ antecedẽtes adaugent morbos.Gal. cõtra Iulianũ.
Cauſæ aliquæ eorum, quæ in

corpore

corpore oriuntur, facultate, potentiáque, tum uirus rabidorum canum, tum ea medicamenta letalia referunt, quæ & ſi in affecto loco nullum protinus, quod notabile ſit, pariant ſymptoma, poſt temporis tamen uſuram, hominem perimunt. Com.2.in Prorrh.cap.16.

Cauſæ efficientis opus augetu: us ſubſtantia adaucta. Com.in Aph.5.lib.6.

Cauſarum alias quidem manifeſtas abſque ratione artificioſa cognoſcunt omnes: alias uerò ſoli, qui ratione artificioſa utuntur. Com.4. in lib. de Rat. uic. in morb. acu.cap.55.

Cauſarum gignentium morbos abolitio fit per contraria. Com.in Aph.22.lib.2.

Cauſarum triplex genus Gal. *recenſet, procatarcticarum nempe, antecedentium, & coniunctarum.* Com.3.in lib.6.Epid.cap.20.

Cauſas quidem exiguas uocat uniuerſi occaſiones. Com.1. in lib.3.Epid.cap.15.

Cauſas effectrices morborum eſſe duplices: externas nempe, & internas. Com. 2. in lib.de Nat.hum.cap.5.

Cauſas procatarcticas eſſe effectrices præcedentiū uniuſcuiuſque morbi cauſarum. Com.2.in lib.Hipp.de Nat. hum.cap.1.

Cauſus gignitur interdū quidem in una corporis parte, interdum autem in toto corpore: quando nimirum ſitim neceſſariò inducit inexpugnabilem. Com.4. in lib.de Rat.uict.in mor.ac.ca.1.

Cauſus letalis, interna extorret, externa ne mediocriter quidem calfacit. Com.1. in Prorrh.cap.7.

Cauſus rariſsimè iudicatur per abſceſſum. Com. 4. in lib.de Rat.uict.in mor. acu. cap.11.

Cauſus, inquire, Ardēs febris.

Cauſo utrique eſt communis uigilia. Cō. 4. in lib.de Rat. uict.in mor.ac.cap.15.

Cauſo laborantibus ad ipſorum uotum potionem eſſe offerendam. Com.4. in lib. de

de Rat.uict.in mor.ac.ca.5.
Cauſi genuini, ut uehementer urunt, ita ſiti, uigilijs, anxietate, ac nonnunquam mentis perturbatione, moleſtant. Quia uerò tam ſunt acuti, celeriter iudicantur. Com.2. in lib.1. Epid.ca.28.
Cauſi fiunt exuberante flaua bile in uenis, præcipuè iecinoris, atque uentris. Com.2. in lib.1. Epid.cap.20.
Cauſi non, perinde ac tertianæ, trahunt originem ex biliosis excrementis retentis, ſed calore in uiſceribus aucto ab inflammata conſtitutione temporis præter modum calida. ibidem.
Cauſi ſunt febres admodum æſtiuæ. Commen.3. in Pror. cap.60.
Cauſum à flaua bile eſſe oriundum. Com.1. in lib.1. Epi. cap.9.
Cauſum nothum uocabimus eum, in quo corpus non uritur, ſitis autem eſt leuis. Cō. 4. in lib. de Rat.uic. in mor. ac.cap.13.
Cauſum exquiſitum appellāt Medici, cùm urens caliditas, & inexpugnabilis ſitis infeſtat hominem. ibidem.
Cauſum augent tum ſalſa, tum acria. Com.4. in lib. de Rat.uic. in mor.ac.cap.8.
Cauſum fieri dum acres bilioſasq́; humiditates ad ſeſe attraxerint uenulæ, & cum ex ualidioribus partibus ad imbecilliorem aliquam, id genus excremēta pelluntur. Com.4. in lib. de Rat. uict. in morb.ac.ca.1.
Cauſorum eſſe genera duo. Com.4. in lib. de Rat.uic. in mor.ac.cap.13.
Cauſorum exquiſitorum eſt proprium, iudicari per ſanguinis eruptionem. Com. 1. in lib.1. Epid.cap.9.
Cauſorum præcipua ſanatio eſt frigidæ potus. Com.4. in lib. de Rat.uic. in morb.acu. cap.12.
Cedmata uocari ab Hippocrate fluxiones in crura, ac præcipuè in coxæ articulum decumbentes. Com. 5. in lib. 6. Epid.cap.22.
Cephalalgiæ oriuntur à flatulen

tulento ſpiritu inuadente ca put. Com.5. in lib.6. Epid. cap.15.

Ceræ parũ ſi oleo inijciatur, efficit ut illud hæreat diutiùs, ac minùs diſcutiat. Cõ. 3. in lib.de Offic.cap.32.

Ceratum liquidum, quod ex cera tantum, & roſaceo conficitur, eſt arcendis inflammationibus longè congruentius duro. Com.1. in lib. de Fract.cap.21.

Ceratum, quod reſinam receperit, accommodatum eſſe conformatis particulis, quòd & meliùs ſic hæreant faſciæ corpori, & corpora exiccentur magis. Com. 4. in lib.de Arti.cap.7.

Ceratum humidum ſimplicibus fracturis eſſe utile. Cõ.3. in lib.de Fract.cap.21.

Ceratum picatum à tertio die utiliùs adminiſtrari ulceribus, quòd nimirum ualeat concoquere, quæ in ulceribus ſunt. Com. 3. in lib. de Fract.cap.23.

Ceratum picatum curandis ulceribus eſt idoneum. Cõ.4. in lib.de Artic.c.21.

Ceratum picatum eſſe albo calidius. Com.3. in lib.de Frac. cap.16.

Ceratum, quod picem receperit, leniendi doloris uim poſſidet, necnon puris mouendi: quare tunc uel maximè conuenit, cùm ulcus eſt inflammatũ. Com.3. in lib.de Frac. cap.3.

Ceratum dolorem lenit, diſcutit, repellitque. Com.2. in li. de Fract.cap.72.

Cerato molli, læui, & puro, eſſe imbuendas faſcias, quibus deligantur fracta oſſa. Com.3. in lib.de Offi.ca.14.

Cerata picata dicũtur ea, quæ præter oleum & cerã, nonnihil etiam picis recipiunt. Com.1. in lib.de Fract. c.21.

Cerealia dicuntur, tum frumẽta, tum legumina omnia, quibus paſsim ueſcũtur mortales. Com.1. in lib. de Rat. uic. in morb.ac.cap.18.

Cerebrum continet in ſeſe animæ principatũ. Commen. in Aph.14.lib.7.

Cerebrum eſt origo neruorũ.

Com.

Com.3.in lib.3. Epid. *c.*87.
Cerebrum cæteris corporis partibus eſt dux ſenſus & uoluntariæ motionis.* Com.5. *in lib.6.*Epid.*cap.5.*
Cerebrum condolcſcit neruis. Com.2.in lib.de Fract.*c.23.*
Cerebrum ratiocinandi facultatem in ſeſe continet.ibid.
Cerebrum per circunfuſum aërem cernit uiſibilia externa, quemadmodum affectionem digiti in pede, per neruum ſentit. Com.1. *in* Prognoſt.*cap.23.*
Cerebrum præ cæteris partibus exiſtit humidum. Com. *in* Apho. 24.*lib.3.*
*Cerebrum ſi phlegmone arripiatur, letale.*Com. 2. *in lib.* 6.Epid.*cap.14.*
Cerebrum eſt principium facultatis, quæ ineſt neruis.Cō. 2.in lib.de Rat. *uic. in morb. ac.cap.47.*
Cerebrum eſt origo neruorū. Com.1. *in* Progno. *cap.* 10. & 18.& Com. *in* Apho. 3. *lib.7.*
Cerebrum uulneratum ſæpius ſanatum uidit Galenus. Cō. *in* Aph.18.*lib.6.*
Cerebrum aptum eſſe ad gignendas pituitoſas ſuperfluitates. Com. *in* Apho. 12. *lib.3.*
Cerebrum in iunioribus caluariam contingere, quòd humidum, molleq́; ſit, uniuerſumq́; intus ſpatium occupet: in ſenibus uerò, ſiccum eſſe, atque ſubſidens. Com. 3.*in lib.6.*Epid.*cap.1.*
Cerebrum eſſe primum ſenſorium.Com.in Aph.3. *li.2.*
Cerebrum eſſe primam partem ſentientem. Com.2. *in* Prorrh.*cap.28.*
*Cerebrum eſſe natura frigidius.*Com.*in* Apho. 2.*lib.6.*
Cerebrum ſepto tranſuerſo, & ori uentriculi condolcſcere, ut omnibus neruoſis particulis, Com.1.*in* Progn. *cap.28.*
Cerebri principales quidem actiones ſunt meminiſſe, & ratiocinari : ſubſeruientes autem, ſentire, & uoluntariè moueri. Com.2. *in* Prog. *cap.6.*
Cerebri excrementa expurgari

gari per palatum, & nares. Com. in Apho. 24. lib. 3.
Cerebri functiones exiſtunt motus uoluntarius, intelligentia, ſenſus, & memoria. Com. 1. in Prorrh. cap. 4.
Cerebri facultate affecta non protinus ipſum cor lædi. Cō. 2.. in Prorrh. cap. 5.
Cerebro uehementer compreſſo, non ſequi delirium, ſed altum ſoporem, & priuationem ſenſus. Com. 1. in li. 3. Epid. cap. 4.
Cerebro uulnerato, febris, ac bilis uomitus ſuperuenit. Com. in Apho. 5. lib. 6.
Cerebro humidiori reddito, neceſſe eſt uoluntarios motus torpere, atque hominem conſternari. Com. in Aphor. 5. lib. 3.
Cerebro humidiori exiſtente, plurimæ humiditates in uentrem defluunt. Com. in Aph. 32. lib. 6.
Ceruicis dolor cum comate, morboſam cerebri affectionem indicat. Com. 3. in Pror. cap. 6.
Ceruices longiores ſemper ſunt uitio. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 2.
Chartilago nudata nequit cicatricem contrahere. Cō. 2. in lib. de Arti. cap. 50.
Chartilaginis ſolutio impropriè fractura dicitur. Com. 2. in lib. de Artic. ca. 45.
Chartilaginē ablatam ſemel, regigni haud poſſe. Com. in Aph. 19. lib. 6.
Chirurgia dicitur is curationis ductus, qui per conſuetas tum ſectiones, tum adustiones, & quæcunque alia, manu fiunt, perficitur. Com. 1. in lib. de Rat. uic. in morb. ac. cap. 6.
Chirurgiam eſſe quàm citiſſimè adminiſtrandam, dum nimium ingens ex refrigeratione periculum imminet. Com. 1. in lib. de Offi. cap. 6.
Chirurgus debet mederi rectè, eleganter, celeriter, & abſque dolore, ſi fieri poſſit. Com. 1. in lib. de Offi. ca. 23.
Chirurgus ægro aſſidens, tantum ab eo diſtare debet, ut neque ultra genua illius, neque poſt coſtas, cubitos exten

extendere poſſit. Com.1. in lib.de Off.c.17.
Chirurgi dum timidis ægris medentur, debent per imposturam eis admoliri manus.Cō.1.in li.de Off.c.13.
χλωρȣ̀ς, hoc eſt uirides, uocari homines colore ſuppallido. Com.2. in libr. 6. Epid.c.15.
χλωρὸν interdum ſumi pro pallido.Com.2.in li.de Rat. uic.in mor.acut.c.22.
χλωρὰ uocari,& quæ æruginеum, & quæ pallidum præ ſe ferunt colorem.Com. 3.in Prorrh.c.7.
Cholera humida quidem, ab acribus oritur humoribus: arida autem,ab ſpiritu flatulento, & acri.Com.4.in lib.de Rat.uic.in mor.acut. cap.103.
Chondrus,& panis,uirtutem roborant,ſed neque humectant,neq; incidunt.Com.1. in li.de Rat.uict.in mor.ac. cap.27.
Chondrus nocet ijs, quibus meatus hepatis natura anguſti exiſtunt.Cō.1.in li.de Rat.uict.in mor.ac.c.18.
Chondrus pleuritico cibus tātùm exiſtit.Com.1.in lib.de Rat.uict.in mor.acu.c.44.
Chondrus eſt craſſi,ſed probi ſucci:humorumq; acrimoniā refrænat.Com.4.in libr.de Rat.uic.in mor.ac.c.113.
Chondri ſorbitio,ut humectare,ſic os uētriculi reſupinare eſt nata. Com.1.in libr.de Rat.uic.in mor.acut.c.18.
Chondri ſorbitio eſt uiſcida: cæterū caret lubricitate.ibi.
Chordæ rumpūtur plùs æquò humectatæ, uel exiccatæ. Com.in Aph.39.lib.6.
Chymoſis eſt oculi affectus, ob internæ & externæ tunicæ inflammationem:ita ut aperiri non poſſit.Com.2.in lib.de Offic.ca.31.
Cibandi ſcopum eſſe unum, communem tum ſanis,tum languentibus omnibus:nempe facultatis uitalis cuſtodiā. Com.1. in lib. de Rat.uict. in mor.ac.cap.44.
Cibandi tempus optimum eſſe in acceſſionum declinationibus.Com.1.in lib.de Rat.

uict.in mor.ac.cap.46.
Cibatos bene à principio, nihil proficere accidit ob totius corporis uitium, cũ partium appetentium uigore. Com.in Aph.32.li.2.
Cibus ſimpliciter dictus, ſolidas animalis partes humectat propria ratione. Com. in Aph.13.li.4.
Cibus ratione propria minimè morbi affectionem iuuabit. Com.1.in li.de Rat.uict. in mor.ac.c.44.
Cibus longo tempore debet paroxyſmũ præcedere. Cõ. 3.in li.1.Epid.c.5.
Cibus paulò deterior, ſed ſuauior, interdum redditur melior ab appetente ipſum uentriculo. Com.in Aphor.38. lib.2.
Cibi uirtus eſt, quòd probè alteretur. Cõ.in Aph.26.li.5.
Cibi quantitatem præſcribimus pro portione illius quod effluit à corpore. Cõ.1.in lib. de Rat.uict. in morb.acut. cap.44.
Cibi parſimonia ijs qui congeſtos habent pituitoſos humores, uel probo ſanguine abundant, ſitim, & laſsitudinem remouet: in quibus uerò bilioſus humor redundat, uel penuria ſanguinis adeſt, neque ſitim, neq; laſsitudinem aufert. Com.3.in lib.6. Epid.c.28.
Cibi exhibẽdi tẽpus quàmplurimum abeſſe debere ab acceſsionis principio. Com.4. in lib.de Rat.uic.in mor.ac. cap.114.
Cibi offerendi tempus in morbis longis ſit, ubi acceſsio iam inclinauit: in acutis uerò, ea declinatio expectanda non eſt, quum ſit uerendum, ne futura acceſsio feſtinet. ibidem.
Cibi offerendi tempus ex morbo non prohibente inuenitur. Com.1.in li.de Rat.uic. in mor.ac.c.45.
Cibum interdum ſumi ab Hippocrate pro alui excremento. Com.1.in lib.de Rat.uict. in mor.ac.c.32.
Cibi, ſi præſertim concoctu faciles, ſumantur prius: concoctu autem difficiles ingeran

rantur poſterius:confici ab ijs non poſſunt, quibus uires ſunt infirmiores. Com. in Aph.17.li.2.

Cibi fauces exaſperantes ſunt pingues, acidi, acréſque. Commenta.3.in libr.de Art. cap.61.

Cibi imbecilli ſunt,qui neque uehementi aliquo odore præditi ſunt, nec dum guſtantur,ualidiorem aliquam qualitatem referunt,neque etiã, niſi modicè, calfaciunt. Qui uerò ijs contrarij ſunt, ualidi nominantur. Com.4.in lib.6.Epid.c.18.

Cibi & potus, naturam aduentitiam efficiunt.Com.in Aph.50.lib.2.

Cibi multiplices, præſertim, ſi diſsimiles facultate fuerint,magnam in uentre turbationem excitant. Com.3. in lib.de Rat.uic.in mor.ac. cap.35.

Ciborum per inteſtina delatio, naturale opus exiſtit. Com.5.in lib.6.Epid.c.27.

Ciborum per inteſtina delatio fit, inteſtinis circa ipſos ſe contrahentibus.ibidem.

Ciborũ oblatio inſtaurat,quod effluit ex corporea ſubſtantia.Com.5.in li.6.Epid.c.5.

Ciborum uarietatem,præſertim ſi diuerſis facultatibus conſtẽt,eſſe nocentiſsimam. Com.1.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.18.

Ciborũ uim,nõ ex ratione aliqua,ſed experiẽtia,iudicare oportet.Cõ.4.in li.de Rat. uic.in mor.ac.c.89.

Cibos immorari in uentre diutius,ambiente aëre frigidiore reddito.Com.5.in lib.6. Epid.cap.27.

Cibos qui corrumpuntur facilius & deijciuntur magis, præſumendos eſſe:ultimò uerò ingerendos,qui cõtraria patiuntur.Com.3.in libr.de Rat.uic.in mor.ac.c.22.

Cibis acerbis,amaris,acidisq́;, oblectãtur ij ſoli,qui præter naturã affecti ſunt:ut qui ſe naturaliter habẽt,ſuntq́; ab excremẽtis puri,pinguibus, dulcibusq́;,et ijs qui cuiuſcũq; ualidæ qualitatis exptes fuerint.Cõ.5.ĩ li.6.Ep.c.14.

Cicatrices tantum fieri cauas contingit, quantam habuerit abſceſſus craßitudinem. Cō. in Aph. 45. lib. 6.

Cicer ſunt qui flatulentū ſcribant, quòd pudenda intēdat. Com. 4. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. c. 93.

Circuitus quartus, ſeptimi eſt index. Cō. 3. in Prog. c. 7.

Circuitum uocari ab Hippo*crate ſimilem ad idem reditum.* Com. in Aph. 12. li. 1.

Circumdextrum uocauit Ho*merus Aſteropæū, ambabus manibus ſimiliter utentem.* Com. in Aph. 43. lib. 7.

Clauim ſecūdū lōgitudinē fractā, noxā minorē inducere, quā ſi frangeretur tranſuerſim: eſſe tamē curatu difficiliorē. Cō. 1. ī li. de Art. c. 63.

Cnidi temperies, lege Zona.

Coaleſcere uulnus dicitur, quādo diſcißi corporis labra cō glutinātur. Cō. ī Ap. 19. li. 6

Cochleæ muccus, adiecto thure, uel aloë, uel myrrha, diſcutit, ac uim exiccādi citra morſum habet. Com. 2. in li. de Art. cap. 49.

Coctura totam aquam æquabiliter fundens, eam aptā ad ſecretionē particularū reddit. Cō. 4. in li. 6. Epi. c. 10.

Cœlum obtenditur elementis. Com. 3. in Prognoſt. c. 7.

Cœlum ſumi ab Hippocrate *pro aëre qui ſupra nos eſt, uſque ad nubium regionem.* Com. 2. in li. 1. Epid. c. 4.

Cœnam debere eſſe lautiorē prandio, ijs præſertim, qui exercētur, colligitur ex Cō. 1. in li. de Rat. uic. in mor. ac. c. 18. *ubi ait, eos qui luctantur, ac legitimè certant, panem duntaxat in prandio edere, carnes in cœna.*

Cogitatio hominibus eſt animi exercitatio. Com. 3. in lib. 6. Epid. cap. 11.

Cogitationē omnes cōmuniter homines, mētē & intellectū uocāt. Cō. 1. in li. de Off. c. 3.

Cogitationes eſſe utiles, in ijs morbis, qui uim animæ ratiocinatricem ſtupefaciunt. Com. 5. in li. 6. Epid. c. 11.

Coïtus promptißimè neruoſas partes offendit. Com. in Aph. 28. lib. 6.

Coi temperies, lege Zona.
Colicis doloribus adeſt uomitus. Cō.1.*in lib.*6.Epid.c.6.
Colliquatio eſt ſymptoma febris peſtilentis inſeparabile. Cō.3.*in li.*3.Epid.ca.57.
Colliquationes corporis, ſi detineātur intus, reddunt ſucceſſu temporis ipſas carnes mucoſas: proinde uacuandæ ſunt. Cō.1.*in li.de* Arti.c.31.
Colliquationes in uentrē confluunt ijs, in quibus partes neruoſæ dolore tētātur. Cō.2.*in li.de* Arti.c.20.
Colliqueſcit quidem caro, à calore feruentiſsimo: pinguitudo autem, à moderatiori. Cō.3.*in li.*3.Epid.c.72.
Colliſio nubium, inquire, Attritionem.
Collocatio læſi mēbri uergens in ſuperiorē partem, à fluxione cuſtodit: quæ uerò decliuis eſt, fluxiones ciet, inflāmationisq́; eſt cauſa. Com.3.*in lib.de* Offic.c.17.
Collocatio mēbri, inquire, Figura.
Collocatio mēbrorū præſtātiſſima eſt, quæ molliter & æqualiter fit, ac ſurſum uerſus. Cō.3.*in lib.de* Off.c.17.
Collū ex interna parte magnis muſculis præditum eſt. Cō.3.*in li.de* Art.c.41.
Colli ob excellentem ſiccitatē peruerſio, letalis eſt. Com.*in* Aph.35.lib.4.
Colon inteſtinum renibus per peritonæū annectitur, Com.1.*in li.*6.Epid.c.5.
Color ſanguini proportione reſpōdens, ad melius, uel ad peius declinat. Com.4.*in li.*6.Epid.c.29.
Color faciei bonus, cū magna mœſtitia coïens, malū ſignū. Com.2.*in* Prorrh.c.13.
Color rubēs, liuidus, uiridisq́; uni & eidem homini ſimul ineſſe nō poſſunt: quū unuſquiſq́; horū reliquos duos tollat. Cō.3.*in li.*6.Epid.c.32.
Color pallidus, liuidúſue, prauum qualitate humorē ſignificat: rubidus, ſanguinis copiā. Com.3.*in* Progn.c.34.
Color indicat ſuperabundantes humores, niſi aliqui fortè in profundum receſſerint. Com.*in* Aph.2.lib.1.

Color ſimilis effloreſcit humoribus, niſi regurgitauerit. ibi.
Color eſt ſubiectũ artis pictoriæ. Gal. contra Lycum.
Color, humorũ eſt exuberantiũ, non deficientiũ. Com. 5. in li. 6. Epid. c. 14.
Coloris in toto corpore permutatio, ſequitur ſigna apparentia in oculis. Com. 4. in li. 6. Epid. c. 28.
Coloris mutatio peßima eſt, quoties ad nigrũ cõuertitur: moderatior uerò, quoties ad uiride. Cõ. 1. in Progn. c. 7.
Coloris mutatio in ſanguine, ſanguinis ex particula inflãmata trãslationẽ demõſtrat. Com. 2. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 10.
Colores præter naturam indicãt prauitatẽ humorũ. Com. 3. in Progn. c. 34.
Colorũ uarietas ĩ animalibus, potißimũ à uarietate ſanguinis proficiſcitur. Com. 2. in li. de Fract. c. 32.
Coma perrarò febribus ardentibus eſt coniunctum. Com. 3. in li. 3. Epid. c. 34.
Coma dicitur omnis ad ſomnũ delatio. Cõ. 1. in Progno. c. 1. & Cõ. 3. in Prorrh. c. 1.
Coma fit per affectus lethargicos, ubi cerebrũ à pituita humectatur, atq; refrigeratur. Com. 2. in Prorrh. c. 28.
Coma poteſt uocari carui. ibi.
Coma nunquam eſt bonum ſignum, nedũ Carus. ibidem.
Comati non omnino febris accidit. Com. 3. in Prorrh. c. 1.
Coma ſæpenumero fieri, ubi principiũ ſenſuum multo eſt humore irrigatum: interdũ autẽ ob ſolã frigiditatem: eſt, quum ob occaſionem utrãq;. Com. 1. in li. 3. Epid. c. 1.
Coma fieri interdũ ob uiriũ infirmitatẽ cõtingit, nimirum adeò extinctarũ, ut ſeruare aptas genas ægri nõ poßint. Sic tamẽ affecti, poſt cõmiſſas palpebras, aut nihil prorſus, aut parũ dormiũt, nec attollere ipſas palpebras poſſunt. Diſtinguit tamen id uitiũ, ab eo quod frigiditas committit & algor, pulſus potißimùm languidißimus, tardus, rarus, & paruus. ibidem.
Comã uocari ab Hippocrate propenſionem in ſomnũ, quũ ægri oculis conniuentibus, ui
gila

gilare non poſſunt.ibidem.
Coma,cerebri tantùm affectio eſt,contraria ecſtaſi.Com.3. in Prorrh.c.6.
Comata uigilijs carētia,ab humiditate & refrigeratione cerebri fieri.Com.3.in li.3. Epid.c.16.
Comatoſæ ſomniculoſæq; ſunt affectiones,quæ cum cerebri humiditate oriuntur.Com.1. in Prorrh.c.5.
Comatoſi,camphoriciq; habēt ocū.clauſos.Cō.2.i Prcr.c.55
Comatoſi abſq; uigilia, nullo pacto phrenitici exiſtunt. Com.1.in Prorrh.c.1.
Comatoſi nequeūt uigilare aptis oculis.Cō.3.in Prorr.c.1.
Comitialis morbus quodammodo apoplexiæ eſt ſimilis,quū idem locus in utroq; patiatur,& idem humor in cauſa ſit.Com.in Aph.45.li.2.
Cōitialis mor.inqre,Epilepſia
Comitiales acceſsiōes nihil æquè producit,ac inæqualitas tēporis.Cō.in Aph.22.lib.3.
Cōparare quæ inuicē uolum⁹, oportet ſint ſecū dū ſubſtātiā ſimilia.Com.in Aph.18.li.2.
Complicati ſi adeſſe morbi uideātur,occurrēdum eſt illi, qui magis urget,non negleta interim alterius curatione. Com.in Aph.16.li.1.
Cōceptiōi maximè neceſſariū eſt,ut extēdatur ſemē p cauitatē uteri.Cō.in Ap.62.li.5.
Conceptus plurimæ ac ualidæ motiones in utero,marē genitū eſſe eſt indicium.Com. in Aph.42.li.5.
Cōceptus in primo tpe ſeminis iniectiōis,et quādo iā ſūt pfecti in utero,ob quāuis uehementiorē motionē,facillimè diſrūpūtur:tēpore uerò intermedio,firmiorē habent coalitum.Com.in Aph.1.lib.4.
Concepiſſe tunc ſe arbitrātur mulieres,quū ſuppreſsis mēſtruis, afficiuntur faſtidio. Com.in Aph.61.li.5.
Cōcipiēt mulieres modicè intemperatæ,ſi uiris cōtrariæ temperaturæ miſceantur:ſi uerò ſimilibus,non cōcipiēt. Com.in Aph.62.lib.5.
Concoctio omnis morborū,fit in humorū alteratione.Cō. 2.in li.1.Epid.c.45.
Cōcoctio cibi eſt ſiſ is elixatiōi ſitq; à calido nō ſicco,ſq̃ua-

lentiuc,ſed humido & uaporoſo.Com.2.in libr.de Rat. *uic.in mor.ac.c.22.*

Concoctio crudi craßiq; ſucci per febres,excretio quædam eſt illius,ut plurimum quidē per urinas,rarò autē p aluū facta.Com.3.in Prog.*ca.23.*

Concoctio humorum generaliter fit,quū natura ſuperior illis,permutauerit ipſos ſuo robore.Com.2.in li.de Rat. *uic.in mor.ac.c.44.*

Concoctio omnia cogit,incraſſatq;.Com.4.in lib.de Rat. *uic.in mor.ac.c.4.*

Concoctio ciborum proficiſcitur ab innato calore.Com. 4.in li.6.Epid.c.23.

Concoctio eſt,in coquētis ſubſtantiā perductio illius quod concoquitur.Com.2.in libr. 1.Epid.c.44.

Concoctio craßiora reddit omnia excrementa.Com.2.in Progn. *cap.33.*

Concoctio indicatur ab excremētis.Cō.2.ī li.1.Ep.c.44.

Concoctio dicitur nutrituræ ſubſtantiæ ſecundū qualitatē mutatio.Cō.4.in li.de Rat. *uic.in mor.ac.c.44.*

Concoctio calore fit.Com.1.in Prognoſt.*c.34.*

Cōcoctio celerē iudicationē,ſalubrēq; ſecuritatē, promittit.Cō.2.in Progn.*c.67.*

Concoctionis ſigna perpetuò bonum quippiā indicant.Cō. 2.in Prorrh.*c.59.*

Concoctionis ſigna ſemp ſunt bona:ut quæ morbi ſolutionē haud ita multò pòſt futuram oſtendāt.Cō.in Aph.*12.li.1.*

Concoctionis indicia per morbos diuturnos erunt,ſi urinæ copia exceruatur,quæ plenius ſedimentum obtineat. Com.2.in Prognoſt.*ca.65.*

*Concoctionis nomen interdum ſumi pro omni deductione ad temperiei moderationem. Com.5.in li.6.*Epid.*c.6.*

Concoctioni humorū conferre unctiones,atq; frictiōes molles: purgationes autem eſſe contrarias.Com.4.in lib.de Rat.*uic.in mor.ac.c.44.*

Concoctioni ciborū nihil magis aduerſatur,quàm perturbatio ipſorum.Cō.1.in li.de Rat.*uic.in mor.ac.c.18.*

Cōcoctiōi ppetuò calidū opitulatur,conſertq;:frigidū uerò

reni

renititur, & aduerſatur. Com.3.in lib.de Rat. uict.in morb.ac.cap.29.
Concoctionem humorum fieri à ſolidis corporibus ſanis. Cō.2.in lib.1. Epid.ca.46.
Concoctionem eſſe opus naturæ.ibidem.
Concoctionem humorum in morbis longis ante purgationem ſemper eſſe expectandam. Com.in Aph. 24. lib.1.
Concoctionem poſſe fieri priuatim quapiam in parte, toto morbo crudo exiſtente. Com.2.in lib.1.Epid. c.84.
Concoctionem in morbis pectoris indicat ſcreationis mutatio, eductióque facilis, & copioſa. Com.2. in Prognoſ. cap.67.
Concoctionem uitiari, partibus quæ ad uētriculum pertinent, refrigeratis. Com.5. in lib.6.Epid.cap.27.
Concoctiones, utiles ſomnos inducunt.Com.in Aph.67. lib.4.
Concoctiones fiunt tempore. Com.1.in lib.3.Epid.cap.5.
Concoctiones iudicium uelox, certamq; ſanitatem ſignificant. Com.3.in lib.1. Epid. cap.24.
Concoctiones celeritatem portendunt iudicationis.Com.2. in Prorrh.cap.23.
Concoctionum omnium eſſe autorē præcipuum, calorem innatum. Com. 4.in lib.6. Epid.cap.14.
Concoctiones fieri, ſuperāte natura cauſas infeſtas.Com. 2.in lib.1.Epid.cap.46.
Concoctiones portendere iudicij celeritatem, certamq; ſalutem. Cōmen.2.in lib.1. Epid.cap.45.
Concoctricis facultatis ueluti focus quidam & fons eſt hepar.Com.2. in Prognoſtica, cap.37.
Concoqui melius à nobis, quæ libentiùs aſſumimus, licet deteriore parū natura ſint. Com.4.in lib.6.Epid.ca.8.
Concoquit naturalis cauſa. Com.1.in Progno.cap.42.
Concordia eorum, qui ſe circa quippiam exercent, meritò magnā cognitionis ſpem

pollicetur. Com.1. in lib. de Rat.uic.in morb.ac.cap.15.
Concreta à frigore, laxantur calore. Com.3.in lib.de Off. cap.15.
Concubitum dicebat Democritus eſſe paruam quandam epilepſiam. Com.1. in lib. 3. Epid.cap.4.
Concuſſio cerebri accidit ob uiolentũ aliquem totius corporis caſum à ſublimiori loco. Com.in Aph.58. lib.7.
Condenſare eſſe opus frigidi. Com.1.in lib.1. Epid.ca.8.
Condoleſcũt partes partibus, non ſimpliciter, ſed uehementer affectis. Cõ.in Aph. 16.lib.6.
Κόνδυλοι uocantur brachij tubercula. Com.3. in lib.de Fract.cap.54.
Confici probè aſſumpta, perquàm utile eſt ægrotãtibus. Com.4.in lib. 6.Epid.ca.8.
Conformare membrum, nihil eſt aliud, quàm eius particulas omnes reſtituere in ſuũ locum. Com.2.in lib.de Art. cap. 43.
Coniectura artificioſa plurimum differt ab ea, quæ arte caret: quòd artificioſa proximè ad exquiſitam moderationẽ accedat, à qua, quæ uulgaris eſt, plurimum interdum aberrat. Com. 3. in lib.de Offi.cap.20.
Coniecturæ artificioſæ omnes in actionibus aliquãdo aberrant. Com.in Aph.2.lib.4.
Conniuent animalia ſtatim à primo ortu, etiam à nullo edocta. Com.5.in lib.6. Epi. cap.2.
Conniuẽtia oculis præſtat utilitatem maximam: nam & defatigarentur palpebræ, ſi toto, quo uigilamus tempore, permanerent apertæ: & multa in oculos extrinſecus illaberentur, quæ ipſorum tunicas læderent. ibidem.
Conniuere dicitur, qui palpebras antea clauſas, quàm celerrimè aperit. ibidem.
Conſiſtente morbo fiunt coctiones maximè: quo tempore nec purgatione, nec uenæ ſectione utendum. Com. in Aph.29.lib.2.
Conſortij lege afficiũtur, quæ cognata

cognata & proxima ſunt. Com.3.in lib.de Artic. cap. 10.& 13.

Conſtitutionẽ uocari ab Hippocrate non ſolùm ambientis temperamentum præter naturam, ſed omnem cuiuſuis rei formam. Præfatione Com.3.in lib.3.Epid.

Conſtrictionis modo reſpondet expreſſorum humorum copia.Com.1.in lib.de Frac. cap.58.

Conſtrictionem fractorum oſſium, magis copia linteorũ, quàm compreſſione, moliri debemus. Com.3. in lib. de Offic.cap.29.

Conſuetum quod eſt, bonũ eſt. Com.2.in Prognoſ.Cap.11. & cap.15.

Conſueta minùs nocẽt ijs, quæ natura quidem minùs noxia ſunt, ſed nunquam in conſuetudinem peruenerunt.Com. in Aph.50.lib.2.

Conſuetudo tantum unica, exiſtit periculoſa, quum omnes homines inopinatis rerum ſortibus obijciantur.Com.in Aph.50.lib.2.

Conſuetudo plurimùm poteſt, repentináque ab ea digreſſio non parum oblædit corpora.Com.2.in lib. de Rat. uic.in mor.ac.ca.33.& 34.

Conſuetudinem appellarunt ueteres, aduentitiam naturam.Com.3.in lib de Offic. cap.20.

Conſuetudines haud negligendas eſſe, nec repente traducendos ægros à prauis conſuetudinibus ad contrarias, ſed ſenſim. Com.2.in lib.6. Epid.cap.25.

Contenduntur cõtenta, interdum quidem à proprio affectu, quum à uehementi coguntur frigore, aut ab exiccante quapiam cauſa inareſcunt: nonnunquam autem tracta à coniunctis particulis areſactis, aut inflammatis, aut congelatis. Com.2.in lib.6.Epid.cap.9.

Contentum eſt oppoſitum laxo.Com.1.in lib.3.Epid.c.5.

Contento laxum aduerſatur. Com.1. in li.6.Epid.ca.29.

Contexturam raram habentes, tum euaporantur, tum ſynco

ſyncopen facilè incurrunt: qui denſiorem, ij in morbis cunctantur, diutiusq; trahunt.Com.2.in lib. de Rat. uic.in morb.ac.cap.47.

Continuæ febres collatæ cum ſynochis, rectè appellantur intermittentes:ut continuæ, ſi cum deſinentibus integrè conferantur.Com.3.in lib.1. Epid.cap.2.

Continuæ febres, quũ nullam habeant remiſsionem moleſtiarum uſq; ad criſim, meritò graues & ſunt, & dicuntur. Com.3.in lib.1.Epi. cap.4.

Continuæ febres non continẽtur ſub ſynochis. Com.3.in lib.1.Epid.cap.3.

Continuas febres dici eas ſolas à recentioribus, quæ remittuntur ſingulis acceſsionibus, nunquam tamen integrè deſinunt: eſſeq; has medias inter ſynochos: & intermittentes.Com.3.in lib.1. Epid.cap.2.

Continuitas ſubſtantiæ in ptiſana minimè fit citra totius in omnibus partibus ſimilitudinem. Com.1. in lib. de Rat.uic.in mor.ac.cap.18.

Contorta membra, in contrariam partem, quàm perverſa ſint, conuertenda eſſe. Com.4.in lib.de Arti.c.10.

Contractio thoracis, ſpiritum elidit foràs uehementer, à quo humores in pectore delitefcentes pellũtur. Com.2. in Progno.cap.43.

Cõtraria ſunt cõtrariorũ remedia.Cõ.2.in lib.1.Epid. cap.7. & Com.2. in lib. de Rat.uic. in morb.ac.cap.2.

Contraria exquiſitè inter ſe dicuntur ea, quæ in utrunq; latus à medio & commoderato pari paſſu recedunt. Com.5.in lib.6.Epi. ca.20.

Contrarij morbi ad contraria uictus genera ſemper bene ſe habent.Commen.in Aph.3.lib.3. Lege Aetates temperatæ.

Contrariorum contraria remedia exiſtunt.Cõ. in Aph. 59.lib.7. & Com.in Aph. 19.lib.5.& Com.1.in lib.de Rat.uic.in morb.ac.cap.18. & Com.2. in lib. de Offic.

cap.

cap.32.& Com.1. in lib.de Offi. cap.1. & Com.5.in li. 6.Epid.cap.7.
Contrarijs contraria remedio eſſe.Com.2. in lib. 6. Epid. cap. 4.& Com.5. in lib.6. Epid.cap.6.
Contrarijs permutari uniuerſa.Com.in Aph.18.lib.3.
Contraria eſſe adhibenda affectibus.Commen.2.in lib.6. Epid.cap.6.
Contraria primùm ac per ſe eſſe contrariorum remedia. Com.2.in lib.6.Epid.ca.9.
Contraria contrariorum eſſe remedia. Commen.3.in li.de Offi.cap.32.
Contraria oportet eſſe, quæ morbo primaria medentur ratione.Com.3.in lib. de Offic.cap.32.
Controuerſiæ cauſa putatur eſſe in artibus uniuerſis, ubi quis ex particulari uniuerſale conficit. Com.1. in li.de Rat.uic.in mor.ac.cap. 17.
Contuſiones fiunt,quum graue quippiam in corpus incidit,ac ueluti carnoſum genus diuellit.Com.3.in lib.de Offi.cap.30.
Contuſionũ agglutinatio, inquire, Vlcera, ut conglutinentur.
Conualeſcentibus, ſi repleantur, ſymptomata plethorica adueniunt præcipuè ob uirium imbecillitatem. Com. in Aph.45.lib.4.
Conualituris omnia bona indicia deſyderantur. Com.2. in Progno.cap.56.
Conuelli neminem à ſanguinis effuſione, niſi refrigeretur, aut ob adſtantium incuriã, aut quòd ſedare uelint fluorem ſanguinis per refrigerantia remedia.Com.3.in Prorrh.cap.29.
Conuelli in eam partem, ubi innexorum neruorum initium eſt, proprium eſſe unicuique particulæ. Com.1. in Progno.cap.7.
Cõuelli primùm regionẽ, quæ è directo eſt partium inflammatarum. Com. in Apho.2. lib.5.
Conuelli nulla pars poſſit, niſi nerui conſortij lege unà cum ea afficiantur. Com. 4. in lib.

lib.de Arti.cap.21.

Conuelluntur, qui ultra modum purgantur, ob exiccata neruoſa corpora. Com. in Aph.lib.5.

Cõuexo dicitur oppoſitè Cauum. Cõ.in Aph.46.lib.6.

Conuulſio frequenter ſolet neruorum, ac tendinum inflammationibus ſuperuenire. Com.in Aph.49.lib.6.

Conuulſio reuulſis fit ad propria capita muſculis. Com. in Aph.39.lib.6.

Conuulſio ſequi refrigerationem conſueuit. Com. 4. in lib.de Artic.cap.21.

Conuulſio à contrarijs fit cauſis, humectantibus nempe, & ſiccantibus. Cõ. in Aph. 39.lib.6.

Cõuulſio ex plenitudine orta, eſt ſanabilis per euacuationem. Com.in Apho.1. lib.5.

Conuulſio ab inanitione & ſiccitate corporum neruoſorum orta, non facilè curationem admittit. ibidem.

Conuulſio fit à repletione & inanitione. Com.1.in Prorr. cap.27.

Conuulſio accidit etiam abſq; febre, in uehementi admodum frigore, & copia humoris crudi, craßiq́;, atque item inflammatione tendinum, ac neruorum: quoties originem ad conſenſum perducunt. Com.3. in Prognoſ. cap.34.

Conuulſio, ad motionem naturali uehementiorem agit partes affectas, ita ut concutiantur uiolenter. Com.3. in Prorrh.cap.26.

Conuulſio affectus eſt muſculorum atque neruorum, motus planè ſimilis illi exiſtẽs, quo ea organa uoluntariè moueri ſolent: hac tamen ratione ab eo differẽs, quòd præter uoluntatis imperium accidat. Commen.1.in lib.3. Epid.ca.4.

Conuulſio facta ob immodicam euacuationem, eſt exitialis. Com.in Apho.24.lib. 7. & in Apho.25.lib.7.

Conuulſio ad plures immodicas euacuationes conſequitur: præcipuè ſi pars affecta neruoſa fuerit. Commen.

in

in Aph.56.lib.5.
Conuulſio ex immodica uacuatione, eſt ſymptoma exitiale. Com. in Aph.9.lib.7.
Conuulſio ſequitur tenſiones eas muſculorũ, quæ ob principium affectum fiunt. Com. 1. in Prorrh.ca.11.
Conuulſio febri ſuperueniens ob exiccatos neruos, extremum eſt, ac ferè inmedicabile malum. Com. in Aph. 26.lib.2.
Conuulſio repentè corpus ſanum inuadens, neceſſario à plenitudine oritur. Com. in Aph.24.lib.2.
Conuulſio pueris facilius accidit, minùs tamen periculoſa exiſtit. Com. 2. in lib. Epid. cap.24.
Conuulſio omnis fit uel ex repletione, uel ex inanitione partium neruoſarum. Com. in Apho.57.lib.4.
Conuulſio eſt inuoluntarius affectus. Com. in Apho.39. lib.6.
Conuulſio fit à repletione, uel inanitione, non quidem totius corporis, ſed neruorũ. Com.3. in Prorrh. cap.29.
Cõuulſio ex euacuatione procedens, acutiſsima & perniciosiſsima eſt: à repletione uerò partium neruoſarum, non ſimuliter periculoſa. Com. in Aph.70.lib.5.
Conuulſio totius corporis lactentibus quàm promptiſsimè accidit, quum propter uſum lactis, tum quia plurimo, intempeſtiuóque, alimento utuntur. Com.3. in Prognoſt.ca.34.
Conuulſio muſculorum, interdum ſequitur repoſitionem oſsium ſua ſede motorum, tam in luxationibus, quàm in fracturis. Com. 3. in lib. de Fract.ca.42.
Conuulſio, doloris plena eſt affectio. Com. 2. in Prorrh. cap.19.
Cõuulſionis ſpecies ſunt tres: opiſthotonos, emproſthotonos atque tetanos. Commen. in Aph.57.lib.4.
Conuulſioni à plenitudine ortæ febris ſuperueniens auxilio eſt, partim ſuperfluam humiditatẽ diſcutiens, partim

tim, frigiditatem contemperans. ibidem.

Conuulſioni ob inflammationem corporum neruoſorum ulceratorum, contraria uehementer eſt aqua frigida. Com. in Aph.21.lib.5.

Conuulſionē fieri ob euacuationem exhauſtis neruis. Com. in Aph.1.lib.5.

Conuulſionem fieri ex repletione & inanitione corporum neruoſorum, à quibus motus uolūtarius perficitur. Com. in Aph.1.lib.5.

Conuulſionem fieri ex plenitudine & inanitione. Com. in Aph.26.lib.2. & Com. in Aph.13.lib.6.

Conuulſionem eſſe morbum acutum abſque febre. Com. in Aph.30.lib.5.

Cōuulſione haud facilè corripiūtur abſoluti ætate: correptiq; ſemel, ægrè recuperantur. Com.3. in Prognoſ. cap.34.

Conuulſiones fiunt à pituitoſo, & à melācholico humore. Com. in Aph.56.lib.6.

Conuulſiones ſuperuenientes febribus æſtuantibus, ſunt letales: non letales uerò, quæ præueniūt illas. Commen. in Aph.57.lib.4.

Conuulſiones in toto corpore, interdum ſalubriter fiunt, nempe dum uniuerſas calfaciunt partes, diſcutiūtq; & tranſmittunt humores impactos per corpus. Com.4. in lib. de Rat. uic. in mor. acu. cap.27.

Conuulſiones affligunt pueros, quia neruoſæ partes in eis non ſatis ualidæ ſunt. Com. in Aph.25.lib.3.

Conuulſiones potißimùm offendunt pueros, qui & craſſißimi ſunt, & aluos duras ſortiuntur. Com. in Aph.25. lib.3.

Conuulſiones à ſiccitate neruorum ortæ, ſunt difficillimæ. Com. in Aph.13. lib.7.

Conuulſiones rarò fiunt ab uteri inflammationibus: ſi fiant tamen, periculoſæ exiſtunt. Commen.3. in Prorrh. cap.27.

Conuulſiones accidunt, ubi muſculi præter uoluntatis imperium

imperium, uerſus initium ſuum, ob magnitudinem inflammationis retrahuntur. Com.3. in lib. de Fract.capi.42.

Conuulſiones, quæ ſuperueniunt alijs affectibus, magis conſequuntur euacuationes: quæ uerò ſtatim à principio oriuntur, plenitudines. Com. 3. in Prorrh.c.69.

Conuulſiones ſuccedunt muſculorum affectui. Com. 2. in li. de Fract.c.23.

Conuulſionibus ſunt opportuniſſimi pueri, propter infirmitatem neruoſi generis. Cō. 2. in lib. 1. Epid.cap.24.& cap.57.

Conuulſiones fieri ex uulneribus, ratione inflammationis ipſa ſequentis, ubi partes neruoſas attigerit. Com. in Aph.2.lib.5.

Conuulſiones ſuperuenientes febribus æſtuantibus, omnes par eſt à ſiccitate oriri. Cō. in Aph.57.lib.4.

Conuulſiones ab initio inuadentes, à repletione ducunt originem. ibidem.

Cōuulſiones affuturas per febres prouectioribus, indicāt peruerſio particularum faciei, aut ſtridor dentium, aut oculorū crebra agitatio, aut peruerſio: pueris uerò, uigiliæ, aut pauor, intēſiſſimæ lachrymæ, aliuíq; ſuppreſſio. Com.3. in Prognoſt.c.34.

Conuulſiones frequētiores accidere corporibus contentis, quàm laxis. Com. in li. de Salub. diæta, c.23.

Conuulſiui affectus dicuntur, in quorum principio, aut nō multo poſtquam fieri cœperint, conuulſiones perſeuerant ex repletione ortæ. Cō. 3. in Prorrh.c.69.

Conuulſos fuiſſe aliquos in hæmorrhagijs, non ſolùm ob immodicam uacuationē, ſed etiam ob refrigerationem, ſi medici caput refrigerarint, ſanguinis profuſionem retinere uolentes. Commen.3. in Prorrh.ca.53.

Cor paruum formatum eſt ob caloris à primo ortu imbecillitatem. Com.3. in lib.6. Epid.cap.13.

Cor ſemper quum morti eſt uicinum, frigida intemperie laborat. Commen.4.in li.6. Epid.cap.30.

Cor fons eſt innati caloris. Commen.2.in lib.de Fract. cap.23. & Com.3.in lib.6. Epid.cap.18.

Cor ſtatim amplificatur, atque augetur in utero, quibus plurimus eſt calor innatus. Com.4.in libr.6. Epid. cap.24.

Cor eſt ueluti focus caloris inſiti. ibidem.

Cor paruum gignitur præ imbecillitate potentiæ uitalis, cuius ſubſtantia eſt calor inſitus. ibidem.

Cor ſi phlegmone corripiatur, letale. Com.2.in libr.6. Epid.cap.14.

Cor ſua natura palpitat. Com. in Aph.65.lib.4.

Cor in medio thorace conſiſtit. Commenta.2. in libr.6. Epid.cap.43.

Cordis calor maior calore hepatis, ad iracundiam conciandam nobis eſt traditus: atque is eget reſpiratione. Com.5.in li.6.Epid.c.5.

Cordis functio eſt arteriarum motus. Com.2.in Prognoſtica, cap.6.

Cordis ſiniſter ſinus eſt qui pulſat: ob idq; ipſum cor nonnullis uidetur in ſiniſtra thoracis parte conſiſtere. Commen.2.in libr.6. Epid.c.43.

Cordi eſſe inſitum, ut moueatur. Gal.contra Lycum.

Cor uulneratum neceſſariò mortem inferre, unum ex ijs eſt quæ in confeſſo habentur. Commenta.in Aph. 18.lib.6.

Cor eſſe principium facultatis, quæ ineſt arterijs. Com. 2.in lib.de Rat.uic.in mor. ac.cap.47.

Cor appellabant ueteres os uentriculi. Com.in Aph.17. lib.4.

Cor condoleſcere arterijs. Commen.2.in lib.de Fract. cap.23.

Corde intereunte, nullus uapor neque calidus, neque frigidus, neque tepidus, exoriri poteſt. Com.4.in libr.6. Epid.

Epid.cap.30.

Corde uulneratis promittēda curatio non eſt: morientur enim.Commen.2.in Prorr. cap.36.

Corium ex animalis fit pelle: cuius quidem extima pars, denſior atque neruoſior eſt, intima uerò, mollior ac rarior, ob idq; ad fracturas agglutinandas aptior.Commen.2.in libr.de Articul.cap.27.

Corni arboris lignum ualidum eſſe, conficiendíſque machinis, ad fracturas curandas, aptum. Commen.3. in lib.de Fract.c.29.

Corona oculi omnium oculi membranarum copula & ligamentum exiſtit. Commenta.1.in Prognoſtica,capi.10.

Corpus animalis ſiceſcit in dies, dum augetur: ac proinde minuitur illi ſubſtantia caloris, tametſi calore ipſe magis igneus reddatur. Commenta.in Aphoriſ.14. lib.1.

Corpus noſtrum mutationibus eſt obnoxium,neq; à cauſis tantum externis,ſed & ab internis minimo negotio alteratur.Com.in Aphor.1. lib.1.

Corporis molem efficiunt muſculi,nerui,uenæ,atque oſſa. Commenta.2.in lib.de Off. cap.27.

Corpus uniuerſum eſſe expirabile, inſpirabileq;.Commenta.6.in lib.6. Epidem. cap.1.

Corpora noſtra affici pro ambientis circumflui conſtitutione.Com.1.in lib.de Nat. hum.cap.44.

Corpora noſtra iuuari ac lædi,non modò à qualitatibus occurſantium,ſed etiam ab eorum ſubſtantijs.Commen. 6.in libr.6. Epidemion,capi.5.

Corpora conflari ex calido, humido, frigido, & ſicco, Gal. in præfatione Commenta.in lib.Hip.de Nat. hum.

Corpora ſimul alterari cum aëre.Com.1.in libr.1.Epid. cap.8.

Corporea ſubſtantia uiciſsim recipit qualitates cõtrarias. Com.in Aph.14.lib.1.

Corrigijs omnibus exiccatis, conuelli commune eſt.Com. 1.in Prognoſtica,c.7.

Corrugationem eſſe horrori ſimilem,ſecundum cutis inæqualitatem, aſpredinemq; Commen.3.in libr.6.Epid. cap.29.

Corrumpuntur facilè, quæ aëria & humida exiſtunt. Com.4. in li.de Rat.uic. in mor.ac.cap.102.

Corrumpi ſubſtantiam ſubiectam eſt neceſſarium, ubi quod effluit, plurimum eſt, paucum uerò quod influit. Com.in Aph.14.lib.1.

Corruptio humorum exigit contemperamentum. Com. in Aph.17.lib.6.

Corruptio humorum dicitur ſola ea, quæ tam effatu dignam habet euerſionem ad naturæ contrarium, ut non poſsit rurſus per naturæ coctionem ad priſtinam bonitatem reuerti.Com.in Aph. 17.lib.2.

Corruptionem humorum eſſe purgatione uacuandã.Com. in Aph.47.lib.6.

Κορῶναι dicuntur proceſſus cubiti.Com.3.in lib.de Frac. cap.54.

Coſmon appellari uniuerſum, ratione ordinis, quòd in eo cũcta quàm rectiſsimè diſpoſita ſint.Com.3. in Progno. cap.7.

Coſtæ ſubliminiores quatuor, nutriuntur ab eo uenarum coniugio,quod à uena caua propagatur, priuſquam in iugulares diuaricetur.Com. 2.in lib.de Rat.uic.in mor. ac.cap.10.

Coſtæ omnibus animalibus ab exteriori quidem parte conuexæ ſunt: ab interiori autem, concauæ. Com.3. in lib.de Art.cap.38.

Coſtæ à poſteriori quidem parte inſeruntur ſpinæ:ab anteriori, oſsi pectoris.Com.1. in li.de Art.c.68.

Coſtæ tranſuerſæ, aliquantulum tamen obliquæ, à uertebris cum quibus commiſſæ ſunt, ad pectoris os exten

extenduntur: quarum ſanè dearticulatio quodam modo eſt gemina. Com. 3. in lib. de Art. c. 37.

Coſtarum nerui oriuntur ab ſpinali medulla, quæ ad thoracem ſpectat. Com. 3. in li. de Art. c. 59.

Coſtis tumor uentris pro fulcimento eſt: unde qui uentres maiores habēt, coſtis fractis minùs dolore torquētur. Cō. 3. in lib. de Art. c. 56.

Coſtis fractis confert quies & ſilentium. Com. 3. in lib. de Art. c. 61.

Coſtas ſuccingentis mēbranæ ſuperna pars inflāmata, claniculæ, brachio, mammæq́;, ſuam affectionem communicat: inferna uerò, diaphragmati, hypochondrióque. Com. 2. in libr. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 10.

Coſtas ſuccingens membrana ſi perforetur, quidquid per uulnus in thoracem inijcitur, reijcitur continuò per os. Com. 3. in libr. de Arti. cap. 58.

Coſtas homo inter omnia animantia maximè curuas habet: nam & pectus illi latiſsimum eſt. Com. 3. in libr. de Art. cap. 38.

Coſtis affectis abſque aliquo uitio pulmonis, nōnullos expuiſſe ſanguinem. Com. 3. in lib. de Art. cap. 58.

Coturnicum eſus, quòd uefcerentur ueratro, multis conciliaſſe tenſionem neruorum. Com. 5. in libr. 6. Epid. cap. 35.

Coxa, ſiue ἰσχίον, eſt os illud quod caput femoris excipit. Com. 2. in libr. de Fract. cap. 70.

Coxæ articulatio, quibus ob mucorem illapſum primò quidem luxata eſt, ac poſtea commiſſa, eos neceſſariò circa commiſsionem oſſium urendos eſſe, ut & abſumatur mucor, & laxitas cutis, ad quam lubricabat articulus, magis ex aduſtione contracta, arctet illos, prohibeátque ipſorum dislocationem. Com. in Aph. 60. lib. 6.

Coxæ ſinus cotyla, ſiue ace-

tabulum dicitur. Commen.2. in li. de Frac. c. 70.

Coxæ articulum aliquando excidere ob mucorem intra articulationem eius illapſum. Commenta. in Aph. 59. lib. 6.

Coxæ articulatio ligamentum quoddam ualidiſſimum, rotundum, ac breuiſſimum habet, quod in ipſa occultatur: ac ſummum femoris caput intimè ac profundiſſimè acetabuli cauitati annectit. Commen. 4. in lib. de Art. c. 42.

Coxæ articulo ſi excidat femur, eius ligamento perrupto, etiamſi reponatur, non poterit diu in eo loco hærere. ibidem.

Coxæ articulus quibus extrorſum excidit, meliùs deambulant, quàm quibus introrſum prolabitur. Commenta. 3. in libr. de Artic. cap. 97.

Coxendicum dolorem ſanari per ipſius coxæ aduſtionem. Commen. 2. in libr. 6. Epid. cap. 9.

Coxendice urgente iubet Hippocrates ſecari uenas poſt aures. Com. 5. in lib. 6. Epid. cap. 22.

Coxendicum dolores fieri ob malignitatem ſimul & frigiditatem humorum. Com. in Aph. 22. lib. 3.

Κραιπάλη Græci uocant noxam à uino illatam. Com. in Aph. 5. lib. 5.

Cranon in loco concauo & meridionali eſt ſita: unde maximè morbis putridis, ut carbunculis, infeſtatur. Com. 1. in lib. 1. Epidem. c. 1.

Crapula inducit altum ſomnum, uel caron. Com. 2. in Prorrh. cap. 28.

Craſſatio eſt molis accretio. Commenta. 3. in lib. 6. Epid. cap. 29.

Craſſi humores in tumorem attollunt cutem. Com. 3. in lib. 3. Epid. c. 51.

Craſſi ſucci, deſidiæ, plenitudiniſque ſunt ſoboles. Commenta. 2. in libr. de Fract. cap. 27.

Craſſi ex uictu molliori redditi, cùm antea graciles eſſent,

eſſent, latas ſortiuntur arterias & uenas: maioremq́; natiuum calorem poßident. Commenta.in Aphoriſ.44. *lib.2.*

Craſſos abundare maximè pituitoſis ſuccis. Commenta.in *libr. de Salubri diæta, capi.16.*

Craßiores natura, temperamento humidiore ſunt præditi. Commenta.1.in *libr.de Arti.cap.27.*

Craßitudo neque eſt decens iuuentæ, nec liberalis. Commenta. in *Aphoriſm.54. lib.2.*

Craßitudinis duæ cauſæ contrariæ ſunt, calidum admodum, atq; frigidum. Commenta.2.in Prognoſtica, *capi.38.*

Craſſorum arterias & uenas anguſtas eſſe, ob idq́; parum illis ineſſe cùm ſanguinis, tum ſpiritus, adeò ut progreſſis ætate, uel paruam ob occaſionem, extingui poßit ipſis natiuus calor. Com. *in* Aph.44.*li.2.*

Craſſorum humorum duplex ſanatio habetur, excretio nempe, & concoctio. Com. *in* Aph.70.*lib.5.*

Craſſum propriè dicitur corpus, quod latitudine & profunditate ſupra modum eſt auctum. Com.*in* Aphor.54. *lib.2.*

Crepitus uentris ab ijs editus qui ſolent reuereri præſentes, delirium aut dolorem ſignificat. Commen.1.*in lib. de* Off.*cap.1.*

Creſcentes habent plurimum ſubſtantiæ calidæ. Com. *in* Aph.14.*lib.1.*

Cretam eſſe montuoſam & aſperam. Com.4.*in libr.de* Art.*cap.15.*

Criſis, morbi eſt præceps mutatio, aut ad ſalutem, aut ad ſalubriorem diſpoſitionem, aut ad mortem, aut ad inſalubriorem diſpoſitionem. Com.3.*in* Prognoſtica, *cap.1.*

Criſis abſolutè & ſimpliciter dicitur præceps morbi mutatio ad ſalutem, aut

mortem:cum adiectione autem, mutatio ad ſalubriorem, aut deteriorem diſpoſitionem. ibidem.

Criſis omnis fit cum aliqua euacuatione conſpicua, aut abſceſſu. ibidem.

Criſis ut bona fiat, coctionem præcedere oportet: ſubſequi uerò diſcretionem, & poſtea euacuationem. Commenta. in Aph. 22. *lib. 4.*

Criſis bona fieri in crudo morbo non poteſt. Com. 1. *in* Prorrhe. *c.* 13.

Criſis, inquire Iudicia.

Criſis generale ſignificatum, mortem complectitur. Commenta. 3. *in libr.* 3. Epidem. *cap.* 74.

Criſim uocari ab Hippocrate *repentinam mutationem morbi.* Commen. 3. *in libr.* 1. Epid. *cap.* 16.

Criſim fieri perpetuò, aut natura ſuperante morbum, aut uicta ab eo. Com. 3. *in* Prognoſtica, *cap.* 6.

Criſim futuram in diebus paribus, ſi acceßiones in ſimilibus fiant: ſicuti imparibus, ſi per dies impares ipſæ acceßiones contingant. Commenta. 3. *in lib.* 1. Epid. *cap.* 18.

Criſim præcedens nox ſolet eſſe difficilis. Com. 2. *in lib.* 6. Epid. *c.* 22.

Criſim uocari ab Hippocrate *uel perfectam morbi ſolutionem, uel permutationem eam, quæ uſque adeò inſignis ſit, ut æger periculum omne euaſerit.* Com. 1. *in lib. de* Rat. *uic. in mor. ac. cap.* 25.

Criſim præcedens nox, tum ob rigorem, tum ob iudicium quod in eo fit, ſolet eſſe difficilis. Com. 1. *in libr.* 6. Epid. *c.* 9.

Criſes malæ dicuntur, quæ cum naturalibus uacuationibus, uel abſceßibus factæ, non ſolùm ægros nihil iuuerunt, uerùm etiam deteriùs habere, quàm antea, fecerunt. Com. 2. *in* Prorrh. *cap.* 57.

Criſes

Criſes bonæ ſignificantur futuræ, à ſolis coctionis ſignis in diebus contemplabilibus apparentibus. Com. in Aph. 71. lib. 4.

Criſes fiunt in uehementioribus acceßionibus. Commen. in Aph. 36. lib. 4.

Criſes in acceßionibus fiunt. Com. 3. in lib. 1. Epid. ca. 13.

Criſes fiũt in decretorijs diebus. Com. 3. in lib. 1. Epid. cap. 26.

Criſes eorum morborum fieri in diebus paribus, quorum acceßiones in diebus paribus fiunt: in imparibus autem, quorum illæ etiam fiunt in imparibus. Com. 2. in lib. 3. Epid. cap. 5.

Cruda in malos abſceſſus deflectere, aut in acriſias, aut labores, aut interitus, aut diuturnitates, aut recidiuas. Com. 3. in lib. 1. Epid. c. 24.

Crudus eſt ille morbus, in quo unà cum ſanguine bilis ſurſum fertur, quocunque tempore id fiat. Cõ. 1. in Prorr. cap. 13.

Crudus manet morbus ob inediam longam & intempeſtiuam cibi oblationem. Com. 2. in lib. de Rat. uict. in morb. ac. ca. 44.

Crudi ſucci & craßi ſunt ſoboles cõuulſiones, tremores, urinæq́; iumentorum lotio conſimiles. Com. 3. in lib. 1. Epid. ca. 21.

Crudi humores, ubi concocti fuerint, alunt corpus. Com. 2. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. ca. 44.

Cruditatis ſigna longitudinẽ morbi: non autẽ, quantum in ipſis eſt, ſignificant ſalutem, aut mortẽ. Cõ. i Aph. 12. li. 1.

Cruenta deijci ijs interdum, qui mẽbro aliquo ſunt mutili, quique conſueta exercitia reliquerint. Com. 4. in libr. de Arti. cap. 40.

Crus luxatum circunfertur inter ambulandum, idq́; non ob ipſius longitudinem, ſed ob imbecillitatem muſculorum ipſum mouẽtium. Com. 3. in lib. de Art. cap. 73.

Crus luxatum oblongius redditur: ob idq́; ſic affecti perinde ac boues incedunt. ibid.

Crus uniuerſum attollitur, cùm ad inguen flectitur. Cō.4.in lib.de Arti.c.47.

Cruri cum tota manu magna eſt in partibus ſimilitudo. Com.2.in lib.de Fract.c.8.

Crura eſſe extendenda, dum deligantur.Com.2. in lib.de Fract.cap.61.

Crura noctu toto corpore altiora tenenda eſſe ijs,qui toto die ambularunt.Com.1.in lib.de Fract.ca.22.

Crura eſſe deliganda extenta. Com.2.in lib.de Offi.c.29.

Cruribus plurimùm diductis, ſimulq́; ſupinum dormire, delirium ſignificat: abſurdumq́; etiam eſt, ſi quis dormiat ſupinus, cruribúſque mutuò inter ſe circumplexis.Com.1. in Prognoſtica, cap.18.

Crurum nerui oriuntur ab ultima lumborum uertebra. Com.3.in lib.de Art.ca.41.

Crurum motores nerui oriuntur ab ſpinali medulla, quæ prope lumbos eſt.Com.3.in lib.6.Epid.cap.17.

Crurum uenas ſecandas eſſe, partibus, quæ infra hepar ſunt, detractionem ſanguinis requirentibus.Com.1.in lib.6.Epid.cap.5.

Cubandum eſſe molliter, hoc eſt, extra figuras immodicas.Com.1.in Prog.cap.13.

Cubare in uentrem cōtra conſuetudinem,aut delirium ſignificat, aut dolorem aliquem earum partium, quæ ad uentrem pertinent. Com. 1.in Progno.ca.19.

Cubile durum interpellat augmentum corporis. Com. in lib. de Salub. diæta, cap.13.

Cubitus ex duobus oſſibus cōſtat:quorum alterum radiū, alterum propriè cubitum uocant.Com.4.in lib.de Arti. cap.28.

Cubitus ſupernum ſui finem ſortitur ſimilem σ elemento Græco, per quem nimirum articulatur cum brachio, & in quem recipit ferme uniuerſam illius trochlearē circumferentiam.Com.1. in lib. de Fract.cap.10.

Cubitus radium excedit toto gibbi ſpatio. Com.3.in lib. de Fract.

de Fract.cap.56.
Cubitus eſt radio gracilior. Com.3.in lib.de Frac.c.58.
Cubitus ſubijcitur radio. Cõ. 1.in lib.de Fract.cap.51.
Cubiti uenam ſecandam eſſe, partibus quæ ſupra iecur ſunt, detractionem ſanguinis requirentibus. Com.1. in lib.6.Epid.cap.5.
Cubiti inferior pars nullum prorſus muſculum habet. Cõ.1.in lib.de Fract.ca.16.
Cubiti os eſt è regione parui digiti, tenuiusq; ſuo coniuge. Com. 2. in lib. de Fract. cap.66.
Cubiti cauum duobus terminatur proceßibus, impleturq́; à rotunda ea brachij parte, quæ ſimilitudinẽ cardinis repræſentat. Com.3.in lib.de Offic.cap.20.
Cubiti articulus exiſtit uarius.Com.1.in lib. de Fract. cap.1.
Cubiti proceſſuum, quos Græci κορώνας uocant, poſterior quidem, eſt maior. Com.1.in lib.de Fract.ca.54.
Cubiti os in nonnullis ita retrorſum flectitur, ut conſtituat angulum.Com.1.in lib. de Fract.ca.11.& Com.2.in lib.de Fract.cap.66.
Cubiti os longius exiſtit radio. Com. in lib. de Fract. cap.1.
Cubiti articulatio uaria eſt, ut pote partes habens dißimiles, inæqualesq́;. Com. 3. in lib.de Fract.ca.54.
Cubiti ſinum, ſigmatoidem uocari, à figura σ. elementi Græci.Com. in lib. de Frac. cap.56.
Cubiti articulus in uarias partes uerſatur. Com.2. in lib. de Fract.cap.66.
Cubito inſunt duo oſſa, quorum inferius quidem propriè appellatur cubitus, eſtq́; altero longius: ſuperius uerò, radius. Com.1. in lib. de Fract.cap.18.
Cubito inſunt duo proceſſus roſtri ſimiles, quorum poſteriorem quidem in extenſione articuli poſterior brachij ſinus excipit: priorem uerò, prior in curuatione maxima. Com. 2. in lib. de

de Fract.cap.66.
Cubitum fractum poſt deci= mam diem faſcia ſuſpen= dendum à collo eſſe: eáque adeò lata, ut continere to= tum cubitum poßit. Com.1. in lib.de Fract. cap.51.
Cubitos nudos geſtare, non modò medicis, qui artẽ adeò ſeueram tractant, ſed ijs etiam, qui cauſas forenſes actitant, eſſe admodum tur= pe.Com.1.in lib.de Officin. cap.16.
Cucurbitulam ſub mammis affixam, qua parte potißi= mum ſunt uenæ, quæ de ſub= ter ad ipſas perueniunt, men ſtruam purgationem reuel= lere. Com.in Apho.50. li.5.
Cupidinem, puellulum recèns natum ardentesq; faces ge= ſtantem, agere mortales in= furorem amoris, fabulantur Poëtæ.Com.1. in Prognoſt. cap.4.
Curandi rationem ueram ne= mo unquam poterit metho= do, aut ipſemet inuenire, aut ab alio doceri, antequam na= turam mẽbri affecti cogno= rit. Com.1. in lib.de Artic. cap.34.
Curatio fit per contraria. Com. in Aph.22.lib.2.
Curatio per ſe à Medicis ex= ercetur: prænotio autem, & dignotio, propter curatio= nem. Com.1. in lib. de Rat. uict.in mor.acu.cap.3.
Curatio primò ad nullum ſym ptoma pertinet, ſed ad illum affectũ, qui ſymptoma pro= ducit. Com.2.in lib.6.Epid. c.5.
Curationem fieri per contra= ria.Cõ.1.in lib.Hip.de Nat. hum.c.6.& Com.2.in lib. 6.Epid.c.5.
Curatricis Medicinæ ſcopus eſt contrariorum eſſe con= traria remedia.Com.1.in li. de Offi.c.1.
Curatricis medicinæ partis eſt mederi affectui à cauſa re= licto.Com.in Aph.22.lib.2.
Cutis eſt frigida.Com.in Aph. 37.lib.4.
Cutis animalis, quàm caro, æ= griùs concoquitur, cùm fri= gidior exiſtat.Com.4.in li. de Ra.uic.in mor.ac.c.102.

Cutis

Cutis capiti obducta in pueris, mulieribus, eunuchisq́;, humida eſt: in caluis uerò, arida præter modum. Com. 3.in 6.Epid.cap.1.

*Cutis in extenuatis quidem, eſt laxa: in craſsis uerò, uidetur tenſa.*Com.3.in lib.6. Epid.cap.29.

Cutis plus iuſtò denſata, poteſt abundantiam humorum inducere. Commen.3. in lib. 3.Epid.cap.76.

*Cutis raritas in cauſa eſt, ut nonnullis ſiſtatur uenter, ob euacuationem quæ per eam fit: eius autem denſitas facit, ut alij plurima mingant, deijciantq́; quum ægrè per ſuperficiem difflentur.*Com. 3.in lib.6.Epid.cap.1.

Cutis aſtrictio & denſitas ſæpenumero immoderati carnium incrementi eſt cauſa. ibidem.

*Cuti impactorum humorum curatio per fotum calidorũ medicamẽtorũ omnino perficitur.*Commen,2.in lib.6. Epid.cap.29.

Cutim infeſtates humores, ſi quis uelit calidioribus medicamentis diſcutere, priuſquàm redundantiam uacuarit, aut per uenæ ſectionem, aut per purgationem, plus attrahat, quàm per cutim euacuetur.ibidem.

Cutem detractam & iam nigreſcentem coaluiſſe, atque fuiſſe conglutinatam. Com. 3.in lib.de Fract.cap.43.

Cute candida præditos, minus difflari, quòd ſint frigidiori temperamento. Com.2.in lib.1.Epid.cap.78.

Κυβιτὸς *inquire,*Ancon.

Cyceon eſſe miſcellam ex uino, & nonnullis cibarijs. Commen. 6.in lib.6. Epid. cap.5.

Cylindrum uocat Galenus corpus, quod figuram columnæ refert. Com. 2.in lib. de Artic.cap.33.

Κύλλωσιν *dici ab Hippocrate peruerſionem crurum in exteriorem partem: in qua pes ad interna conuertitur.* Com.4.in lib.de Artic.c.3.

Cynanche, inquire, Angina.

Cynanchen dici inflammationem

nem laryngis. Com.in Aph. 34.lib. 4.

D

Deambulationes tardiores craßius corpus efficiunt. Com. 3. in lib. 6. Epid.cap.2.

Deambulationibus multis, uelocibusq; eſſe utendum. Com.3.in lib.6.Epid.ca.2.

Decimus dies non eſt decretorius.Com.3.in Prognoſtica, cap.31.

Decimum diem non haberi ab Hippocrate decretorium. Com.1.in lib.3.Epid.ca.4.

Decimuſſeptimus dies uigeſimi eſt index. Com.in Apho. 24.lib.2.

Decimuſſeptimus dies eſt index uigeſimi. Com.3. in lib. 1.Epid.c.26.

Declinantium ætas inter alias omneis, paucißimis eget fomentis ad corporis reſumptionem.Com.in Apho.30. lib.3.

Declinantiū ætas iuuenilem ſubſequitur.ibidem.

Declinantium ætas plurimū atræ bilis ſortitur, ideoq; plurimi in ea inſaniunt.ibid.

Decliuis ſitus permittit ut plus humoris ad crus deferatur: quare ſemper fugiendus. Com.3. in lib.de Fract. cap.27.

Decliuis figuratio eſt cauſa defluxus humorum ad membra oblæſa, atque etiam inflammationis.Com.4.in lib. de Art.cap.20.

Decliuis figuratio membrorum ob dolorem quem conciliat, eſt noxia. Com. 3. in lib.3.de Offi.cap.23.

Decliuem habitum maximè eſſe ad ſanguinis eruptiones idoneum. Com. 4. in lib. de Arti.cap.38.

Decliues ſitus occaſionē præſtant cur fluxiones in extremas membrorum partes ferantur.Cō.1.in lib.de Frac. cap.22.

Decoloratio eſt ſymptoma ingentis inflammationis. Com. 3.in lib.de Fract.cap.7.

Decolores calfieri poſtulant, tum exercitationibus, tum potum uini facultate calidi, & cibis qui ſimilem uim ſortian

ſortiantur. Com. 4. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. ca. 115.
Decrepitorum corpora propter imbecillitatem, plurimùm extenuantur in morbis. Com. in Aph. 28. lib. 2.
Decretorius dies ad iudicationis firmitatem conducit. Commen. 2. in Prognoſtica, cap. 54.
Decretorij dies appellantur, in quibus firmæ ac plurimæ fiunt permutationes morborum. Com. 3. in Prognoſti. cap. 1.
Decretoriorum dierum naturam primus omnium nouit Hippocrates, explicuítque cauſam generationis ipſorũ. Com. 3. in Progn. cap. 1.
Decretoriorum nihil parcè excerni conuenit. Com. 2. in Prorrh. cap. 46.
Decretoriorum dierũ omniũ ualidiſsimos eſſe, qui quaterno, uel ſepteno circuitu fiũt: moderatiores his exiſtere, illos qui intercalantur. Com. 3. in lib. 1. Epid. cap. 14.
Decretorios dies non eſſe integris hebdomadibus ſupputandos. Com. 3. in lib. 1. Epid. ca. 22.
Decretoria ſigna non debent apparere in principio ſtatim. Com. 2. in lib. 1. Epid. cap. 75.
Decretoria non indicantia, aut letalia, aut difficilis ſunt iudicij: letalia, ſi qua ijs ſymptomata, uel ſigna exitioſa adſint: difficilis iudicij, ſi abſque ijs, ſigna cruditatis permaneant. Com. 3. in lib. 1. Epid. cap. 18.
Decubitum debere fieri in dextrum, aut etiam ſiniſtrũ latus. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 29.
Decubitum in obſcura domo conferre ad anxietatem ægri. Com. 4. in lib. de Rat. uic. in morb. ac. cap. 48.
Defectus exigit adiectionem. Com. in Apho. 17. lib. 1.
Defectibus ſuccedit aliquando ſiccitas, aliquando frigiditas, aliquando utrunque. Com. in Apho. 57. lib. 5.
Deficientes humores imponi, per ea quæ bibimus, ediműſq;. Commen. 2. in lib. 6. Epid.

Epid.cap.2.

Defluuium capillorum in tabe, indicat ultimi alimenti defectum atque ſummam penuriam: interdum etiam corruptionem humorum. Com. in Aph.11.lib.5.

Defluxionem uocant medici humorem tenuem & crudũ per palatum defluentem. Com.2.in Prognoſt.c.49.

Defluxui una tantùm uia eſt, à ſuperioribus ad inferna. Com.1.in lib.de Fract.c.25.

Defluxiones, quàm grauedines, pernicioſiores habentur. Com.2.in Progn.c.49.

Defluxiones non eſſe bona indicia. ibidem.

Deformitas aſſueta negligitur. Com.1. in lib. de Artic. cap.64.

Deglutientibus nobis, guttur ſurſum trahi, tunicam autẽ gulæ, deorſum. Commen.in Apho.59.lib.7.

Deiectio alui, contriſtantium humorum ad infernas partes inclinationem molitur. Com. 3.in Prorrh.cap.71.

Deiectio ſimillima naturali, indicat inferiorem bene ualere uentrem, nihilq́; in eum defluere à uicinis uiſceribus. Com.2.in Prognoſtica, cap.13.

Deiectio ſubuiridis, uehementis conſumptionis indicium eſt. Com.2. in Prognoſtica, cap.21.

Deiectio nigra, ab atra bile ſyncera tingitur: liuida uerò, ubi modica modicæ permiſcetur: pinguis fit, quoties pinguedo ab immodico calore liquatur: graueolens, putredinis eſt indicium. Cõ. 2.in Progno.cap.22.

Deiectio uerſicolor multas indicat affectiones: ob idq́; longo tempore eget ut concoquatur. Com.2. in Progn. cap.23.

Deiectio aquoſa, cruditatis indicium eſt. Com.2.in Progn. cap.20.

Deiectio uiridis, bilis erugi noſæ: crocea croceæ copiam excrementis permiſtam eſſe ſignificat. ibidem.

Deiectio ſpumans, uel miſtionem ſpiritus flatulenti, uel calor

caloris copiam declarat.Cõ. 2.in Prog.cap.20.

Deiectio glutinoſa, exigua, candidaq́; , pinguedine abſumpta ab igneo,non tamen uehementer maligno,calore efficitur: ſubcrocea uerò,ac læuis,abſumpta quoque pinguedine fit,uel propter uehementiorem calorem, uel quòd pinguitudo ipſa uetuſta & ſemiputris exiſtat. Cõ.2.in Progn.c.21.

Deiectionem reddi candidam, quòd nulla bilis deſcendat ad inteſtina. Com.2.in Progn. cap.17.& c.20.

Deiectionem naturalem eſſe ſubrufam, ratione bilis à iecore deſcendentis.Com.2.in Prognoſtica,c.17.

Deiectionem inuadentem fieri,ſi uel nulla ſit diſtributio cibi facta à uentriculo, uel ex iecore,aut liene aliquis in ipſum humor deſcenderit.Com. 2.in Prognoſtica, cap.14.

Deiectiones oſtendunt cruditatem & concoctionem eorum quæ in uentre coquuntur. Com.2. in libr.1. Epid. cap.44.

Deiectiones uariantur,quantum ad naturam ætatum attinet, ſecundum eas quæ in corpore mutantur diſpoſitiones,ex quibus aluus ſiccior, humidiorue fit. Commen.in Aph.20.lib.2.

Deiectiones albæ fiunt,quum flaua bilis, amplius in uentrem non confluit.Com.1.in Prorrhet.c.13.

Deiectiones albæ fiunt etiam ob ciborum colorem.ibidem.

Deiectiones albæ fiunt non defluente ab hepate,in uentriculum bile.Commen.3.in Prorrh.cap.25.

Deiectiones ſpumoſæ & ſynceræ,prauæ affectionis ſunt ſigna.Commẽ.2.in Prorrh. cap.14.

Deiectiones ſynceræ dicuntur, quæ duntaxat unum, qui excernitur humorem, purum & impermixtum obtinent.ibidem.

Deiectiones in ſe habentes pinguia, ſunt quidem prauæ,non tamen omnino exi-

tioſæ:quòd non perinde ſit, carnem colliqueſcere, ac adi pem. Com.3. in lib.3. Epid. cap.72.

Deiectiones admodum rubræ contingunt, hepate affecto. Commenta.1. in Prorrhet. cap.31.

Deiectiones ſyncerę, exuſtam eſſe omnem natiuam humiditatem à calore febrili demonſtrant. Com. in Aph.6. lib.7.

Deiectiones interdum, ut abundantiæ humorum in corpore uitioſorum ſymptomata, excerni: interdum, expurgante ipſas natura. Com.3. in libr.3. Epid. cap.41. & cap.61.

Delabi ægrum in lecto ad pedes, malum eſſe. Com.1. in li. 6. Epid. c.29.

Delabi ægrotum ad pedes, extinctionem facultatis regentis corpus ſignificat. Cōmenta. 1. in Prognoſtica, cap.18.

Deleteria medicamenta uocari, quæ nunquam neque ægrotantes, neq; bene ualentes, iuuant. Com.6. in lib.6. Epid. c.5.

Deliganda ſunt æqualiter & ſimiliter in omnibus ſuis partibus æqualia & ſimilia membra: ut inæqualiter, & diſsimiliter, quæ inæqualia & diſsimilia exiſtunt. Commenta.2. in lib. de Off. cap.2.

Deligandas eſſe partes dextras, ad ſiniſtras: ſiniſtras autē, ad dextras, præterquàm in capite. Commenta. 2. in libr. de Off. cap.11. & cap.12.

Deligandi ſcopus eſt, ut ſanguinem ab intumeſcentibus partibus abducamus ad ſuperiores. Commen.2. in lib. de Fract. c.72.

Deligandum eſſe membrum oppoſitum ualens, nec non partem illam, quæ ſubijcitur læſæ, ſi brachium, uel tibia, admodum male afficiantur: ut uidelicet in quiete ſint, & ab eis uerſus partem ſanam alimentum arceatur. Com.3. in lib. de Off. cap.33.

Deligari prima ratione, & per ſe, non poſtulat inflammata particula: ſicuti nec, dum ſuppuratio perficitur. Commen.2.in lib.de Offic. cap.26.

Deligata iam pars ſi ad aliam transferatur figuram, maxima ſequitur noxa. Commenta.2.in libr.de Off. cap.27.

Deligatio alimento defraudat partes ligatas: nimirum earum ſanguinem, partim quidem ad ſuperiora, partim autem ad inferiora repellens. Commenta.3. in libr.de Officina, capite trigeſimoſecundo.

Deligatio, inquire, Iniectiones.

Deligatio ſyncera dicitur illa, quæ diſtincta eſt, quum uidelicet omnia faſciarum inuolucra eiſdem finibus continentur, aut ordinatè declinant. Commen.2.in lib. de Off.c.2.

Deligatio omnis in decliues partes, atque eas quæ in acutum deſinunt, abit. Commen. 2.in libr.de Officin.cap.4. capite undecimo, & capite duodecimo.

Deligatio erit ſimplex, ſi lintea nihil implexum, aut duplicatum, aut rugoſum habuerint. Commen. ſecundo in libr. de Officin.capi. ſecundo.

Deligatio rotunda dicitur, quæ in orbem affectam partem undequaque ſine ulla declinatione, complectitur. ibidem.

Deligatio fiat promptè, expeditèq; & citra compreſſionem. Commenta.2.in lib. de Off.cap.1.

Deligatio in luxatis eadem, quæ in fractis, requiritur. Commenta. 2.in libr. de Fracturis, capi.quinquageſimotertio.

Deligatio debet ſemper non parum integræ partis comprehendere, præcipuè in magnis affectibus. Commentario 3.in libr.de Fracturis, cap.22.

Deligatio in ſinum, inquire, Sinus deligatio.

Deligatio ex utraque ulceris parte iniecta, in eo gignit inflammationem. Com.3. in li.de Fract.c.8.

Deligatio inflammatis partibus obeſt, grauando. Com.2. in lib.de Off.c.31.

Deligatio inflammatis particulis eo tantùm nomine confert, ut medicamenta admota prohibeat, quo minus excidant. ibidem.

Deligatio præſtat, ut quæ abſceſſere, adducantur: quæ expanſa ſunt, contrahantur: quæ extorta ſunt, dirigantur. Præf. in libr. de Faſcijs.

Deligatio in abſceßibus à parte ſana inchoanda eſt: atq; ad ſedem exulceratam finienda. ibidem.

Deligatio dilatatarum partium, ut earum quæ abſceſſere, incipit à ſanis partibus, paulatimq; ad cutim manifeſtè exulceratam progreditur. A remotioribus tamen inchoatur locis, quàm quæ in ijs quæ abſceſſere ſolet adminiſtrari. Com.2. in li.de Off.c.30.

Deligatio, Inquire, Faſcia.

Deligatio, quæ à læſa quidem parte incipit, deſinit autem in ſuperiorem, non modò influxum humorum arcet, uerùm etiam aliquid ex eo quod in laborante particula continetur, ad ſupernas partes repellit. Quæ uerò à membro quidem læſo incipit, deſinit autem in partes infernas, ſanguinem redundantem à læſa particula ad ipſius membri partes extremas exprimit: utraque autem os compoſitum cõtinet, ut minimè contorqueatur. Com.3. in lib.de Off.cap.3.

Deligatio quæ ualentis partis plurimum occupat, ualentiùs membrum confirmatum continet: humoréſque ab affecta particula extrudit ad proximas: nec non quod ex ſupernis partibus defluit, ſolet arcere. Commenta.3. in lib. de Off. cap.

cap.5.

Deligatio in fracturis eò ſpectat, ut ſanguinis influxus arceatur: isq; etiam qui in laborantibus particulis reperitur, ad ſupernas infernasq; ablegetur: membrúmque immotum ſeruetur. Commenta.3. in libr. de Offici. cap.33.

Deligatio extenuatorum mẽbrorum, inquire, Extenuatis &c.

Deligatio debet ſemper non parum integræ partis comprehendere. Com.1. in lib. de Fract. cap.36.

Deligationis ſpeciem eam eſſe adhibendam, quæ ad formam affecti membri ſpeciemq; affectus, quo diſcruciatur, appoſita ſit. Com.2. in lib. de Off. c.2.

Deligationis firmitudini moderatio ineſt: quam ſi excedas, ex compreßione affectarum partium, ægri dolore afficiuntur: ſi uerò deficias, uinculum laxius reddetur. ibidem.

Deligationis omnis quæ per ſe adhibetur, primi ac maximi ſcopi ſunt, ut partem affectã ſeruet immobilem: omnémque inflammationem repellat. Commen.2. in lib. de Offic. c.16.

Deligationis utriuſque principium ſuper ipſam fracturam collocari debere. Commenta. 2. in libr. de Offic. cap.7.

Deligationis infernæ partes trahi à ſuperioribus debent. ibidem.

Deligationis firmitudinem comparari aut aſtrictione, aut linteorum multitudine. Commenta.4. in libr. de Art. cap.7.

Deligationis ſtabilitatem procurandam eſſe, aut linteorum multitudine, aut maiori aſtrictione. Commenta. 2. in lib. de Fract. c.26.

Deligationis ſumma in modo aſtrictionis eſt ſita. Com.1. in lib. de Fract. c.33.

Deligationis indolentiæ confert operationis celeritas. Commenta.2. in libr. de Off. cap.1.

Deligationem æqualem, & quæ in neutram inclinet partem, adminiſtrare debemus in ulceribus, cùm tranſuerſa oſsis fractura, particulæ affectæ circumponentes ſplenia in orbem. Commenta.2.*in lib.de* Off. *cap.12.*

Deligationem bonam efficit moderatio. Com. 2. *in libr. de* Off. *cap.4.*

Deligationem in contractis particulis eſſe ab affecto loco inchoandam: ac dein cutem auertendam ad circunſitas regiones: nec non ſubiectum ſpatium, in quod labra erant deuoluta, linamentis implendum. Commentario.2.*in libr.de* Offici.*capi.31.*

Deligationem magis in ea parte eſſe aſtringendam, unde uolumus exprimere ſanguinem. Commen.3.*in li. de* Fract.*cap.15.*

Deligationem ordiendam eſſe ab ea parte, in quam peruertitur membrum: ac mox deducendam eſſe in contrariam. Commen.1.*in libr. de* Fract.*c.3.*

Deligationes laxiores, dimoueri ſinentes fracta oſſa, eorum confirmationem corrumpunt: arctiores uerò, excitantes dolorem, gignunt inflammationem. Commentario 1. *in libr. de* Fractur. *cap.1.*

Deligationes præſtant duos uſus: unum, quòd partes confracti oſsis, rectè à nobis inter ſe compoſitas, firmiter continent: alterum, quòd lintei medicamentum arcendis inflammationibus aptum, impoſitum ſupra affectas partes conſeruant. Commenta.1.*in lib.de* Frac. *cap.21.*

Deligationum hæ quidem à partibus deligandis fuerunt ſuum nomen ſortitæ: ut oculus, naſus, & inguen: aliæ ab animalium ſimilitudine, ut cancer, accipiter, aries, lepus, atque teſtudo. Præfat. *in lib.de* Faſcijs.

Deli

Deligationum omnium primam ferè uocari Rhombum. Commenta.1.in lib.de Arti.cap.3.

Deligationum quædam ab uno capite exordium habent: aliæ à media faſcia: nonnullæ utroque modo. Præfat. in librum de Faſcijs.

Deligationes uehementiores ferunt robuſtiora membra, & duriora: ut remiſsiores, quæ imbecilliora, & molliora exiſtunt. Commentario 1.in libr.de Fractur. cap.24.

Deligatura oculo dicta, utimur, dum ueremur, ne oculus procidat: uel dum cupimus, ut illi adhæreant medicamenta applicita. Commenta. 2. in libr.de Offic. cap.2.

Deliquium animi, commune ſymptoma eſt omnis euacuationis immodicæ. Commenta. in Aphoriſmum 56. lib.5.

Delirant in uigore febrium complures, ob capitis repletionem. Commentario 3. in librum 6.Epidemion, c.trigeſimoſexto.

Delirantem nullum uidit ſeruatum Galenus, in quo apparuiſſet urina alba, & tranſparens. Commentario in Aphoriſmum 72.libr. quarto.

Delirium agnoſcitur, dum ægri nihil ſanum aut dicunt, aut faciunt. Commentario in Aphoriſmum 14. libr.7.

Delirium fit cerebro læſo uel ob inflammationem, uel ob humorem bilioſum in eo redundantem. Commentario primo in librum tertium Epidemion, cap.ſecundo.

Delirium nullius oſsis exciſioni, etiamſi fuerit fracta caluaria, ſolet ſuperuenire, antequam ad membranas ipſius paſsio peruenerit. Commentario in Aphoriſmum uigeſimumquartum, libr. ſeptimo.

*Delirium fieri patiente cerebro.*Commen.*in* Aph.50. *lib.4.*

Delirium aliquando fieri ex defectu. Commenta.*in* Aph. 9.*lib.7.*

Delirium, diſquire, Deſipientia.

Deliria accidunt leuibus quidem & turbulentis hominibus, leuibus de cauſis: ijs autem qui contrarijs ſunt moribus, magnis. Commenta. 3. *in libr.3.* Epidemion, *cap.87.*

*Deliria omnia patiente fiunt cerebro, ſiue per ſe & proprio affectu, ſine conſortij lege.*Commenta.*in* Aph.53. *lib.6.*

*Deliria cum ſiccitate difficillima ſunt.*Com.1.*in* Progn. *cap.10.*

*Deliria ſuccedunt calidioribus ſuccis atque mordacibus.*Commen.1.*in li.3.* Epi. *cap.5.*

*Deliria cerebro affecto eueniunt.*Commenta.2. *in li.de* Frac.*cap.23.*

Deliria cerebri læſionem ſignificant.ibidem.

Deliria ex ſola orta caliditate, ſimilia ſunt ijs, quæ ex multa uini potione oriuntur. Commenta.*in* Aphoriſ. *53.lib.6.*

*Deliria, quæ ſeriò fiunt, à flaua naſcuntur bile: qua exuſta, magíſque melancholica effecta, ferina deliramenta accidunt.*Com.*in* Aphor. *53.lib.6.*

Deliria oriri à flaua bile in cerebro redundante. Commenta.1. *in libr.3.* Epidem. *cap.5.*

Deliria inducit flaua bilis perfluens uaſa cerebri, & membranarum illius. Commenta.2.*in libr.1.* Epidem. *cap.73.*

Delos eſt regio temperata. Commen.3.*in* Prognoſtica, *cap.40.*

Deltoides muſculus tegit iuncturam humeri. Commenta.1. *in libr.de* Artic. *capi.14.*

Denſata conuenit dilatare. Commen.2.*in lib.6.*Epid. *cap.1.*

Denſitas ſemper comitatur uteros ualde ſiccos. Com. in Apho.62.lib.5.
Dentes plus affligūt gingiuas infantium,quàm ſtimuli.Cō. in Aph.25.lib.3.
Dentes inferiores ſupernis ſunt numero & magnitudine pares.Commen.2.in lib. de Artic.cap.2.
Dentes ſibi è directo reſpondent, nimirum ſectores ſectoribus, canini caninis, & molares molaribus. Com.2. in lib.de Artic.cap.16.
Denſium fremitus propter uitiatam motionem oritur. Com. 4. in lib.de Rat.uict. in morb.ac.ca.26.
Dentes emotos, auro colligandos eſſe monet Hippocrates, lib.de Artic.parte ſecunda, cap.22.
Deos putauit Galenus eſſe tū Solem,tum Lunam.Com.3. in lib.3.Epid.cap.74.
Deos omnes non habere humanam ſpeciem.ibidem.
Deploratos curandos nō eſſe, ſed morbi exitum prædicendum.Com.in Aph.29.lib.2.
Deriuationem dici ab Hippocrate,quando humor aliquis egens euacuatione, non per commodam ferri regionem cœperit, non tamen ab ea procul admodum, neque in aduerſiſſimum locum feratur. Com.2. in lib.6. Epid. cap.7.
Deſipientia nulla ſecura eſt: minus uerò periculoſæ, quæ cū riſu fiunt:ſicuti temerariis omniū periculoſiſſimæ: in medio ambarū ſunt, quæ fiūt ſeriò.Cō.i Aph.53.li.6.
Deſipientia hectica fit, ubi flaua bilis adeò tingit atq; inficit cerebrum, ut uix elui poſſit.Commen.2.in Pror. cap.33.
Deſipientiam conſuetam gignit bilioſus ſanguis, ſi cerebrum petat.Commen.3. in Prorrh.cap.31.
Deſipientiam præcedit uigilia.Com.1.in Prorrh.cap.8.
Deſipientia, comateq; ad finē uſque ſimul perſeuerantibus, affectionem ipſam eſſe miſtā ex lethargo,& phrenitide.Com.1.in Prorr.ca.1.

Deſipiētiæ, quæ in calidis fiūt febribus, non ſunt feroces. Com. 1. in Prorrh. cap. 25.

Deſipientiæ ſequuntur acres excandeſcentias, & bilem amaram in ſtomacho, uel cerebro, conſiſtentem. Com. 2. in lib. de Rat. uic. in mor. acu. cap. 44.

Deſipiētiæ prælanguentium, quæ ex ſapientis ſedis affectione oriuntur, ſunt peßimæ. Com. 1. in Prorrh. ca. 8.

Deſipientiæ temporariæ poſſunt oriri, uel ex carbonum caliditate, uel ex uini potione, uel domo calcis retinente qualitatem. ibidem.

Deſipientiæ ferinæ ſunt illæ, in quibus ægri calcitrant, pedibus feriunt, mordicus impetunt, & excandeſcunt, eos qui ingrediuntur, ceu hoſtes exiſtimantes. Com. 1. in Prorrh. cap. 25.

Deſipientias illas, quæ non ſunt ualde feroces, & deinde deſinunt, ſuſpectas haberi ait Hippocrates, ipſisq; tanquam non redituris haud fidendum eſſe. ibidem.

Deſipuiſſe omnes ægros, quibus magna ſimul & rara ſpiratio fuiſſet. Com. 1. in Prorr. cap. 4.

Deſtillationes uocantur propriè, quæ ex capite per aſperam arteriam ad pulmonem defluunt. Com. in Apho. 12. lib. 3.

Deſtillationes quæ à capite in pulmonem defluunt, pro malignis habendæ ſunt, quando id quod deſtillat, tenue fuerit, uſque erodendi præditum. Hæ ſiquidem neque in pulmone eouſque ſinendæ ſunt, donec per coctionem fuerint craßiores redditæ, quòd priùs quàm coquantur, uiſcus ipſum exulcerēt: neque etiam expellendæ ſtatim, quòd tuſſes uehementes excitent, à quibus rurſus repletur caput, periculumq; eſt, ne aliquod uas rumpatur. Com. 3. in lib. .. Epid. cap. 18.

Deſudatio omnis demonſtrat uel copiam in ſudantibus partibus, uel facultatis retentricis imbecillitatē. Com. 3. in

3.in Prorrh.cap.33.

Detergeri nullus æger cum lauatur poſtulat. Commen.3. in lib.de Rat.uict.in morb. acu.cap.45.

Detractionis uocabulum, de ſolidis præcipuè dicitur: atque interdum de humidis. Com.3.in lib.6.Epid.ca.2.

Detractione indigentes, cibis uti debent, qui haudquaquã plurimùm nutriant. Com.3. in lib.6.Epid.cap.2.

Diæta, id eſt uictus ratio, dicitur is curationis ductus, qui per conſuetã materiam efficitur. Com.1.in lib.de Rat. uic.in mor.ac.cap.6.

Diætemata ſumi interdũ pro ſolo cibo & potu: interdum pro uniuerſis uitæ inſtitutis. Com.11.in lib.de Nat.hum. cap.2.

Diætetices partem præcipuã eſſe, noſſe particulare cibi porrigendi tempus. Com.4. in lib.de Rat.uic.in mor.ac. cap.114.

Diacalaminthes medicamen, tardantes menſium purgationes promouet. Commen. in Apho.36.lib.5.

Diagnoſtica medicinæ pars, quam recentiores Semioticam uocant, ab ijs qui rectè mederi uolunt, ante curationem eſt exercenda. Com.1. in lib.de Offi.cap.1.

Diagnoſtices medicinæ partis ſcopus eſt, poſſe diſcernere ea, quæ in ægrotãtium corpore exiſtunt, quatenus ſunt illis ſimilia, quæ reperiuntur in ſanis.ibidem.

Dianæ, & Palladis ſacerdotes, à Venere perpetuò abſtinebant. Commen.1.in lib.3. Epid.cap.4.

Diaphragmatis neruoſæ partis uulnus non coaleſcere. Com.in Apho.18.lib.6.

Diaphragma intendi interim in pleuritide, ob inflammationem coſtas ſuccingentis membranæ: interim ob nervorum originem, ad ſe neruos, qui ad ſeptum tranſuerſum pertinent, attrahentem: interim ob ſuam ipſius inflammationem. Comm.2. in lib.3.Epid.cap.1.

Diariam febrem eſſe, quæ à cauſis

cauſis manifeſtis incepit, ſi ægrotantis corpus non ſit morbo opportunum. Com.3. *in lib.*1.Epid.*cap.*19.

Diarias *febres dici ab* Hippo*crate, quæcunque ſui ratione, die una durant.* Com. *in* Aph.45.*lib.*4.

Diarrhœa *diutina, proprius affectus eſt uentriculi imbecillioris, ex humiditate.* Com. *in* Apho.32.*lib.*6.

Diarrhœa *peculiare ſymptoma eſt hydropis, ex inani uentris parte affligentis: ubi inteſtinum ieiunum, uel meſenterium inflammatione laborat.* Com.2. *in* Prognoſti. *cap.*2.

Diarrhœam *interdum oriri, ob facultatis retentricis imbecillitatem. ibidem.*

Diducta *labra reducenda eſſe, quouſque ſe tangant, nec procedendum ulterius.* Com. 2.*in lib.de* Offi.*cap.*30.

Dies *impares in acutis morbis ſunt tertius, quintus, ſeptimus, nonus, undecimus, decimusquartus, & decimuſſeptimus.* Com.4.*in lib. de* Rat.*uic.in mor.ac.c.*56.

Diebus *integris nec annum, nec menſem, numerari poſſe.* Com.3.*in* Progn. *cap.*4.

Dies *impares multa pollere uirtute in acutis morbis, quòd inſignes in utranque tum ſalutem, tum mortem, incitationes efficiant.* Com. 4.*in lib.de* Ration. *uict. in morb.ac.cap.*56.

Differentiarum *multitudinē parit miſturæ inæqualitas.* Galenus contra Lycum.

Differentias *uocari à ueteribus, ea quæ ex generalium rerum partitione oriuntur.* Commen.1.*in lib. de* Offici. *cap.*8.

Difflari *minùs cæteris glabros, & qui cute ſunt candida, & qui capillis rectis, & qui nigris ſunt præditi: præterea oculos nigros habentes, otioſosq; & mulieres.* Com.2. *in lib.*1.Epid. *cap.*78.

Difflari *plurimùm quæ molliora ſunt corpora: minùs uerò quæ minùs mollia exiſtant.* Commen.5.*in lib.*6. Epid.

Epid.cap.6.

Diſflari animalium corpora per inſenſilem tranſpiratio nem.Com.in Apho.15.lib.1.

Diſflari facilè nullum corpus frigidum. Com.6.in lib.6. Epid.cap.4.

Diſflari,inquire,Digeri.

Diſflatio excrementorum tan tò erit inſenſilior, quantò calidum innatum fortius extiterit. Commen, in Aph. 15.lib.1.

Diſflatio eſt communis non modò animatis omnibus, uerùm etiam rebus inanimis. Commen.5.in lib. 6. Epid. cap,6.

Diſflatione prohibita, qui calido quidem aduentitio, ac præter naturam redundant, facilè corripiuntur febribus: non facilè autem, qui innato.Com.4.in lib. 6. Epid. cap.25.

Digeri quàm maximè, calida, & humida corpora: ſecundo uerò loco, calida, uel ſi minimè exiſtant humida. Com.6.in lib.6.Epid.ca.4.

Digeri,inquire,Diſflari.

Digeruntur promptißimè inhalitus caliditas, & humiditas: ut ægerrimè, frigiditas, atque ſiccitas. Galenus contra Lycum.

Digeſtionem humorum prohibent frigidæ cauſæ conſtipantes cutem. Com.2. in lib.1.Epid.cap.7.

Digitus unuſquiſque oßibus ternis conſtat.Com.2.in lib. de Fract.cap.8.

Digiti,quanquam refrigeſcẽtes magna ex parte in morbis diutinis,per omnes tamẽ hecticas febres calidi permanent,ac magis circa partes internas.Com.2.in Prognoſtica,cap.60.

Digiti inflectuntur interno tendine affecto:extendũtur, externo.Com.1.in Progno. cap.7.

Digitorum pleraque opera abſolui, indice ad pollicem iuncto.Commen.1. in lib. de Offi.cap.20.

Digitorum pedis oſſa exiſtunt 14. Siquidem duo tantùm poßidet magnus. Commen. 2.in lib.de Fract.cap.8.

Digi

Digitorum ſummitatibus utimur ad corpuſcula exilia comprehendenda. Com.1.in lib.de Offi.cap.20.

Digitos inter ſe diſtare quàm plurimùm, dum magnũ aliquod corpus in orbem comprehendunt.ibidem.

Digitis, ut manuum quidem partibus, utimur in magnorum corporum apprehẽſionibus: ut digitis autem, dum pungimus, ſuimúsue, aut unguem oculi excidimus. ibid.

Dilatata plus quàm naturæ conueniat, denſanda ſunt. Com.2. in lib.6.Epid.ca.1.

Diſcordia eſt argumentum ignorantiæ rerum.Gal.contra Iulianum.

Diſcordia qualemcunque exercitationem ineuntiũ, meritò ſuſpicionem ignorantiæ indicat.Com.1.in li.de Rat. uict.in morb.ac.cap.15.

Diſcrimen genus eſt uinculi, capitis affectibus accommodatum.li. de Faſcijs.cap.11.

Diſcuti difficulter, quæ conſtant craſſo & lento humore.Commen.1.in lib.1.Epid. cap.10.

Diſcutientia, & repellentia ualenter, dolorem excitant. Com.2.in lib.de Frac.c.72.

Diſpoſitionem quamlibet, lædentem operationes, eſſe morbũ.Cõ.in Apho.22.li.2.

Diſpoſitiones uariæ ſemper diuturnæ ſunt. Cõ. in Aph. 40.lib.4.

Diſtenſio, inquire, Tetanus.

Diſtinguenda eſſe, quæ propter aliquam externã fiunt cauſam, ab ijs quæ morbi ratione eueniunt. Commen.1. in Prorr.cap.1.

Diſtributio chyli ad hepar fit partior, dum plus cibi aſſumimus, quàm illud poſtulet.Com.in Aph.20.lib.2.

Diuites interdiu dormiunt, & noctu uigilant, uiuuntq; præter naturam. Com.2. in Progno.cap.11.

Diuortium olim etiam apud Gentiles fiebat, ob utriuſq; coniugatorum ſterilitatem. Com.in Apho.59.lib.5.

Diureticis eſſe utendum, ſi humores in renes contendant. Com.2.in li.1. Epid.c.44.

Diutini

Diutini morbi ſunt hydrops, atra bilis,ſuppuratio,& tabes.Com.in Aph.12.lib.1.
Diuturni morbi raro per ſudores iudicantur. Com. in Apho.36.lib.4.
Diuturni morbi per abſceſſum aſſolent iudicari. Com. 2.in Progno.cap.65.
Diuturni morbi non per ſudores, neque per excretiones, ſed uel per concoctionem,uel per abſceſſus, iudicari ſolent. Com. in Apho. 36.lib.4.
Diuturni morbi ſæpe iudicantur per abſceſſus. Commen. 4.in lib.6.Epid.cap.1.
Diuulſio eſt ſolutio continui. Com.3.in lib.de Frac.c.34.
Diuulſos fuiſſe quandoque muſculos, ob intentionem immodicam. Com.1. in lib. de Fract.ca.1.
Doceri nonnulla non poſſe, niſi conſpiciantur. Com.3. in lib.de Fract.cap.39.
Doctrina plenior, & fuſior, non breuis, & compendioſa, abſolutos reddit artifices:quāquam & hæc etiam eſt utilis,quæ paucis rem uniuerſam complectitur. Com. 3.in lib.de Offi.cap.17.
Doctrina ab uniuerſalibus recipit commoditatem. Cō. 4.in lib.de Rat.uic.in mor. ac.cap.67.
Dolentes parte aliqua corporis,ac magna ex parte dolorem non percipientes, mente laborant.Com.2.in Pror. cap.21.
Dolentes partes ſemper ad ſe ipſas mouent fluxiones.Cō. in Aph.23.lib.5.
Dolentes multæ partes ſanantur per medicamenta anodyna. Com. 2. in lib. 6. Epid.cap.9.
Dolentia membra ſunt inflammationi obnoxia. Com. 2.in lib.de Fract.cap.33.
Dolentibus partibus inflammationes adueniunt, natura excernere cauſam doloris properante: ut uerò hoc faciat, ſanguine, ac ſpiritu, affectum locum replente. Com.in Apho.53.lib.5.
Dolentes partes nec fouendas,nec leniendas eſſe ante euacua

euacuationem corporis, ſi plenitudo ſubſit. Com.3. in lib.3.Epid.cap.76.
Dolentes *partes eſſe fouendas medicamentis, fomentisq; humidæ & calidæ facultatis, ſi in corpore affluentia humorum non adſit.ibid.*
Dolor *omnis exoluit uires, ob idq; extremas partes refrigerat.Com.3.in lib.de* Rat. *uic.in morb.ac.cap.33.*
Dolor *aut à ſolutione continui, aut ab intemperie trahit ortum. Com.3.in lib. de* Fract.*cap.34.*
Dolor *affligit, interdum quidem, muſculis agentibus inflammatis: interdum uerò, quia partes proximæ iis organis afficiuntur. Com.2. in* Prognoſtica,*ca.71.*
Dolor *fit in corporibus ſenſibilibus, cùm ea ipſa in id quod præter naturam eſt, ſubitò ſimulq; tranſmutantur. Cõmen.2.in lib.de* Rat. *uic.in morb.acu.cap.1.*
Dolor *ſi remediis non cedat, quàm celerrimè uacuandus eſt æger. Com. 3. in lib. 3.* Epid.*cap.76.*
Dolor *ex compreßione, uel colliſione excitatus, ſi diu perſeueret, inflammationẽ parit.Com.1.in lib.de* Frac. *cap.24.*
Dolor *non eſt doloris curatio, ſed remedium id, quod unà cum dolore, affectum gignentem dolorem, tollit. Com.2.in lib.6.*Epid.*ca.9.*
Dolor *fluxionem in partem affectam concitat. Com.2.in lib.de* Fract.*cap.72.*
Dolor *exoluit uires. Com.1. in* Prognoſt.*cap.34.*
Dolor *inflammationes excitat.Com.3.in lib. de* Fract. *cap.21.*
Dolor *ad ulcerum genus refertur.Com.3.in lib.de* Frac. *cap.34.*
Dolor *gignit ſpirationem crebram, & paruam.Com.1.in* Progno.*cap.24.*
Dolor *neruoſarum partium excitat conuulſionem. Com. 4.in lib.de* Artic.*cap.20.*
Dolor *pulſatilis, inquire,* Pulſatilis *dolor.*
Dolor *nullum adfert præſidiũ dolen*

dolentibus, quantum ad ipſum pertinet. Com.2.*in lib.* 6.Epid.*cap.*9.

Dolor *fluxione decumbente perficitur.* Com.*in* Aph.32. *lib.*4.

Dolor *fit extenta ſimul, & calfacta, inflammata particula.* Commen.*in* Aph.47. *lib.*2.

Doloris *expers eſt, quod eſt ſecundum naturam.* Commenta.2. *in lib.de* Officin. *cap.*27.

Doloris *cuiuſque eſt commune, cohibere actiones, circa quas obeundas uerſatur.* Commen.2.*in* Prognoſtica, *cap.*71.

Dolorem *quidem auget humor bilioſus, & acris: ut ſpiritus flatulentus concluſus: exoluit autem pituitoſus.* Commenta.*in* Aphor.5. *lib.*6.

Dolorem *efficientes cauſæ, ſunt tenſio corporum, & intemperies.* Com.1.*in lib.*1. Epidem.*cap.*10.

Dolorem *remoueri, dum ſenſum ſtupefacimus.* Commen*tario.*6.*in libr.*6. Epidem. *cap.*5.

Dolorem *augeri in pleuritide, quum uel ſanguis non minuitur, uel ſpiritus uaporoſus ex calore gignitur.* Commentario 2.*in libr. de* Rat.*uict. in morb.acut. cap.*1.

Dolores *duo nunquam poterunt unum, eundémque exquiſitè infeſtare locum.* Commenta.*in* Aphoriſmum 46. *lib.*2.

Dolores *ſuppurata inflammatione, ac præcipuè eiecto pure, ſedantur: ut pote iam conſumpta materia, extinctáq; ignea caliditate.* Commenta. *in* Aphor. 47. *lib.*2.

Dolores *ægro ſæpe adimunt pulſum, animiq; deliquium conciliant.* Commenta.2. *in lib.de* Rat.*uict.in morb.ac. cap.*48.

Dolores *quidam maligni fiunt, aut à deleterijs medicamentis, aut à feris uirus eiaculantibus, aut ab exitioſis humoribus in cor-*

pore genitis, ex prauo uictu, uel ex peſtilenti aëre contractis. Commenta. 6. in libr. 6. Epidemion, capite quinto.

Dolores contrahunt uires ad ſeipſas, ſuntq; in cauſa ut partes ad ſuam originem conuellantur. Commentario ſecundo in Prognoſtica, capi. 10.

Dolorum motio, fluxionem humiditatum excitat, uerſus dolentem particulam. Commentario 4. in libr. de Rat. uict. in morb. acut. capi. 27.

Dolorum ſimul in diuerſis locis excitatorum, ſemper qui uehementior eſt, obſcurat alterum. Commentario quarto in libr. 6. Epidem. cap. 3.

Doloribus capitis, mediarumq; corporis partium, opitulatur olei perfuſio: & aquæ præterea fotus, membris extremis aſperſæ. Commentario ſexto in librum ſextum Epidemion, cap. 8.

Dolores ortos ab obſtructione, ſoluit uinum. ibidem.

Dolorificas affectiones repentè occultari, abſque hoc quòd in alia quadam, quæ manifeſta ſit, parte, abſceſſus fiat, tranſmigrationem contriſtantium ſuccorum ad uiſcera ipſa factam, oſtendit. Commentario tertio in Prorrhetica, capite ſeptuageſimooctauo.

Dolorifici affectus omnes, non eiſdem medicamentis indigent. Commentario ſexto in libr. 6. Epidemion, capi. 5.

Dormiens externis partibus frigidior eſt: internis calidior. Commentario quinto in librum ſextum Epidem. cap. 30.

Dormientibus ſanguis, natiuuſque calor, intrò ſeſe conuertunt. Commentario quinto in librum ſextum

Epid

Epidemion, capite trigeſimoſecundo.

Dormientibus, quàm uigilantibus, maior inſpiratio adeſt, concoctióque melior. Commentario quarto in librum ſextum Epidemion, cap. 14.

Dormiētibus penitiores corporis partes calidiores reddi: ut frigidiores externas. Commentario quarto in librum ſextum Epidemion, capite decimoquarto, & decimoſexto.

Dormientibus in acceßionum principijs, portēduntur ſymptomata, & uix febres ad conſiſtentiam perueniunt. Commentario in Aphoriſm. 1. lib. 2.

Dormientibus in acceßionum principijs, læſiones accidunt, non quòd eas conciliet ſomnus, ſed quòd orbentur illa, quæ ex uigilia habetur, utilitate. ibidem.

Dormientes eſſe intrinſecus calidiores. ibidem.

Dormiet firmiùs, atque profundiùs æger, ſi eatenus uigilare cogatur, quatenus non amplius conſiſtere, niſi nictans, poßit. Commentario quarto in librum ſextum Epidemion, capite decimoſeptimo.

Dorſi partes ſunt paratiores ad ſuſcipiendam, & percipiendam, frigiditatem. Commentario in Aphoriſmum, ſexageſimononū, libri quinti.

Dropax, qui receperit aliquid bituminis, & ſulphuris ignem non experti, & pyrethri, calfacit, reficitq; extenuatas ſimul & refrigeratas particulas. Commentario tertio in librum de Officina, capite trigeſimoſecundo.

Dulcia expetuntur, celeriterque rapiuntur à uiſceribus: atque ab ijſdem quidem rectè ualentibus, conuertuntur in alimoniam: ut in

bilem, dum febriunt, aut inflammatione affliƈtantur. Commentario 3. in libr. de Rat. uiƈt. in morb. acut. capi. 11.

Dulcia ſola ſunt iucunda uentriculo, ſecundum naturam ſe habenti. Commenta. 3. in lib. de Rat. uiƈt. in mor. ac. cap. 11.

Dulcia ſi plus æquò incaleſcant, bili ſunt generandæ maximè idonea. Com. 5. in lib. 6. Epid. c. 14.

Dulcem ſuccum acri maximè potentia aduerſari. Commen. 3. in lib. de Rat. uiƈt. in morb. ac. c. 3.

Dulcibus obleƈtantur uiſcera. Commentario tertio in libr. de Rat. uiƈt. in morb. acut. cap. 11.

Duodecimus dies non eſt decretorius. Com. 3. in Progn. cap. 31.

Durities cutis frigori fert ſuppetias, ne uiſcidi, & craßi ſucci facilè digerantur: atque ut illi deinde ſub ea contraƈti, duros ſcirrhoſosq; gignant tumores. Commenta. 3. in lib. 6. Epid. cap. 14.

Durum renititur. Commentario 1. in libr. 6. Epidem. cap. 29.

Duro aduerſatur molle. ibidem.

Dura indureſcunt exiccata præ frigore, uel ex ſcirrho, uel ex ſiccitate. ibidem.

Dura corpora faciliùs exaſperari quàm mollia. Commentario 3. in libr. 6. Epid. cap. 14.

Durantur corpora, à cauſis duabus: altera nempe refrigerante, atque exiccante altera. Commen. 5. in lib. 6. Epid. cap. 27.

Dyſenteria magna ex parte oritur à flaua bile: ab ea nimirum inteſtinis ipſis exeſis. Commenta. in Apho. 24. lib. 4.

Dyſenteria orta ab atra bile, quum nihil à cancro ulcerato differat, inſanabilis eſt. ibidem.

Dyſen

Dyſenteriæ hepaticæ, quæ ob uiſceris imbecillitatem contingit, uictus tenuiſsimus conuenit. Commen. 4. *in lib. de* Arti. c. 41.

Dyſenteriæ ſi unà cum inappetentia febris ſuperueniat, putredo aliqua circa ulcera, uel effatu digna inflammatio, adeſſe ſignificatur. Commenta. *in* Aphor. 3. *lib.* 6.

Dyſenteriam interdum fieri ſuppuratis tuberculis, eorúmque humore ad inteſtina confluente. Commentario 3. *in libr. de* Artic. *capi.* 5.

Dyſenteriam eſſe duplicem: unam, quæ in ulcere inteſtinorum conſiſtit: alteram, quæ fit, ubi copioſus ſanguis per uenas pertinentes ad inteſtina, uacuatur. Commenta. 3. *in libr.* 3. Epid. *cap.* 70.

Dyſenteriam ſumi communiter pro inteſtinorum ulcere: nonnunquam etiam pro cruenta deiectione per aluum: ut quando præ imbecillitate iecinoris, ſanguis deijcitur. Commenta. *quarto in libr. de* Articu. *capite* 40.

Dyſenteria incipiente, pinguia excernuntur: procedente, ramenta: abſoluta autem reddita, quædam caruncula: quo tempore curationem non recipit. Commentario *in* Aphoriſm. 26. *lib.* 4.

Dyſenteria infeſtante, habendam eſſe rationem iecinoris. Commenta. *quarto in lib. de* Arti. *cap. quadrageſimo.*

Dyſenteria corripi eos, qui uehementem ſanguinis eruptionem ſunt paſsi: ibidem.

Dyſenteriæ fiunt ab humoribus acribus: ſunt autem inteſtinorum ulcerationes, primùm quidem ſuperficie tenus abraſorum, proceſſu uerò temporis, profundiora habentium ulcera, omninóque putrilaginoſa: quo ma-

ximè tempore condoleſcens ipſis uentriculus, circa coctiones offenditur: qua læſione magis adſuperna tendente, compatiente ore uentriculi, faſtidium ciborum gignitur. Commentario in Aphoriſm.3.lib.6.

Dyſpnœam inferunt pleuritis, peripneumonia, ac reliquæ thoracis, & pulmonis paßiones. Commenta.in Aph.50.lib.4.

Dyſuria dici poteſt & quæ cum dolore mictio fit, & quæ cum difficultate aliqua. Commenta. in Aphor. 48. lib.7.

Dyſuriæ, ſi quidem cum dolore adſit, inflammatio, & abſceſſus, & ulcus, & inæqualis intemperatura, & ſpiritus flatulentus, poteſt in cauſa exiſtere: ſi uerò cum aliquo motu difficili, uel potentiæ imbecillitas, uel tumor præter naturam. Commenta.in Aphoriſ.48. lib.7.

Dyſuriam ortam ab inflammatione, plenitudineq́;, uenæ ſectio ſoluit. Commen.in Aph.36.lib.6.

E

Ebrius repentè obmuteſcens, moritur. Commen.3.in Prorrh.c.29.

Ebrij quandoq; balbutiunt, quòd multa humiditate perfundatur, ab eaq; opprimatur cerebrum. Com.in Aph.32.lib.6.

Ecchymoma, hoc eſt ſuggillatio, fit, ubi per contuſiones carnis, ſanguis ad regionem ſubcutaneam effunditur. Commen.3.in libr.de Offic.c.30.

Ecchymoſis dum fit, ſanguis effunditur in ſpatia uaſi circumiacentia. Commen.in Aph.20.lib.6.

Ἐκχυμώσεις *appellari ab* Hippocrate *effuſiones, euacuationesq́; factas à uaſis.* Commenta.2.in lib.6.Epid. cap.7.

Eclegma optimum ad thoracis pulmonisq́; expuitiones, fit

fit ex ſtrobilo reſinoſo, & praſij recentis decocto, inſpiſſato ad ignem cum modica mellis portione. Com. 4. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 70.

E*ffluere plurimum ſubſtantiæ corporis in calidioribus conſtitutionibus: parum autem, in frigidis, ob cutem denſatam. Commenta. 4. in lib. 6. Epid. cap. 21.*

E*ffluxionem moliendam eſſe puri in ſectionibus. Com. 1. in lib. de Off. c. 19.*

E*ffluxus fit particulis corporis extenuatis, atque in uapores ſolutis: idq; duplici ex cauſa: nempe ab aëre ambiente, & calore natiuo. Commenta. in Aphoriſ. 59. lib. 7.*

E*ffluxus debet eſſe ſimilis ſemper effluenti ſubſtantiæ. Commenta. in Aph. 54. lib. 1.*

E*ffluxum maiorem neceſſariò fieri, ex aëria & aquoſa ſubſtantia, quàm ex terreſtri. ibidem.*

E*laterium eſt ſuccus ſylueſtris cucumeris. Comm. 5. in lib. 6. Epid. c. 35.*

E*legantia in actionibus, ſpectantibus uoluptatem conciliat, augetq; Medici apud uulgus famam. Commentario ſecundo in lib. de Offic. cap. 1.*

E*lementum corporis ſi unum eſſet, non doleret quiſpiam: & ſi doleret, unico illi eſſet opus remedio. Commentario 1. in libr. de Nat. huma. cap. 1.*

E*lementum exquiſitum mente potius ex●gitari poſſe, quàm exiſtere. Commentario 1. in libr. de Nat. huma. cap. 46.*

E*lementa, ex quibus omnium corpora conflātur, ſunt quatuor. Commen. in Apho. 14. lib. 1.*

E*lementa ſecundum qualitates ſimplices, impermiſtasq; quas ſummas poßident, ſuam appellationem ſortiuntur. Commenta. 1. in lib. de Nat. hum. c. 13.*

Elementa naturæ humanæ non ſunt ſimulares particulæ, ſed aqua, aër, ignis, & terra. Commentario 1. *in lib.de* Nat.*hum.cap.*14. & 15.

Elementa rerum omnium communia, ut reuera prima, & ſimplicia ſunt, ita & propriè elementa uocantur. Commentario primo *in libr. de* Nat. *huma. cap.*51.

Elementa non ſunt extremorum media, ſed ipſa extrema. ibidem.

Elementa miſceri inter ſe, tum uiribus, tum ſubſtantijs, exiſtimaſſe Hippocratem, *Galenus confirmat.* Commenta.1.*in lib.de* Nat. *hum.cap.*19.

Elementa corporum dici naturalis ſcientiæ principia, quòd ſigillatim amplius in plures ſpecies ſecari nequeant. Gal.*in Præfatione* Commenta.*in lib.* Hippoc. *de* Nat.*hum.*

Elementa uniuerſitatis ex ſe mutuò nutriri. Cō.1. *in lib. de* Nat.*hum.cap.*46.

Elementorum commoderatio ſanitatem gignit.ibidem.

*Elleborus conuulſionem inducit, propter operationis uehementiam.*Com. *in* Aph. 16.*lib.*4.

Elleborus albus ſimpliciter dicitur elleborus:niger, cum adiectione. Com.*in* Aph.1. *lib.*5.

*Elleborus omnium pharmacorum purgantium uehementiſsimum eſt.*Com.5. *in li.*6. Epid.*cap.*29.

Elleborus, inquire, Veratrū.

Elleboro utentes, operæpretium eſt, ut nec multò antè, nec etiam multò poſt medicamen ſumptum, lauentur. Com.5.*in lib.*6.Epid.*c.*29.

Elephantiaſim incipientem ſanauit Galenus,*primò quidem, per uenæ ſectionem, & purgationem: dein uerò, ſingulis annis propinans ægro pharmacū atram bilem expurgans.*Commen.*in* Apho. 47.*lib.*6.

Emor

Emortuæ partes non admodum in conſenſum uicinas attrahunt.Com.4.in lib.de Artic.cap.37.

Empirica obſeruatio eſt eorum, quæ ſæpius in eiſdem eodem modo contigerunt. Com.in Aph.17.lib.2.

Empirici ab ipſis appellatos concurſus, hoc eſt, conuentus ſymptomatum, diligenter obſeruant.Com.1.in lib. de Offi.cap.1.

Empiricorum ſyndromæ nullam diſciplinam largiuntur. Com.2. in lib. de Rat. uict. in morb.ac.cap.36.

Emplaſtica medicamenta obſtant,continent,occluduntq́; calorem inſitum,& ne diſfletur,prohibent: à quo deinde maturãtur excrementa.Commen.2.in lib.6.Epi. cap.30.

Emproſthotonos eſt ad anteriora conuulſio.Commen.in Apho.57.lib.4.

Enæma carent facultate abſtergendi. Com.3.in lib.de Fract.cap.3.

Enæma medicamenta exiccãt moderatè. Com.2. in lib.de Arti.cap.55.

Enæma medicamenta ſatis appoſitè dici,quæ cruentis medentur.Commen.3. in lib.de Fract.cap.3.

Enæma medicamenta uocari, quæ ſtatim cruentis uulneribus applicantur. Com.4.in lib.de Arti.cap.26.

Enæorema dicitur, quod in urina exquiſitè medium uidetur: uel deorſum potiùs, quàm ſurſum, declinat. Cõ. 2.in Progn.cap.26.

Enæorema ſua ratione nunquam denuntiat delirium: interdum tamen caſu commonſtrat, quòd flatuoſiorẽ diſpoſitionem indicet. Com. 3.in lib.3.Epid.cap.83.

Enæorema optimum eſt, tum album,tum læue,tum æquale.Com.2.in Prorrh.ca.1.

Enæoremata deferuntur ad imum uaſis, ſi flatus nullus ſubſit.Com.3.in lib.3.Epid. cap.83.

Enæoremata in ſummo conſiſtentia urinæ, comitatur delirium.ibidem.

Endemius morbus, eſt commune genus permultis alijs: quod accidit etiam ſecundũ regionem. Com.1. in lib. de Rat.uic.in morb.ac. cap.9.

Ευλιαβετος λόγος, inquire Ratio cum, &c.

Ενεους uocari à Græcis eos, qui ab ipſo ortu ſurdi ſunt, atque indiſtinctè loquuntur. Com.2.in lib.de Offi.cap.9.

Ephemeræ febres, licet citò finiantur, non ſunt tamen acuti morbi.Com. in Apho. 19.lib.2.

Epidemius morbus eſt, qui tẽpore anni aliquo, atque in regione aliqua, abundat, inſoleſcitq;: eſtq; genus ad peſtilentes, ſiue pernicioſos, & ad mitiores. Com. 1. in lib. de Rat.uic.in mor.ac. ca.9.

Epidemij morbi fiunt rariùs. ibidem.

Επιδέσμους uocat Hippocrates eas faſcias, quæ ſplenijs ſuperligantur.Com.3.in lib. de Offic.cap.6.

Επιγονατὶς, inquire Patella, & Genu.

Epilepſia fit, alijs partibus interdum malè affectis: plerunque tamen cerebrum eſt primario affectu laborans, nec alteri condoleſcens. Com.6.in lib.6. Epid.c.7.

Epilepſia fit interdum ob errores in pueris: ac tunc ſanè medicinalem curationẽ deſiderat. Nam quum ab humiditate ortum habet, ſtatim infantes arripit, deſinitq; in mutatione ætatis, uel nullo noſtro negotio. Cõ.1.in lib. 6.Epid.cap.4.

Epilepſia quæ non in prima, & infantili ætate, ſed in progreſſu inuaſit, ex prauo uictu, aut aliqua externa cauſa duxit originem: quare mutatione ætatis non expectata, morboſa ipſorum affectio curanda eſt.ibidem.

Epilepſia, in ætatis pueriles mutatione, niſi magnus aliquis in uictu error co: tigerit, ſoluitur.Com.5.in lib.6. Epid. cap.26.

Epilepſia eſt conuulſio uniuerſi corporis.Com.6.in lib. 6.Epid.cap.7.

Epilepſia magna ex parte

gignitur à deprauato uictu. Com.in Apho.45.lib.2.

Epilepſia fit ob uitioſum motum facultatis, quæ deſcendit ad neruos.ibidem.

Epilepſia plerunque oritur ex frigida temperatura cerebri,cui ſit annexa humiditas:nam rarò accidit, ut à cuiuſpiam alterius membri uitio prodeat.Com.1.in lib. 6.Epid.cap.4.

Epilepſia pubeſcentibus curatur ob temperaturam totius corporis in ſicciorem, & calidiorem mutatam. Com.1.in lib.6.Epid.ca.4.

Epilepſiæ cauſa eſt craſſus, & frigidus humor, collectus in uentriculis cerebri, compræhendensq́; neruorũ origines, atq; imprimis initium ſpinalis medullæ.Com. 6.in lib.6.Epid.cap.7.

Epilepſiæ conducit uictus ratio calida,& ſicca. Com. in Apho.45.lib.2.

Epilepſiam eſſe morbum acutum,abſque febre. Com. in Apho.30.lib.5.

Epilepſiam, ſiue morbum comitialem,uocari ab Hippocrate morbũ puerilem,quòd plurimùm ætatem illam inuadat,ætatisq́; mutatione ſanetur.Commen.in Aph.29. lib.3.

Epilepſiam, quæ ante pubertatem fit, ceſſare ob ætatis commutationem: quæ uerò ultra x x v. annum proceſſit,commori.Com.in Apho. 7.lib.5.

Epilepſiam gignentes humores,ſunt craſſi, frigidi, & pituitoſi.ibidem.

Epilepſiam fuiſſe à ueteribus infantilem morbum uocatũ, quòd ſæpe in puerili ætate proueniat:Herculeum etiã, ob eius uehementiam,& magnitudinem:non quòd Hercules illi fuerit obnoxius: necnon ſacrum morbum, quòd ſacram animi ſedem inuadat. Com. 6. in lib. 6. Epid.cap.7.

Epilepſiã oriri à pituita. Cõ. in Aph.16.lib.3.

Epilepſiam gignentes ſucci ceſſant & ob ætatem ad ſicciorem naturam conuerſam,

& ob

& ob exercitationem, & uictum exiccãtem: adiunctis ad hæc medicamentis idoneis. Com.in Apho.7.lib.5.

Epilepſiam uocabant ueteres infantilem morbum, quòd eſſet familiaris infantibus. Com.5.in lib.6. Epid.c.26.

Epilepſiã gignit humor craſſus, & frigidus. Commen.in Aph.45.lib.2.

Epilepſia non corripi, qui prius quartana febre correptus fuerit. Commen. 6. in lib.6.Epid.ca.7.

Epilepſia ſi quis ſit laboraturus, neceſſum eſt illi eſſe imbecillius cerebrum. Com. in Apho.28.lib.6.

Epilepſiæ accedunt quibuſdã adoleſcentibus propter uictus errorem, & quia humi cubant, & Soli *ſe exponunt, & imbribus.* Com. in Aph. 29.lib.3.

Epilepſias à teneris annis cõtractas, plerunque ceſſare, cùm puerilis ætas in pubertatem tranſit: niſi quiſpiam ex prauo uictu ſit ſibi ipſi in cauſa, cur morbus prætereа permaneat. Com.1. in lib.6.Epid.ca.4.

Epilepſias fuiſſe à diuturna quartana diſcuſſas. Com.3. in lib.1.Epid.ca.4.

Epilepticum humorem diſcutiunt diuturniores febres, & præ omnibus quartanæ, quæ longiſsimæ ſunt, quæq; cum rigore ſuas acceſsiones ſortiuntur. Com.6.in lib.6. Epid.ca.7.

Epilepticis maximè opitulatur adoleſcentium ætas, exiſtens calida, & ſicca: ſic & locorum proportionales mutationes. Com.in Apho.45. lib.2.

Epilogiſmus eſt communis ratio, aſſenſu omnium conſpecta. Com.1.in Progn.ca.6.

Επωμὶς *dicitur ſuperior humeri pars, uerſus collum ſe extendens.* Com.1. in lib.de Artic.ca.4.

Equus eſt oculorum naturalis affectus, quum nullo tempore manere poſsint requieti, ſed tremulo quodam ſemper motu agitantur. Com.1. in Progn.ca.21.

Equus oculorum morbus eſt, quum uariè, inconſtantiſſimeq; mouentur. Com. 2. in Prorrh.ca.11.

Equos Achillis humana uoce loquutos fuiſſe. Com. 3. in lib.3.Epid.ca.74.

Eraſiſtratus uoluit febres omnes ab inflãmatione ducere originem. Com. 2. in lib. de Nat.hum.ca.16.

Eraſiſtratus ex pulſu deprehendit adoleſcẽtis amorem. Com.1.in Progn.cap.8.

Errantes febres, diuerſorum humorum exiſtunt ſoboles. Com.2. in lib.1.Epid.ca.22.

Erra[illegible] febres,particulares acceſſiones habent inordinatas: earum tamen iudicia ſignis quæ decretorijs accidunt diebus, præſciuntur. Com.3.in lib.1.Epid.ca.17.

Errantes acceſſiones, ab humorum diuerſitate excitantur. Com. 3.in lib.6. Epid. cap.23.

Errantes febres,non ex ſucco uno, ſed pluribus,generantur:quorum calidior,febrem acutam ſuccendit,conſeſtimq; diſcutitur:quæ dum corpus tenet, contingit frigidioribus corrumpi & putreſcere,& ita rurſus accendi ex remiſſione illa.Com.2. in lib.1.Epid.cap.24.

Erraticæ febres fiunt autumno, propter temperaturæ inæqualitatem.Cõ.in Apho. 22.lib.3.

Error cauendus eſt maximè, ubi maius periculum imminet.Com.2. in lib. de Offici. cap.6.

Eryſipelas oritur à flaua bile.Com.in Apho.2.lib.1.

Eryſipelas oritur à bilioſa fluxione, cæterum nec perniciosa ſemper,nec putri.Cõ. 3.in lib.3.Epid.ca.9.

Eryſipelas tumor eſt inflammatus,at nõ ſemper elatus. Com.3.in lib.de Offi. c. 30.

Eriſipelati maligno ſuperuenit putredo, ſuppuratióque. Com.in Aph.20.lib.7.

Eſcharæ excitatæ in uaſis profundentibus ſanguinem, ut citò cadant non expedit. Com.2.in lib.de Offi.ca.23.

Eſſentias naturarum corporum,

rum,conſiſtere in temperie quatuor elementorum.Com. 2.in lib.de Nat.*hum.ca.1.*

Euacuantur omnes humores æqualiter exquiſitiſſimeq́;, per uenæ ſectionem.Com.in Apho.17.lib.2.

Euacuatio immodica non minus periculoſa eſt,quàm repletio immoderata. Com. in Apho.3.lib.1.

Euacuatio ſanguinis conſueta quibus ſuppreſſa eſt, ij in morbos plethoricos incidēt. Com.3.in Prorrh. *cap. 39.*

Euacuatio omnium humorum ex æquo,proxima uenæ ſectioni,fit per ſcarificationem, & per exercitia, & frictiones & balnea, & ex accidenti,per inediam.Com. in Apho.*17.lib.2.*

*Euacuationis uocabulum de ſolis humidis dicitur.Com.3. in lib.6.*Epid.*cap.2.*

Euacuationis ſcopus unus, eſt humor ſuperabundans. Cō. in Apho.*2. lib.4.*

Euacuationis ſecundus ſcopus,eſt ipſa tolerantiæ facilitas.ibidem.

Euacuationis quantitas metienda eſt ſecundum redundantem humorem, & uires uacuandi corporis. Com. *in* Apho.*3.lib.1.*

Euacuationem ſimul atque confertim factam,in hydropicis & purulentis eſſe periculoſam. Com. *in* Apho. *27.lib.6.*

Euacuationes moliendas eſſe, ſecundum humorum infeſtantium motiones. Com. *in* Apho.*18.& 20.lib.4.*

Euacuationes faciendas eſſe, ſecundum inclinationem humorum,hoc eſt,per conferentia loca.Com. in Apho. *22. lib.6.*

Euaneſcentia omnia citra rationem,malum quippiā portendunt.Com.3. in Prorrh. *cap.5.*

Eunuchi Hippocratis *quidē tempore, non laborabant podagra:nunc uerò ea corripiuntur, ob otium, & uictū intemperantem.Commen.in* Apho.*28.lib.6.*

Eunuchos ſectio teſticulorū, ſimiles efficit fœminis. Cō. in Ap

in Apho.28.lib.6.

Exangue omne eſt frigidum. Com.in Aph.40.lib.5.

Exangues penitus partes, natura frigidiores exiſtunt. Com.in Aph.18.lib.5.

Exarticulatos dici, qui articulos extantes & prominentes habent, dum etiam naturalem ſuum ſtatum retinent. Com.1.in lib. de Art. cap.36.

Exaſperant acria, acida, & aſtringentia. Com.1. in lib. de Rat.uic.in mor.ac.ca.16.

Exaſperata lenienda eſſe. Cō. 2.in lib.6.Epid.cap. 4.

Excandeſcentes habent pulſum cordis & arteriarum tum maiorem, tum uehementiorem. Com.5.in lib.6.Epi. cap.9.

Excandeſcentiæ replent caput, & calfaciunt. ibidem.

Excandeſcentias eſſe utiles ad probos ſuccos gignendos, naturalemq́; habitudinem recuperandam. Com.5. in lib.6.Epid.cap.11.

Excerni pauca decretoria excrementa in ægris, unum quoddam ex ſignis eſt, quæ ex toto prauitatem habent. Com.2.in Prorr.cap. 46.

Excremēta unde ſicciora fiāt, inquire Sicciora excremēta.

Excrementa alui torrida, iecoris calfactionem ſignificāt. Com.1.in lib.5.Epid. cap.5.

Excremēta σπυραθώδη (hoc eſt rotunda, dura, compactaq́;) ſi nigra ſint, ardentem circa medium corporis affectionem declarant. Com. 2.in Prorr.cap.6.

Excrementa torrida arguūt iecinoris malum. Com.1. in lib.3.Epid.ca.13.

Excrementa indicant concoctionem, ut in ſanis, ſic in ægris corporibus. Com. 2.in lib.1.Epid.cap.44.

Excrementa ſemel retenta à nobis, recurrunt ſurſum, ut uix poſtea poſſint excerni, uel magno conatu adhibito. Commen.8.in lib. 6. Epid. cap.27.

Excrementa confluunt ſemper ad imbecillas particulas. Com.3.in lib. de Articu. cap.17.

Excre

Excrementa totius corporis repurgātur per urinā,quàm diu quis naturaliter ſe habet.Com.2. in Prognoſtica, cap.37.
Excremētorum permutationes, quæ multis formis uariantur, exquiſitiùs corpus expurgant,niſi adſint ſigna colliquatiōis,aut putredinis. Com.in Aph.14.lib.2.
Excrementorum ſpecies non expendi ab Hippocrate,in dignoſcendis ardētibus morbis. Com.3. in lib.3. Epid. cap.40.
Excrementorum ſiccitas ſequitur longam ciborum in uentre moram.Com.5. in li. 6.Epid.cap.27.
Excremētorū ſiccitatem ſequitur durities eorundē.ibi.
Excrementis carebit corpus, ſi mediocri exercitio utatur, & homo bene concoxerit. Com.in Aph.28.lib.6.
Excrementa alimenti uocari interdum ab Hippocrate cibos. Com.1. in lib. 6.Epid. cap.5.
Excrementa exiccari, quòd minus aſſumatur cibi, quàm hepatis facultati ſit congruens:uel quòd parum bilis confluat ad aluum: uel ob robur retentricis potentiæ. Com.in Apho.20.lib.2.
Excrementa humidiora fieri, potiùs quàm ſiceſcere, partibus quæ ad uentriculum pertinent, refrigeratis.ibid.
Excrementa quodammodo miſceri inter ſe,nec quicquam excerni exquiſitè ſyncerum, ſalubrius eſſe. Commentario 2.in Prognoſtica, cap.45.
Excrementa prouocat calidum.Commenta.5.in libr.6. Epid.cap.27.
Excreta in principio morborū,non excerni ratione naturæ, ſed eſſe potiùs ſymptomata præter naturam, earum quæ ſunt in corpore, diſpoſitionum. Commen. in Aph.22.lib.4.
Excretio ſumitur pro deiectione,& pro ea quæ à toto corpore fit uacuatione. Commen.in Aphoriſm.18. lib.3.

Excretio

Excretio ſuperfluitatum alui fit æquo citatior, nonnunquam ob multitudinem bilis ad aluum defluentis, quæ ad excretionem irritat: nonnunquam alui facultate retentrice imbecilliori reddita, expultrice uerò tum eius, tum inteſtinorum, forti exiſtente. Com. in Apho. 20. lib. 2.

Excretionem quoties molitur natura, effatu digna in corpore fit permutatio. Commenta. 1. in li. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 45.

Excretiones ſynceræ & implacidæ, malæ ſunt. Com. 2. in Prorrh. cap. 27.

Excretiones abſceſſusq́; cauſæ ſunt, ut morbus ſoluatur, aut proſternatur facultas, idq́; primaria ratione: ex accidenti autem ſunt etiam ſigna. Cõ. 3. in Progn. c. 39.

Excretiones, quæ ubi cœperunt intercipiuntur, deteriora ſunt ſigna ijs, quæ nullo pacto apparuerunt. Com. 1. in Prorrhet. c. 1.

Excretiones uniuerſæ non iudicantes, uel letales ſunt, uel criſim reddunt difficilem. Com. 3. in Prorrh. c. 35.

Excretiones nil iuuant morbos, à concoctionis difficultate, & multitudine humorum crudorum ortos. Com. 2. in li. 1. Epid. c. 37.

Excretiones malæ ſunt prauarum ſigna diſpoſitionum. Com. in Aph. 47. lib. 4.

Excretrix facultas molitur ſudores criticos, & profluuia ſanguinis, & deiectiões alui inferioris. Cõ. ĩ Aph. 21. li. 7.

Excretricis facultatis affectio, eſt lotij ac deiectionis ſuppreſſio. Com. 3. in libr. de Art. cap. 51.

Exercitatæ partes fiunt robuſtiores, atq; idcirco labores conſuetos faciliùs ferunt. Com. in Aph. 49. lib. 2.

Exercitati non debent illico, dũ adhuc calor ex ipſa exercitatione in corpore permanet, cibos aſſumere, ſed poſteaquam perfectè fuerint refrigerati. Comm. 3. in lib. 6. Epid. c. 2.

Exercitatio cuique corpori

apta inuenienda eſt.Com.3. in lib.6.Epid.c.2.

Exercitatio *confirmat corpora,& roborat.Com.3.in li. de Off.cap.28.*

Exercitationes *lentæ, corpus craßius reddunt.Com.3.in li.6.Epid.c.2.*

Exercitationes *celeres, de carnium mole detrahunt, ſuccorúmque abundantiam euacuant.ibidem.*

Exercitationes *omnes, tũ carnis, tũ adipis, adeoq́; humorũ abundantiã imminuũt.ibidẽ.*

Exercitationes *euacuãt plenitudinẽ: & ad cõcoctionẽ qcquid pituitoſum, craßũ, crudumq́; eſt, perducunt: attenuãt inſuper, roburq́; addũt uniuerſis corporis partibus. Com.1.in li.6.Epid.c.5.*

Exercitationes *imbecillæ dicuntur illæ, quæ breuioribus motibus corpus ipſum exercent: ut ualidæ, quæ uehemẽtioribus.Comm.4.in lib.6. Epid.cap.18.*

Exercitationibus *calor adauctus, ex penitioribus partibus ad cutem ſuccos euocat, eoſdemq́; diſcutit.Com.5.in li.6.Epid.c.34.*

Exercitia *ſimul cum inedia, ne ſanis quidem ſunt præcipienda.Com.in Aphor.16. lib.2.*

Exercitia *ſunt ſaluberrima: uerùm ſi prauis referti ſuccis exerceantur, uerendum eſt, ne in epilepſiam, aut apoplexiam incidant: uel rupto aliquo in pulmone uaſe, in morbum incidant inſanabilem.Com.in Aph.20.li.3.*

Exercitia *ſunt apta natura exiccare.Com.in Aphor.13. lib.4.*

Exercitia *reddunt fibrarum quidem ſubſtantiam pleniorem: carnium uerò, minorẽ, ſed ualidiorem.Com.3.in li. de Artic.cap.81.*

Ἐξεχέβρογχοι *ſunt, qui guttur prominens habent.Com. 3.in li.de Art.c.8.*

Exiccantia *tenſionem faciũt, niſi aliquid ſortiantur mitigatorij.Commen.2.in lib.de Art.cap.55.*

Exitiali *morbo infeſtante, nihil unquam mouendum eſſe.*

Commenta.in Aphoriſ. 29. *lib.* 2.

Exitioſis *præcedentibus ſignis, eo deterius habebunt ægri, quò mitius habere uideantur.* Com.1.*in li.*3.Epidem.cap.8.

Exolutio *uirium nequaquam eſt bona.* Com.2.*in* Progno. cap.14.

Exolutio *immoderatas excretiones, non retentiones, conſequitur.* Com.3.*in* Prorrh. cap.39.

Exolutum *habet ſimilitudinem quandam cum molli, nõ tamen eandem affectionem.* Commen.1.*in libr.*6. Epid. cap.29.

Expectorandis *craßis humoribus medicamenta idonea moderatam habere debent humiditatem: & ſi uiſcidi humores ſint, etiam uim extergẽdi, ab acidis ſuccis profectam.* Com.3.*in li.de* Rat. *uic.in mor.ac.c.*2.

Experientia *dijudicantur uniuerſæ rationes.* Com.5.*in lib.* 6.Epid.cap.32.

Experientia *mala deſinit in totius animalis internicionẽ.* Com.*in* Aph.1.*lib.*1.

Experientia *diiudicãtur, quæ ratione inueſtigata ſunt.* Cõ. 3.*in li.de* Off.c.20.

Experimentum *periculoſum exiſtit, ob materiæ dignitatem.* Com.*in* Aph.1.li.1.

Expirãtibus *nobis, excutitur à pulmone ſpiritus.* Com. 4. *in li.de* Rat.*uic.in mor.ac.* cap.30.

Expiratio *fit ab ſpiritu excuſſo ſurſum.* Com. 2.*in li.de* Rat.*uic.in morb. acut. capi.*44.

Expiratio *dicitur emißio ſpiritus ad externa.* Comm.*in* Aph.68.li.4.

Expiratio *frigida, inter ſigna pernicioſißima connumeratur.* Com. 4.*in libr.*6.Epid. cap.30.

Expirationem *uocari eam lationem ſpiritus, quæ per os fit ad externa.* Com.6.*in li.* 6.Epid.cap.3.

Expirationem *fieri dum organa reſpirationis reddunt attractum aërem.* Com.1.*in li.de* Nat.*hum.c.*55.

Expoſitionis uirtutem eſſe, ſcripta omni ope, atq; pacto defendere. Com. 2. in Prorr. cap. 1.

Expoſitionis proprium opus eſt, lucem obſcuris ſentētijs addere. Com. in Aph. 1. lib. 3.

Expoſitionis eſt munus, quæcunq; in autorum operibus obſcuriora uidentur, perſpicua reddere. Procemio in li. de Fract.

Expoſitoris fines excedit, obſtinatè pro autoris decretis pugnans. ibidem.

Expoſitoris munus, inquire, Interpres.

Expultrix facultas, ſingulis corporis partibus ineſt. Cō. in Aph. 55. lib. 6.

Expuuntur tuſſi, quæ ex aſpera arteria, & pulmone feruntur. Cō. in Aph. 37. li. 7.

Extenſio, quam molimur per machinas, æqualiter totum membrum extendit. Com. 3. in li. de Frac. c. 28.

Extenſionis utilitas, omnē repoſitionē atq; conformationem debet præcedere. Com. 1. in lib. de Art. c. 12.

Extenſionem uocari affectum illum, quum in lōgum latūq; extenditur corpus. Com. 3. in lib. 6. Epid. c. 29.

Extenſionem eſſe affectum corrugationi cōtrarium. Cō. 3. in lib. 6. Epid. c. 29.

Extenuant magis & citiùs ægrotantium corpora, maiores febres, diuturnitas morbi, & ex ætatibus tum puerilis, tum decrepita. Com. in Aph. 28. lib. 2.

Extenuantur corpora ab ijs quæ naturam habēt uacuandi. ibidem.

Extenuari membra otio. Cō. 1. in lib. de Artic. c. 58. 61.

Extenuatæ partes, hyeme quidem ſunt inuoluendæ faſcijs laxioribus, ut incaleant: æſtate autem, nequaquam. Com. 3. in lib. de Off. c. 32.

Extenuatis particulis ea deligatio eſt ex uſu, quæ incipiat quidem à membris ſanis arctiſſima: deſinat autē in gracilia, paulatim ſeſe relaxās. Cō. 3. in li. de Offi. c. 32.

Extenuatas partes quæ uix rubeſcerēt, aut in tumorem

attol

attollerentur,Galenus fricabat medicamentis calfacientibus, illis præſertim, quæ recentis thapſiæ aliquid reciperent: illinebatq; picatis pharmacis.ibidem.

Extenuatio præter rationem eueniens,imbecillitatis eſt ſignum.Cõ.in Aph.18.li.2.

Extenuatio ut curetur cuiuſuis membri,uires eius ſunt ualidiores reddendæ,atq; illi copioſus ſanguis ſubminiſtrandus.Comm.3.in libr.de Off.cap.32.

Extenuationis cauſa ſunt alimenti defectus, exercitatio improba,curæ,uigiliæ,morbi colliquantes,& diſcutientes,necnõ euacuatiões copioſæ.Cõ.3.in li.6.Epid.c.29.

Extenuationis cauſa in febribus eſt humorum quidem tenuitas:corporis uerò raritas. Com.in Aph.28.lib.2.

Extenuationem curantia,omnia ſunt calida.Com.3.in lib.de Off.c.32.

Extenuationes mẽbrorũ complures,ob diuturnũ ipſorum otium,aut modũ deligationis,quæ in fracturis adminiſtratur,oriuntur.ibidem.

Extenuato femore, aut brachio,oppoſitũ mẽbrũ ligãdũ eſſe,incipiendũq; ab infima parte, atq; ita ad inguina, axilláſue aſcendendum.Commen.3.in li.de Off.c.33.

Extenuato toto crure,uel brachio,deligãdũ eſſe arctè,ſed abſq; dolore oppoſitũ membrum,ita ut à pede ipſo,uel manu, deligatio inchoetur: deſinat autem in inguen,uel in axillam,et humerũ.Com.3.in li.de Off.c.32.

Extenuata breui tempore corpora,ob humorũ et ſpirituũ euacuationẽ,nõ ob ſolidorũ colliquationẽ,ſunt id perpeſſa:quæ lõgo extenuãtur tempore,ijs carnes extabeſcunt, graciliaq; redduntur cætera organa,in quibus alimenti elaboratio perficitur.Com. in Aph.7.lib.2.

Extenuata mẽbra tandiu fricanda & fouenda ſunt,donec rubeſcere incipiant, in tumoremq; attollantur. Cõ.3.in li.de Off.c.32.

Extenuatorũ deligatio, contraria eſt illi, quæ adhiberi ſolet fracturis. Com.3. in lib. de Off. cap.33.
Extenuatorum deligatio, inchoari debet ab integris partibus, ut eas aſtriñgendo cõprimendoq́; ſanguinem ad illa propellat. ibidem.
Extenuatis primò quidẽ cutis redditur laxior, dein tẽſior. Cõ.3. in li.6. Epid. c.29.
Extenuata eſſe exercẽda conſuetis actionibus, idq́; ſenſim & crebrò: fricandaq́; tãdiu, donec incaleſcant, nec amplius. Cõ.3. in li. de Off. c.32
Extrema refrigerari ijs, quorũ uentriculus à bilioſis mordetur ſuccis: ac proinde uirtus deijcitur. Com.2. in li. de Rat. uic. in mor. acu. ca.24.
Extrema frigeſcere in diuturnis morbis, & hyeme, & ætate ſenili, nihil abſurdũ. Com. in Aph.1. lib.7.
Extrema frigere in acutis morbis, exitiale. ibidem.
Extrema perfrigerari, ubi os uentriculi uel propter longam inediã uehementer ab acribus humoribus mordicatur, uel importuna cibi multitudine opprimitur. Cõ.2. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap.44.
Extrema inquit Plato, eſſe tũ initium, tum finem. Com.2. in li. de Off. cap.8.
Extrema refrigerari per morbos chronicos, præſertĩ hyeme, & in ſenibus, nõ eſſe mirũ: in acutis autẽ, periculoſũ exiſtere. Cõ.2. in Prog. c.4.
Extrema calfieri nõ poſſe per acceſſiões, quũ ob inſignẽ inflãmationẽ uiſcerũ, tũ ꝑpter multitudinẽ frigidorũ humorum. Cõ.2. in li.1. Epi. c.28.
Extremæ partes præ cæteris inflammantur, ſi alicui malè affectæ uicinæ ſint. Com.1. in li. de Fract. c.35.
Extremæ corporis partes, ſi celeriter in contrarias permutẽtur diſpoſitiones, malũ eſt ſignũ. Cõ.2. in Pror. c.8.
Extremæ partes primæ omnium refrigerãtur, in earum febrium inſultibus, quæ cum frigore inuadunt. ibidem.
Extremæ ꝑtes ĩ malignis morbis,

bis, celeriter ĩ cõtrariã diſpo ſitionẽ mutãtur: nã quũ pro= prio calore ſint deſtitutæ, at que febrili incaleſcant, qui à corporis medio exorſus, flam mæq; inſtar, uniuerſum cor= pus depaſcẽs, illas cõcalfacit: ſanè quum hic trãſpirauerit calor præter naturã, ſtatĩ re frigerãtur, relĩcta ſcilicet na turali ipſarũ caliditate. ibid.

Extremarũ partiũ refrigera= *tio & liuor, in acutis febri= bus, emortui, extinctiq; na= tiui caloris eſt ſignum.* Com. 1. *in lib.* 3. Epid. cap. 4.

Extremis partibus calfactis, *ad mẽbra ipſa cõfluit copio= ſus ſanguis: id q, ex calore et rubore in eis excitato, liqdò cõſtat.* Cõ. 3. *ĩ li. de* Off. c. 35.

Extremis morbis extremas *exquiſitè curationes eſſe ad hibendas.* Comm. 1. *in libr. de* Fract. c. 21.

Extremorum perfrigeratio *& liuor, tertio die aduenics per morbum acutum, præſer tim in adoleſcente, letalis eſt.* Commenta. 2. *in lib.* 3. Epid. cap. 5.

Extremorum perfrigeratio *fit ob magnitudinem inflam mationis in aliquo conſiſten tis uiſcere: & propter deli= quium animi: & quia nati= uus calor extinguitur, uel ſuffocatur à plenitudine: & ob dolorẽ uehemẽtem in me= dijs corporis partibus cõſiſtẽ tẽ, cuius ratione intrò cõfluit ſanguis ab externo corporis ambitu.* Cõ. *in* Aph. 26. *li.* 7.

Extremorũ perfrigeratio, *ſi in principio morbi ad grauiſ ſimã febrem accedat, ſignum pernicioſiſſimum eſt.* Com. 3. *in lib.* 1. Epid. c. 21.

Extremorum refrigeratio *in ardentibus febribus, perni= cioſiſſimum eſt ſymptoma et ſignum.* Commen. 2. *in lib.* 1. Epid. c. 75.

Extremorum refrigeratio *in ardentibus febribus, ſignum eſt uniuerſum ſanguinem cõ fluere ad uiſcera interna.* Extremas *autem partes de= ſtitui illo, ac proinde refri= gerari, mortificarique, utpo te ab ipſa natura deſertas. ibidem.*

F

Fabæ Aegyptiæ mediocriter poſſunt refrigerare.Cō.4 ī li.de Ra.ui.ī mor.ac.c.113.

Fabaceum etnos, neq; ſi tribus coxeris diebus, flatu uiduum reddideris.Cō.1.in li. de Rat.uic.in morb.ac.c.18.

Facies rubeſcit in multis longioribus ac ſalubribus morbis, quum abſceſſus futurus eſt, præcipuè ad aures.Commen.2.in li.6.Epid.c.18.

Facies ſi in magnis affectibus pro magnitudine morbi non ſit collapſa, bonum eſt ſignū: in paruis autem, è contrariò malū ſignificat.Cō.2.in lib. 6.Epid.ca.18.

Facies cadaueroſa, ſi à cauſa aliqua externa talis ſit reddita, intra diem & noctem reuertetur ad naturalem habitum: ſin uerò ab interna, aut permanebit ita, aut in deteriorem mutabitur.Commenta.in Prognoſt.c.8.

Facies ſi appareat florida, æger autem ualde triſtis fuerit, quædam in cerebro ualde calida affectio ſignificatur, quæ exurit ſanguinem, ex eoq; atrā bilem procreat. Com.2.in Prorrh.c.13.

Faciei ſigna facillimè percipiuntur, maximamq; ad præſagiendum uim poßident. Com.1.in li.de Off.cap.1.

Faciei indicia uim maximam ad præcognitionem ſortiri. Com.1.in Prognoſt.c.5.

Faciē reddi cadaueroſam per morbos diutinos, nō eſſe uſq; adeò exitioſum, ut inter initia.Cō.1.in Progn.c.7.

Faciem ægroti ſpectari à nobis, ante reliquas corporis partes.Cō.1.in li.de Off.c.1.

Facultas in corpore eſt triplex.Cō.3.in Progn.ca.37.

Facultas naturæ, eſt ſcopus alimenti exhibendi.Comm.in Aph.9.lib.1.

Facultas cerebri cōfeſtim exoluitur, iecinoris atque cordis facultate exoluta.Com.2.in Prorrhet.c.5.

Facultatis uitalis cuſtodiā eſſe communē cibādi ſcopū, tū ſanis, tū ægris omnibus.Cō.1.ī li.de Ra.uic.ī mor.ac.c.44

Facul

Facultatis naturalis, uitaliſq; imbecillitas deterrima eſt, & citò hominem tollit. Cō. 2. *in* Prorrh. *cap.* 5.

Facultatem expultricem ineſſe membris ſingulis. Com. 4. *in lib. de* Rat. *uic. in mor. ac. cap.* 1.

Facultatem animalem conſiſtente morbo eſſe defatigatam: licet uitalis, & naturalis tunc fortes perſiſtant. Com. *in* Aph. 29. *lib.* 2.

Facultates naturales ſunt quatuor, attractrix, retentrix, concoctrix, expultrix. Com. *in* Aph. 22. *lib.* 1.

Facultates naturales ſunt quatuor, inter quas alteratrix magni eſt momenti. Com. 4. *in lib. de* Rat. *uic. in mor. ac. cap.* 44.

Facultates naturales ſunt quatuor, attractrix, retentrix, alteratrix, expultrix, quæ nutrimētum, augmentumq; ſuppeditant corpori. Com. 1. *in lib.* 3. Epid. *cap.* 13.

Facultates quatuor naturales, attractrix, retentrix, alteratrix, expultrix, inſunt, non animalibus modò, ſed etiam plantis. Com. 2. *in lib. de* Nat. *hum. ca.* 5.

Facultatū robur infirmitaſq;, ex functionibus principiorum cognoſcitur. Com. 2. *in* Progn. *ca.* 6.

Facultates quibus tum ad artes conſtituendas, tum ad conficiendos libros utimur, eſſe tres, ſenſum uidelicet, mentem, & memoriam. Cō. 1. *in lib. de* Offi. *ca.* 4.

Fama popularis meritò expetitur à Medicis *&* Philoſo*phis.* Com. 2. *in lib. de* Offic. *cap.* 1.

Fames ex accidenti corpora exiccat. Com. *in* Apho. 59. *lib.* 7.

Fames exiccat corpora. Com. *in* Aph. 16. *lib.* 2.

Fames aduerſatur laboribus. Com. 3. *in lib.* 6. Epi. *ca.* 31.

Fames canina conſueuit fieri, uel propter ſolam frigidiorem intemperantiam, uel propter humores acidos, quos exorbuit os uentriculi. Com. *in* Aph. 21. *lib.* 2.

Famem caninam dictam, atq;

præter naturam, thorexis, hoc eſt uini potio, ſoluit. Cō. in Aph.21.lib.2.

Famem ex inedia, uel aliqua euacuatione cōtractam, uini potio non ſanat: imò ſic fameutes conuulſionibus ac delirijs corripiuntur confeſtim, ſi antequàm cibos aſſumpſerint, uinum potauerint. ibidem.

Famem caninam ſanāt haud quidē acerba uina, ſed ſubrubea uel rubea abſq; aſtringente ſapore: talia ſiquidem calfaciunt. ibidem.

Famem caninam diuerſum affectū eſſe à bulimo nonūnato. Com. in Aph.21.lib.2.

Fame canina laborātibus, primùm quidem illis offerre oportet edulia pinguia, oleagineáque: dein aliquod ex uinis calfacientibus. ibidem.

Famelicos reddit inedia longa. Com.4. in lib.6. Epid. cap.17.

Farina ex madefacto tritico facta, purior exiſtit. Com.2. in lib.de Art.cap.41.

Farina, inquire Triticum.

Faſcia ne in decliuiores partes labatur, cauendum. Cō. 2. in lib.de Offi.cap.15.

Faſciæ circuitus, alius rectus, alius tranſuerſus, alius obliquus, dicitur, Alius præterea στεφανιαῖος*, alius* μετωπιαῖος*, alius* παρειὰς*, alius* γενειὰς *.lib.de Faſcijs.ca.5.*

Faſciam magis eſſe aſtringendam in fracto loco. Com. 1. in lib.de Fract.cap.37.

Faſciæ quæ inijciuntur ſplenijs, ſic inter ſe ex aduerſo diſtribui debent, ut altera in dextram, altera in ſiniſtrā: atque altera ſurſum, altera deorſum, ducatur. Com.1.in lib.de Fract.cap.33.

Faſciæ ita hærere fractis oſſibus debent, ut immotas ſeruent ſeparatas eorum particulas: non tamen adeò comprimere, ut dolorem excitent: qua de re percontandus eſt æger. Com.1. in lib.de Fract.cap.24.

Faſciæ præter alios uſus, fulcimentorum etiam funguntur munere. Com.3. in lib.de Offi.cap.36.

Faſciæ

Faſciæ ſucceſſu tēporis redduntur laxiores, idq́; non quòd tendantur, ſed quòd membrum, dum deligatur probè, contrahatur & extenuetur. Com.1. in lib.de Fract.cap.39.

Faſciæ debent eſſe mundæ: nam ſordidæ, præter id quod turpitudinem habent, etiam ſi aliquo inficiantur liquore, eum non admittunt, perfuſumq́; membrum afficiunt malè. Præf. in lib.de Faſcijs.

Faſciæ debent alieno colore carere. ibidem.

Faſciæ tranſuerſim amplectuntur membrum. Com.1. in lib.de Fract.cap.32.

Faſciæ, quæ ex inciſo fiunt linteo, eo non tranſuerſo, ſed in longitudinem ſciſſo, ſecundum ſtaminum rectitudinē, fieri debent. Præfat. in lib. de Faſcijs.

Faſciæ ſint tenues, ne conuolutæ tumorem nimium efficiant, molles, ne duritie premant: leues, ne pōdere infeſtent. Careant etiam ſuturis inæqualibus, quibus comprimere poßint. ibidem.

Faſciarum initia parti affectæ inijcienda eſſe, ſiue fracturam, ſiue ulcus habeat: ita ut neque inferiùs, neque ſuperiùs. Com.2. in lib.de Of. cap.8.

Faſciarum longitudo in fracturis, æquare debet tres uel quatuor cubitos hominis deligandi. Commen.1. in lib.de Fract.cap.36.

Faſciarum longitudinem accommodatam indicabit nobis magnitudo fracturæ. ibi.

Faſciarum aſtrictio nimia, dolorem, inflammationemq́;, atque interdum interitum extremis conciliat partibus: laxitas uerò, permittit mēbrum, ubi fractum eſt, diſtorqueri. Com.1. in lib. de Fract.cap.37.

Faſciarum latitudo eò uſque eſt augenda, quò nulla eius pars laxior euadat. Comm. 1. in lib.de Fract.cap.36.

Faſciarum ſordes morſus excitant, uimq́; humorum affuſorum ad cutem penetrare prohibent. Commē.2. in lib. de Of

de Offic.ca.19.
Faſcijs duabus in fractis oßi-bus utebatur Hippocrates: quarum una eſt duplo maior altera. Com.1.in lib.de Fra. cap.30.
Faſcias eſſe deducendas in cõtrariam partem illi, in quam peruerſa ſunt oſſa. Com. 2. in lib.de Fract.cap.14.
Faſtidium in grauidis fit, eâdem, qua pica, ratione, læſo nempe ore uentriculi. Com. in Aph.61.lib.5.
Faſtidium ciborum, interim ob os uentriculi oritur, ab aliqua humorũ aliena qualitate infeſtatum: interim ob extinctionem facultatis appetitricis. Comm.1. in lib.3. Epid.cap.11.
Faſtidium perſæpe eſt coniunctum ardentibus febribus. Com.3.in lib.3.Epi.ca.34.
Fatua omnino quæ ſunt, contemni potiùs, quàm refelli, præſertim ſcriptis, debent. Com.1.in lib.de Frac.ca.9.
Fatuitas eſt ſymptoma citra delirium ægros naturaliter fatuis aßimilans. Com.2. in Prorrh.cap.59.
Fauces dicuntur pars intima oris, in qua gemina oſtiola uiſuntur, unum gulæ, alterum laryngis. Commen.3.in Progn.cap.16.
Faucium inflammationem uacuant uenæ ſub lingua ſectæ. Com.4.in lib. de Rat. uic.in mor.ac.cap.30.
Fauces exaſperant cibi pingues, acidi, & acres. Com.3. in lib.de Art.ca.61.
Fauos prius eſſe uel noſtris unguibus, uel duriori linteo, exaſperandos, ac mox oblinendos medicamentis. Com. 2. in lib.6.Epid.cap.4.
Febris ſuperueniens grauedini, atque raucedini, eorum affectuum coctionem firmiorem atque certiorem efficit: ita ut quãuis in aliquo mox delinquant, non tam facile tamen relabantur in morbum ægri. Com.3. in lib.6. Epid.cap.10.
Febris conuulſis à plenitudine neruis auxilio eſt. Com. in Apho.26.lib.2.
Febris hyemi peculiaris, ducit origi

originem à pituita. Com.4. in lib.de Rat. uict.in morb. ac.cap.61.

Febris æſtiua oritur à bile. ibidem.

Febris ſanat conuulſiones eadem ratione, qua uinum. Cō. in Apho.5.lib.5.

Febris non habet aliam naturam, præterquam ignis ſubſtantiam. Comm.1.in lib.de Rat.uict.in morb.ac.ca.18.

Febris eſt calida & ſicca, ibi. & Comm.1. in eundem lib. cap.43. & Com. in Apho. 16.lib.1.

Febris à procatarcticis cauſis orta, eſt diaria. Comm.4. in lib.de Ratione uict.in morb. ac.cap.115.

Febris ut ſingultuoſa dici mereatur, permanere diu ipſe ſingultus debet. Com. 4. in lib.de Rat.uict. in morb.ac. cap.69.

Febris interdum ex corruptis cibis accenditur, ſi quando ea quæ corrupta ſunt, in uentrem inferiorem deſcenderint. Com.5. in lib.6.Epid. cap.31.

Febris quæcunque conuulſionem, deſtillationem, atque aſthma, ſanat. Comm. 6. in lib.6.Epid.cap.8.

Febris accenditur maximè ob conuerſionem innati caloris ad igneam naturam. Comm. in Apho.14.lib.1.

Febris quatenus febris eſt, nō calfacientibus & exciccantibus, ſed refrigerantibus & humectantibus, indiget. Com.in Apho.24.lib.1.

Febris neque propter ſcirrhum, neque propter œdema, accenditur. Comm.3. in lib.de Rat.uict.in morb.ac. cap.12.

Febris abſque horrore inuadens, oritur à bilioſo quidē, ſed tardiori, concoctuq́; difficiliori humore, quam ſanè inducunt principum partiū inflammationes. Comm.3.in lib.1.Epid.ca.5.

Febris continua dicitur, quæ ad integritatem non deſinit. Com.3.in Prog.cap.27.

Febris ſemper proportione reſpōdet magnitudini phlegmones. Cō.2.in Prorr.c.20.

Febris ardens unà cum ſanguine habet in uenis bilem plurimam ebullientem. Cõ. in Apho.59.lib.4.

Febris ardens gignitur æſtiuo tempore, dum uenæ exiccatæ acres ac bilioſos ad ſe liquores reuellunt. Commẽ.in Apho.58.lib.4.

Febris ardens oritur à flaua bile.Commen.in Apho. 59. lib.4.

Febris peſtilens papulas per corpus diſpergit. Com.3. in lib.6.Epid.cap.28.

Febris peſtilens, inquire Peſtilens febris.

Febris eſſentia eſt igneus calor.Com.3.in lib.de Fract. cap.8.

Febris eſſentia conſiſtit in caliditate. Commen.in Apho. 5.lib.6.

Febris peculiare remedium debet eſſe uiribus refrigerans,& humectans. Com.1. in lib.de Rat.uict.in mor.ac. cap.18.

Febris ortus eſt caloris natiui ad igneum cõuerſio. ibidem.

Febris ad extinctionẽ, ſi conſtãs eſt uirtus frigida affatim,atque ad laborãtis uſq; ſatietatem bibitur.Com.1.in lib.de Rat.uict.in morb.ac. cap.43.

Febrem illis tantùm morbis conferre,qui ex frigiditate fiunt, aliquando ſola, aliquando cum humoribus crudis,pituitoſis, flatulentisq́; ſpiritibus. Cõ. in Aph.44. lib.6.

Febrem ardentem gignentes cauſæ in uenoſo conſiſtunt genere.Comm.in Apho.26. lib.6.

Febrem inflammationi coniunctam ueteres non morbum, ſed morbi ſymptoma, appellabant.Com.in Apho. 42.lib.7.

Febre ceſſante, ſi aliquod ex ſymptomatis eius ſuperſit, reliquiſſe illam intus reliquias dicitur.Com.2. in lib. 6.Epid.cap.19.

Febre putrida urgente, curandum eſt,ut quicquid ex ipſa concoqui poßit, coquatur: & quod iam exuſtum fuerit,neque amplius concoqui poßit

poßit, uacuetur. Comm.2.in lib. de Rat.uict.in morb. ac. cap.18.

Febres ſuperueniunt inflammationibus, corde concalfacto.Com.in Aph.47.lib.2.

Febres omnes, exceptis ijs quæ à bile ſunt ortæ, aqua multa ſuperinfuſa ſoluuntur, iuxta doctrinam Hippocratis.Com.in Apho. 42. lib.7.

Febres omnes, quæ alternis diebus ſuas habent acceßiones, quæq; in febris uacuitatem deſinunt, procul ſunt ab omni diſcrimine. Com.2. in lib.6.Epid.cap.22.

Febres omnes integrè deſinentes, carent periculo.ibid.

Febres acutæ oriuntur à quibuſdam humoribus putreſcentibus.Commẽ.in Apho. 37.lib.4.

Febres acutæ, ac præſertim ardentes, mouent ſanguinis eruptiones, ſanguinem tum fundẽtes, tum ad caput ſurſum ferentes.Commen.3. in Prorrh.cap.72.

Febres liuidæ, ſanguineũ humorem, atque unà cum ipſo innatum calorem deficere oſtendunt. Quare & pernicioſæ exiſtunt, & nonnullæ ipſarum, animi defectus, qui ſequuntur euacuationes, inducunt.Commen.1.in lib.6. Epid.cap.28.

Febres acutæ cito iudicantur, & per excretionẽ abſolutã cõſequũtur diſſolutionẽ. At quæ minimè acutæ uocãtur, reuerſiuæ atque diuturnæ ſunt, et imperfectè ſoluũtur: moxq; redeunt, atque altera excretione per abſceſſum facta, integrè iudicantur. Cõ. 2.in lib.6.Epid.cap.20.

Febres perrubræ calorẽ quidem oſtendunt uehementiſſimum: materiam uerò eſſe ſanguinem.Com.1.in lib.6. Epid.cap.28.

Febres perrubræ, inter ſynochos ſunt ponendæ: quibus remedio eſt ſanguis ad animi uſque defectum miſſus.ibidem.

Febres perpallidæ, cauſam eſſe pallidam bilem indicant. ibidem.

Febres

Febres perpallidæ tabem inferunt, niſi præueniens rigor ac ſudor eas indicauerit. ibidem.

Febres quarum acceßio deſinit integrè, ſolæ uacant periculo. Comm. in Apho. 43. lib. 4.

Febres quarum integrè acceſſiones deſinunt, neq; ex inflammatione, neque ex maligna putredine humorum, oriuntur. ibidem.

Febres quæ à præcordijs proficiſcũtur, omnium ſunt acutarum mitißimæ. Præfatione Com. 2. in lib. 3. Epid.

Febres ex pituita computreſcente ortæ, per abſceſſus magis, quàm per excretiones, ſoluuntur. Comm. 4. in lib. de Rat. uict. in mor. acu. cap. 17.

Febres ab exuſtione, frigiditate, laßitudine, atque anguſtia meatuum ortæ, à balneis dulcis aquæ iuuantur. Com. in Apho. 42. lib. 7.

Febres præ cæteris calidißimæ ſunt cauſos, atque tertiana. Comm. in Apho. 48. lib. 4.

Febres inconſtantes di[illegible]r, quæ non exactè forma unã tuentur. Commẽ. 4. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 52.

Febres urentes quidem, acutæ ſunt: typhodes autem, hoc eſt, fumigantes, longiores: ac mediæ inter has, exiſtũt ſemitertianæ. Com. in Apho. 12. lib. 1.

Febres tertianæ, & ardẽtes, præ cæteris ſunt bilioſißimæ, & multis iuuenibus accidunt. Comm. in Apho. 29. lib. 3.

Febres ardentes, quòd urentes quum ſint, ſummas partes non calfaciant, malignæ exiſtunt. Commentar. 3. in Prorrh. cap. 61.

Febres ex laßitudine ortæ, quæ temperatura bilioſißimæ ſunt, non parum conducunt ad præſagiendum. Cõ. 1. in lib. 6. Epid. ca. 9.

Febres laborioſæ citò abſceſſus faciunt. Com. in Apho. 74. lib. 4.

Febres laborioſæ, inquire Laborioſæ febres.

Febres benignæ ex æquo totũ corpus exurunt. Com. 13. in Prorrh. cap. 61.

Febres longæ ob multitudinẽ fiunt humiditatis. Commen. in Aph. 16. lib. 3.

Febrium, quæ tertio quoq; die inuadunt, nec deſinunt integrè, quædam cum horrore accedentes, dum à primo inſultu ad incrementum cõtendunt, tametſi iam eſſe medio=criter progreſſæ uideantur, alterum horrorem, cum conſtrictione inducunt. Ab hoc alterum incrementum: dein aliam conſtrictionem, horroremq́; : nam iterum hæ, térq;, repetunt. Poſtridie aliam habent priore minorem acceßionem, ſine priorum repetitione, iſq́; illis eſt deinceps perpetuus circuitus, ut binæ, quas dixi, binis fiant diebus acceßiones. Aliæ autem habent tertio quoq; die acceßionem, citra inſultus illos horrificos, citraq́; repetitiones, unamq́; habent acceßionem tertio quoque die, atque acceßione carent ſecundo die. Vnum itaque hæ continuum, æquabileq́; uſq; ad uigorem, à primo inſultu incrementum ſortiuntur. Cõmentario 3. in lib. 1. Epidem. cap. 5.

Febrium eſſentia eſt calor præter naturam, per uniuerſum diffuſus animal, aut certè per plures, uel per maximè principes partes. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 28.

Febrium primæ, præcipuæ, atque ex propria ſubſtantia ſumptæ differentiæ, eæ ſunt, quæ ex calore ipſo accipiuntur. ibidem.

Febrium modorum primam certißimamq́; notitiam, ab ijs quæ in corpore apparẽt, aſſequeris: mox uerò, quæ ab externis cauſis comparata eſt, ad eorum quæ ſunt à te reperta, exactiorem fidem, non parum conducit. Commenta. 1. in libr. 6. Epidem. cap. 9.

Febrium alias eſſe acutas, alias diuturnas: item alias benignas, alias malignantis naturæ: præterea alias or=

dinatas, alias ordine deſtitutas: ac deniq; alias inuadentes per circuitus, alias omnino erraticas. Com.1.in li.6. Epid.cap.28.

Febrium eſſe genera tria: *unum, ephemerarum: ſecundum, hecticarum: tertium, acutarum, quæ putridorum humorum ſunt comites.* Com. 1.in lib.3.Epid.c.5.

Febrium cum rigore inuadentium, *deſinentium autem integrè cum bilioſis uomitionibus, deiectionibúſue, aut ſudoribus, cauſa eſt flaua bilis, totum permeans corpus.* ibidem.

Febrium acutarum differentijs *adſcribebat* Praxagoras *phreniticas, lethargicas, & ictericas febres.* Comm.1.in lib.6.Epid.c.28.

Febrium *quæ tertio quoq; die inuadunt, hæ quidem intermittuntur integrè: illæ autem ſecus. Rurſus, intermittentium integrè, quædam acceßionem habent horis duodecim circunſcriptam: quædam longiùs productam.* Commen.3.in libr.1.Epid. cap.5.

Febrium *inſultus cum ſudore, ſignificant plenitudinẽ.* Cõ. 1.in Prorrhet.c.15.

Febrium *malignarum ſymptomata ſunt perpetuus ſudor, non ex toto corpore manans, perfrigeratióq; extremorum.* Com.1.in lib.1.Epidem.cap.23.

Febrium *uniuerſum genus atque eſſentia in caloris differentia conſiſtit.* Com.1.in li. 6.Epid.c.28.

Febrium *ab inflammatione, aut maligna putredine ortarum, acceßio, nunquàm deſinit integrè.* Com.in Apho. 43.lib.4.

Febribus *omnibus, quæ alternis diebus exacerbantur, duo dies, duæq; noctes, intercedunt mediæ inter duas acceßiones.* Raro *ſiquidem inuenias, febrem ſupra tria interualla exacerbatam, quæ integrè deſinat.* Com.2. in lib.6.Epid.cap.22.

Febribus *acutis propriũ eſſe, ut urantur extremæ corpo-*

ris partes.Comm.2.in lib.1. Epid.cap.75.

Febribus colliquãtibus aduerſiſsima omnium eſt mulſa:ut iuuantiſsima potio aquæ. Commenta.3 in libr.de Rat. uict. in morbis acut.cap.12. & 13.

Febres eſſe uel continuas,uel intermittentes:& intermittentium aliam quotidianam, aliam tertianam,aliam quartanam exiſtere:continuarum uerò, aliam eſſe ſemitertianam,aliam ardentem, aliam gelidam, aliam accenſam, aliam peſtilentem,aliã oleagincam,atq; aliam hepialã. Commenta.1.in lib.6.Epide. cap.28.

Febres prorogari, aut propter aliquam partem aſſectã curatu difficilem: aut propter humores crudos et craſſos:aut propter erratum aliquod.Com.3.in Prognoſtica, cap.23.

Febres inordinatas fieri eſt neceſſe,ubi atra bilis in quibuſdam mouetur partibus: in alijs immota permanet: atque in alijs putret,efferueſcitq;.Commen.3.in Progn. cap.27.

Febres cum papulis, ſumi ab Hippocrate pro peſtilentibus.Comm.1.in lib.6.Epid. cap.28.

Febres acutas atque continuas dici ab Hippocrate,quæ remittuntur quidem,nunquàm tamen integre deſinunt.Commen.1.in lib.1. Epidemion, cap.22.

Febres ardentes atq; tertianas fieri,ob flauæ bilis exuperantiam.Com.2.in lib.1. Epidem.c.20.

Febres aſpectu terribiles dici, quo ad nos quidem, ſi cum papulis ac ulceribus ſint: quo ad ipſos uerò ægros,quum delirant,& torue intuentur.Commentario primo in libr.6. Epidem. cap.28.

Febrientes habent minus innati caloris, quàm antea. Commenta.in Aphoriſ.14. lib.1.

Febrientes omnes non eſſe flatulentos. Commenta.3. in

lib.6.Epid.cap.13.

Febrientes lædunt deambulatio, curſus, fomenta calida, luctatioq́;: ut quæ calorem undiq; adaugent. Com. 3. in lib. 6. Epid. c. 31.

Febrilis calor tangentibus aut acris, mordaxq́; uidetur: aut moleſtus mediocriter. Nam ſuaue id, & familiare, quod naturali calori ineſt, ille nunquam habuerit. Com. 1. in li. 6. Epid. cap. 28.

Febrilis calor eſt ſiccus, ſqualensq́;. Commenta. 2. in libr. de Rati. uict. in morb. acut. cap. 22.

Febrilis calor interdum apparet multus, acerrimusq́;: interdum multus quidem, non tamē acerrimus: eſt quū acerrimus quidem, minimè autem multus uideatur. Cō. 1. in lib. 6. Epid. c. 28.

Febrilis calor interdum quidem ſe ſqualidum, ac perquàm ſiccum, ſæpe uerò halituoſum & humidum repræſentat. ibidem.

Febrilis calor primò recentem & tenerā pinguitudinē liquat, dein duriorem & uetuſtiorem, poſtea carnem: mox ſolida corpora, quibus liquatis, ſquamulæ cum urina excernuntur. Com. 2. in Prog. cap. 28.

Febrilium calorum, hi quidē, ut ſtatim à principio ſunt iudicati, ita etiam permanent: alij uerò, aut adauctā, aut imminutam eā, quā inter initia repræſentabant, differentiā afferūt. Sunt & nōnulli præterea, qui aliā quandam referunt, ab ea quæ à principio erat, prorſus mutatam. Commen. 1. in lib. 6. Epid. c. 28.

Febrire putantur non modò, qui in ſuperficie exteriori igneam habent caliditatem, uerùm multò magis, qui in alto corpore, uiſceribúſque illam poßident. Comm. 1. in Prorrhet. cap. 7.

Februarium eſſe ſecundum menſem à ſolſtitio brumali, compræhendiq́; diebus duodetriginta. Commen. 1. in li. 1. Epid. cap. 1.

Femur faciliùs in exteriorem & interiorem genu partem prola

prolabitur, quòd multò laxiores ſint:atq; in interiorem magis:quòd etiã minus aſtricta ſit.Com.3.in lib.de Fractu.ca.61.

Femur rarò excidit. Com.1. in lib.de Arti.c.3.

Femur à parte exteriori gibboſum ſiue conuexum eſt: ab interiore autem, magis cauum.Commen.2.in lib.de Fract.cap.69.

Femur repoſitum permanere diu in ſua ſede non poteſt,ligamento perrupto.Com.4. in lib.de Artic.c.42.

Femoris caput eſt paruum, eiusq; ceruix oblonga, quæ in profundum ſinum inſeritur.Comm.1.in lib.de Arti. cap.97.

Femoris duo capita in duas tibiæ concauitates,correſpondentes eis,recipiuntur.Com. 3.in lib.de Frac.c.52.53.

Femoris parte ſuperiore confracta,deligatio debet ultra inguina progredi, comprehendereq; tum coxam,tum oſſa ilium:dein uerò uacuitatem illam,quam λαπαρὴν uocãt.Cõ.2.ĩ li.de Fra.c.70

Femoris bina tubercula binas ingrediuntur tibiæ concauitates.Com.2.in lib.de Fractu.c.66.

Femur luxari ob humiditatẽ occupantẽ ipſius acetabulũ. Com.4.in lib.de Art.c.42.

Femur maximi compræhendunt muſculi.Com.2.in lib. de Fract.cap.67.

Femur in anteriorem partem attollit dearticulatio inguinis.Cõ.3.in li.de Art.c.73.

Fermentatio in panificijs fit, quum aquæ triticeam farinã atq; fermentũ miſcemus,omniaq; ſimul mediocriter maceramus. Funditur ſiquidem tunc, intumeſcitq; ea quæ fermentatur ſubſtantia.Commentario 2.in Prorrhetica, cap.39.

Fert facultas: fertur corpus. Com.2.in Prognoſt.c.6.

Ferulæ,itidem ut ſplenia,deligationis firmitudo & ſtabilimentum exiſtunt. Com.3. in lib.de Off.c.11.

Ferulæ debent eſſe læues,planæ,æquales.ibidem.

Ferulæ in media deligatione, magis debēt aſtringere:inde uerò,uſq; ad extremas partes,magis laxare. Quare ex pedit ut uerſus extremitates ſint ſimæ & deraſæ. ibid.
Ferulæ debent eſſe breuiores,quàm ſit deligatio:necnon craßiores,ubi fracturæ inſident.ibidem.
Ferulæ ſupra oßium eminentias admoueri non debent. Com.3.in lib.de Offic.c.22.
Ferulæ fulciunt & confirmãt iniectiones faſciarum.Com. 3.in lib.de Off.c.11.
Ferularum idem eſt uſus,qui plagularum.Com.1.in lib.de Fract.cap.40.
Ferulas ferre nequeunt eminentes oßium partes,cuiuſmodi ſunt capita inferiora tum tibiæ,tum ſuræ.Com.2. in lib.de Fractur.c.65.
Ferulas non poſſe adhiberi in luxationibus pedis:quum earum uſus planam ſemper ſuperficiem requirat. Com.2. in lib.de Fract.c.11.
Fæx ſanguinis,dicitur melancholicus humor.Commen.in Apho.77.lib.4.
Ficedula autumno probatißimam carnem habet.Comm. 4.in lib.de Rat.uic.in moracu.cap.101.
Fidẽ non haberi ijs,quæ abſq; demonſtratione proferũtur. Comm.4.in lib.6.Epidem. cap.19.
Figura partis uariata,uariatur eiuſdem ſitus.Com.1.in lib.de Off.c.19.
Figura doloris expers,eſt ſola ea,in qua quis requieſcere eſt ſolitus.Com.3.in libr. de Off.c.27.
Figura naturalis cuiuſque membri eſt ſeruanda.Commentario 3.in lib.de Off.capi.21.
Figura membri, inquire,Col locatio.
Figura naturalis in articulatione brachij cum cubito,media eſt inter extenſionem ſummam & contractionem. Commentario 3.in libr.de Off.cap.20.
Figuram cuiuſque membri, dum ei medemur, eam eſſe eligendam, in qua per requiem

quiem id continere ſolemus. ibidem.

Figuræ immodicæ ſunt, quoties aut ſummè extendũtur, aut extremè inflectuntur membra, aut ſpina. Com.1. *in* Prog.cap.13.

Figuræ immodicæ extentis admodum neruis fiunt.ibidem.

Figurarum idonearum primus ſcopus eſt uacuitas doloris. Commen.3.*in libr.de* Offi.cap.20.

*Figuratio iuſta eſt,in qua una quæq; membri pars ſibi conuenientem ſitum tuetur:atque ea quidem quàm maximè à dolore excitando eſt aliena.*Com.2.*in lib.de* Fractur.cap.3.

*Figuratio membri, ſub qua muſculorum fibræ intendũtur rectè, ſola prohibet quo minus doleant & diſtorquẽtur muſculi.*Com.1.*in lib.de* Fract.cap.1.

Figuratio manus nunquam eſt permutanda, ſed eadem cuſtodienda perpetuò, à principio ad finem uſque deligationis. Commentario *ſecundo in libr.de* Fractur. *cap.2.*

Figuratio fracti oßis praua, dolorem & inflammationem excitat.ibidem.

*Fili initia non eſſe ea parte inijcienda, quà ulcus eſt.*Cõmenta.2.*in libr.de* Officina, *cap.8.*

*Finis artis medicæ, eſt curatio, hoc eſt, morbi ſublatio, non ea quæ adhuc fit, ſed quæ iam facta eſt.*Commentario primo *in libr. de* Rat.uict.*in morb. acut. c.3.*

Fiſtulaceas cauitates oriri ab ijs, quæ repentè, uiolenterq; auelluntur. Com.2.*in lib.de* Offic.cap.23.

Flamma lucernæ extinguitur, oleo confertim ſuperinfuſo. Com.*in* Apho.7.*lib.7.*

*Flaua bilis præ leuitate in uẽtriculo fluitat, ob idq; ad gulã redundat, ac facilè uomitu redditur.*Cõ.3.ĩ Prog.c.30.

*Flaua bilis pallidæ eſt propinquior, quàm cæteræ ex eodẽ ferè genere.*Com.5.*in lib.6.* Epid.cap.14.

Flaua bilis colorat deiectionẽ, ingeſtisq́; eam pallidiorẽ red dit.Com.1.in Prorrh.ca.13.

Flaua bilis eſt ſicci tempera= menti,mordicatq́;.Com.1.in lib.3.Epid.cap.5.

Flaua bilis eſt ſicco tempera= mento.Com.in lib.de Salub. diæta,cap.6.

Flaua bilis haud quidẽ in qui= buslibet corporis partibus cumulata,poteſt cauſam pro ducere,ſed circa uentriculũ, eiusq́; præcipuè os,iecino= risq́; partes ſimas.Com.1.in lib.1.Epid.c.9.

Flaua bilis in iuuentute ſu= perabundat.Com.in Apho. 29.lib.3.

Flaua bilis uehementer aſſa= ta,atram capiti exhalationẽ mittit:à qua cephalalgiæ ex citantur. Com.3.in Progno. cap.30.

Flaua bilis quæ mala inferat, inquire Ardentes Feb.inqui re Rigorem. inquire Phre= nitidas.inquire Deliria.

Flaua bilis irritat,atque mor= det.Commen.in Aphor.56. lib.6.

Flaua bilis quum ſupra modũ aſſatur, primùm quidem,in æruginoſum migrat ſuccum: deinde in nigrum:ſupra mo dum autem aſſatur,propter magnitudinem febris.Com. in Prorrh.cap.10.

Flaua bilis,dum ſummè craſ= ſa eſt, dicitur uitellina:dum uerò humidior,ac minùs fla ua, magis propriè crocea uocatur.Com.2.in Progno. cap.38.

Flaua fit bilis,ubi ſeroſa humĩ ditas peraſſatur:ob cuius mi ſtionem bilis apparet cro= cea.Com.2.in Progn.c.47.

Flauam bilem redundare in= dicant rufus color,puſtulæললbilioſæ per corpus diſperſæ, morſus oris uentriculi,faſti= dium cibi, ſitis, amaritudo, eryſipelas, tertiana febris, atque urens bilioſa.Com.in Apho.2.lib.4.

Flauam bilem,quum ſit leuis humor,eſſe per ſuperna ua= cuandã.Cõ.in Aph.9.li.4.

Flaui ſunt ſicci temperamen= ti.Com.in lib.de Salub.diæ= ta,cap.6.

Fla

Flatulentus ſpiritus optima ratione ſequitur cruditates. Com.2.in Progn.cap.2.

Flatulentus ſpiritus diſcutitur duobus modis: nempe dũ pars illius craßior & flatulenta attenuatur: aut corpus id, in quo continetur, fit rarius. Com.6.in lib.6.Epi. cap.5.

Flatulentus ſpiritus ex humida ſubſtantia citra calorem gigni non poteſt. Commẽ.in Apho.11.lib.4.

Flatulenta omnia eſſe participia nonnullius caliditatis. Com.3.in lib.6.Epid.c.14.

Flatus colligitur in uentriculo, interdum ob partium quæ ad illum pertinent, imbecillitatem: interdum ob humorem pituitoſum & frigidũ. Com.in Aph.72.lib.5.

Flatu repleri ex imbecillitate innati caloris accidit. Com.3.in lib.6.Epid.cap.12.

Flatu replentur uentres refri geratis. Commẽ.3. in lib. 6. Epid.cap.14.

Floridum corpus redditur ab exercitationibus, & à ſanguine probo. Com.3.in lib.6.Epid.cap.7.

Fluidum eſſe reddendum corpus purgandum, idq́; meatibus omnibus reſeratis, humoribus autem inciſis: abſterſis, atque extenuatis, ſi quis fuerit humor in corpore, craſſus ac glutinoſus. Cõ. in Aph.9.lib.2.

Fluxione decumbente in pedes & crura, ſectis uenis in cubito, ſanguinem detrahemus, uel uomitu etiam purgabimus. Commen.2.in lib.6.Epid.cap.9.

Fluxiones maturantur, quum ab inſito calore uincuntur. Com.2. in lib.1.Epid.ca.6.

Fluxiones ſanguineæ, pituitoſæq́;, mitiores ſunt cæteris. Com.2.in Progn.cap.46.

Fluxiones decũbentes in membra, pro ratione exuperantium humorum, mitiores aut maligniores tumores gignunt. Com.2.in Prognoſti. cap.46.

Fluxiones eſſe repellendas à dolente particula, poſt uacuationem corporis, ſi id ſit

plenum. Commen. 3. in lib. 3. Epid. cap. 76.
Fluxiones præcipuè deſcendentes ex capite, inualeſcere pluuioſis temporibus. Cō. in Apho. 16. lib. 3.
Fœcundam eſſe mulierem ſine ambabus bonis temperaturis eſt impoßibile. Com. in Apho. 62. lib. 5.
Fœmellas in ſiniſtris uteri partibus reperiri, potiùs quàm in dextris. Com. 2. in lib. 6. Epide. cap. 43.
Fœmina eſt mare frigidior. Com. in Apho. 42. lib. 5. & in Apho. 62. eiuſdem libri.
Fœmina à partu citius augetur, quàm mas, ob corporis mollitudinem. Com. 2. in lib. 6. Epid. cap. 44.
Fœmina eſt frigidior & imbecillior maſculo. Commē. in Apho. 69. lib. 5.
Fœmina debilior eſt maſculo. Com. in Apho. 16. lib. 5.
Fœmina excernit ſemen in coitu. Com. in Aph. 10. li. 4.
Fœminæ rarò ineſt temperies uehementer calida. Com. in Apho. 62. lib. 5.
Fœminæ non calueſcunt, ob humiditatem temperamēti. Com. in Aph. 28. lib. 6.
Fœminæ incrementum, citiùs quàm maſculi, deſinit, ob imbecillitatem naturalis potentiæ. Com. 2. in lib. 6. Epide. cap. 44.
Fœminis facultas naturalis eſt imbecillior, quàm maſculis. Com. 2. in li. 6. Epi. ca. 44.
Fœminas concipi in ſiniſtris matricis partibus. Comm. in Apho. 38. lib. 5.
Fœminas in ſiniſtris gigni matricis partibus. Comm. 4. in lib. 6. Epid. cap. 27.
Fœtida ſemper ſunt exitioſa. Com. 2. in lib. 3. Epid. ca. 9.
Fœtor putredinis eſt, non concoctionis, indicium. Com. 1. in Progn. cap. 42.
Fœtus conceptus in læua parte uteri, eſt frigidior. Com. in Apho. 48. lib. 5.
Fœtus labefactatur in utero, non modò miſſo ſanguine ex uena, ſed etiam ob longiorē inediam. Com. in Apho. 31. lib. 4.
Fœtum trimeſtrem, & quadrime

drimeſtrem, præter cæteros iniurijs reſiſtere. Com.3.in lib.1.Epid.cap.30.

Fœtus calidiores in calidiore uteri parte conſiſtunt.Com. 2.in lib.6.Epid.cap.43.

Fœtuum connexiones eandem habent proportionẽ ad uteros, quam fructus ad plantas.Com.in Aph.1.lib.4.

Fomentum eſt ſecuriſsimum remedium, omninóque utile, uel tanquam ſignum ad dignotionem, uel tanquam cauſa ſanitatis oculorum. Com. in Apho.31.lib.6.

Fomentum primò quidem calore ſuo nonnihil præſidij adfert oculorum fluxionibus: ac paulò pòſt auget dolorem, atque ita faciendum indicat. ibidem.

Fomentũ ex hordeo & orobis comminutis, feruefactisq́; in aceto paulò minùs aquato, quàm ut bibi poßit, commendatur ad leniendum dolorem pleuriticum. Com. 2. in lib. de Rat. uict. in mor. acu.cap.5.

Fomentum ex furfure feruefacto in aceto, commendatur in pleuritide. Com.2.in lib. de Rat.uict.in morb. acut. cap.5.

Fomentum ſumi pro calore cuiuſuis rei, qui extrinſecus nobis occurrit, ſiue ab igne, ſiue à balneis, proficiſcatur.Comm.3.in lib.6.Epid. cap.31.

Fomenta calida leniunt oculorum dolorem à fluxione ortum: ſed alteram fluxionem accérſunt.Com.in Aph. 31.lib.6.

Fomenta calida cutem affecti lateris ad perſpirationes rariorem reddunt, phlegmonesq́; ſanguinem tenuant, ac per halitum digerunt. Com.2.in lib.de Rat.uict.in morb.ac.cap.1.

Fomenta calida ſi pleuriticum dolorem non ſoluerint, corpus uniuerſum inſigni aliqua uacuatione præuacuabis.ibidem.

Fomenta ſi dolorem non ſedent, ab eis deſiſtes, ac totum corpus uacuabis. Com. 2.in lib.de Rat.uict.in mor. acu.

acu.cap.9.

Fomenta pulmonem ſiccãt,& ſuppurationem excitant.ibi.

Fomentorum calidorum, alia humida, alia ſicca, alia ex utriſque ſunt miſta. Com.2. in lib.de Ratio. uict.in mor. acut.ca.4.

Fomentorum uſus frequentiſſimus eſt apud Medicos in membris dolentibus:nam & contenta laxant, & repleta uacuant, calfaciuntq; refrigerata.Commen.6.in lib.6. Epid.cap.5.

Fontes hyeme ſunt calidiores.Com.4. in lib. 6.Epid. cap.14.

Fontium pulchritudine, frequentiaq; claruit Romana ciuitas.Commẽ.4. in lib.6. Epid.ca.10.

Formicas morbos, prius eſſe uel noſtris unguibus,uel aliquo linteo duriore,exaſperandos,ac mox inungendos medicamentis.Com.2.in lib. 6.Epid.cap.4.

Fotus omnis ſæpiuſculè auxiliatur doloribus.Com.2.in lib.de ratione uict.in morb. acu.cap.2.

Fotus minimè mordens,humidusq; omni periculo uacat. ibidem.

Fotus humidi quidẽ,phlegmonis ijs, quæ è biliosiore ſucco factæ ſunt, opitulantur: ſicci uerò, ijs quæ à tenui, aquoſoq; ſanguine ſunt ortæ.ibidem.

Fotus ex orobo, uel aceto, uel ſale,niſi propitiam affectionem ſortiantur,malũ ipſum augebunt,utpote qui fortem facultatem poßideant. ibid.

Fotus morſu carentes, aduerſus mordentes ſuccos, ut mordaces, contra craſſos, uiſcidosq;, ualent humores. ibidem.

Fractura dicitur,continui ſolutio in oſſe.Com.2.in lib.de Arti.c.45.& Com.1.in lib. de Fract.cap.1.

Fractura oßis in crure,grauis eſt morbus: qui ut curetur, expedit ut crus contineatur immobile. Canalis autẽ tunc uidetur eſſe ex uſu, dum æger uult ſurgere à lecto.Cõ. 3.in lib.de Offic.cap.18.

Fract

Fracturæ cubiti immodicam conſtrictionem indicat tumor magnus & durus in extrema ortus manu, ſequenti poſt deligationem die. Quòd ſi nullus tumor illic appareat, ſignum erit, nihil humoris fuiſſe ab ipſa deligatione expreſſum. Com. 1. in lib. de Fract. cap. 38.

Fracturæ cubiti moderatam conſtrictionem indicat paruus tumor, mollis, & cedēs, in extrema ortus manu, ſequenti poſt deligationē die. ibidem.

Fracturæ curationem ab extenſione eſſe inchoandam. Com. 1. in lib. de Fract. c. 6.

Fracturæ alicuius inſignis, ſi curatio conueniens ultra ſeptimum diem differatur, periculum eſt ne ex oſsibus aliquod ſyderetur. Com. 3. in lib. de Fracturis, ca. 37.

Fracturarum deligatio, inquire, Deligatio.

Fracturis curandis quatuor operationes inſeruiunt: extenſio nempe, conformatio, deligatio, ac denique poſitio: quibus omnibus una cōmunis inſeruit figuratio mēbri. Com. 1. in lib. de Fract. cap. 1.

Fracturas perfundunt aqua calida medici omnes, dum eas ſoluunt: utpote inſigne ex illa experti remediū. Cō. 3. in lib. de Fract. cap. 37.

Fractum mēbrum immobile, ac in multa quiete ſeruandum eſt. Cō. 3. in lib. de Offi. cap. 17.

Fractum os firmiter callo obducitur, dum materia unde callus gignendus eſt, moderatè tam in quātitate, quàm in qualitate, ſe habet: dumq́; uires ipſam cogentes ſunt ualidæ. Com. 1. in li. de Frac. cap. 42.

Fracti oſsis partes, à manibus conformantis, in contrariam illi, in quam receſſerant, regionem, eſſe reducendas. Cō. 1. in lib. de Fract. cap. 1.

Fracti oſsis partes ut reducantur in proprias ſedes, oportet alteram quidem ſurſum trahere, alteram uerò deorſum: ac dein committere:

alio

alioqui uerendum eſt, ne extantes eminẽtiæ frangantur. ibidem.

Fracti oßis partes, quum ob ſiccitatem genuinam non poſſint perinde ut caro, ſimul coaleſcere, callo quodam circa oras ipſius orto, qui tanquam earum copula exiſtit, iunguntur. Com.1.in lib. de Fract.cap.41.

Fracto oßi duplici faſcia eſſe opus, atque utriuſque circumuolutionem ab affecto loco inchoandam eſſe: indeq́; priorem ſuperius diſtribuendam, alteram uerò, inferius. Com.1.in lib.de Fract. cap.25.

Fractum membrum, ſi poſtridie à deligatione in eius extremis partibus conſpiciatur magnus & durus tumor, ſoluendum eſſe, moxq́; perfundendum hydrelæo copioſo & calido: dein uerò ligandum rurſus, ſed laxius. At ſi ſecunda die nullus appareat tumor, tertia deligatione ſoluta, deligabis rurſus, uehemẽtius faſcias conſtringens. Comm.1.in lib.de Fract.cap.38.

Fractum membrum, in ipſo initio morbi extendendum eſſe: Tertia uerò uel quarta die, dolorem leuandum. Cõ. 3.in lib.de Fract.cap.33.

Fracta oſſa haud quidem ſolidantur ſecundum intimas partes, ſed ſecundum exteriorem ſuperficiem duntaxat. Com.1.in lib.de Artic. cap.65.

Fractis oßibus cibi congruentes ſunt, ptiſana, beta, malua, atriplex, blitum, cucurbita, & piſces, quibus molles ſunt carnes. Comm.1. in lib.de Fract.cap.46.

Fracta oſſa, & perperã conformata, rurſus frangenda eſſe, poſtquàm fota fuerint hydrelæo calido: ac dein compingenda. Cõ.2.in lib. de Oſſi.cap.25.

Fracta oſſa, quàm rectißimè extendenda eſſe. Comm.1.in lib.de Fract.cap.1.

Frangi oſſa cõtingit, uel contuſa ab aliquo duro & graui: uel inciſa ſimul cum ad-

iacente

iacente carne:uel colliſa ob ſaltum ab alto:uel inter luctandum contorta.Com.2.in lib.de Fract.cap.9.
Fraterna cognatione nulla nec coniunctior,nec familiarior exiſtit.Com.3. in lib.de Fract.c.35.
Frictio ſenſim,molliter,multiformitérque adminiſtrata, hoc efficit,ut nullæ inflammationis reliquiæ iam indureſcentes ſuperſint. Com.1. in lib.de Artic.c.32.
Frictio dura,ſui ſimilem carnem reddit, hoc eſt duram, ut mollis mollem. Com.3. in lib.de Offi.ca.25.
Frictio multa,extenuat. ibid.
Frictio moderata,nutrit. ibid.
Frictiones reddunt fibrarum quidem ſubſtantiam,pleniorem: carnium uerò, minorem,ſed ualidiorem. Comm. 3.in lib.de Arti.cap.81.
Frigidæ poſt exercitationes potio,non caret noxa. Com. in lib.de Salubri diæta,c.12.
Frigidæ multæ affuſio, calorem reuocat:quo nomine ſanat tetanum citra ulcus, in carnoſo iuuene, mediaq; æſtate.Com.2.in lib.6. Epid. cap.9.
Frigidam ingrediuntur à balneo calido,qui rectè ualent. Com.3.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.49.
Frigida perfuſione imbecilla corpora debilitantur: in fortioribus autem,calor innatus primò quidem ad interiora refugit:poſtea uerò ad exteriora remeat, multò quàm anteà uehementior. Com.in Aph.15.lib.1.
Frigiditas muſculos, uel neruos thoracis, apprehendens,duritiem quandam eis infert, motūq; ſimilem conuulſioni,quem febris & calida auxilia ſanant. Comm. in Apho.54.lib.6.
Frigiditas extremorum, inquire Extremorum perfrigeratio.
Frigiditas tanta uiuentibus non bis non poteſt ad corporis interna permeare, ut partes illic conſiſtentes indurare ſufficiens ſit. Com.5. in lib.6.Epid.cap.27.

Frigiditas omnis ſingultum efficit, quòd difflationẽ impediens in neruoſis corporibus, ſit in cauſa, ut ipſa replcantur. Comment. in Aph. 13. lib. 6.

Frigiditatem non ſemper conſequitur ſiccitas: ſicuti neq; humiditas. Com. in Aph. 62. lib. 5.

Frigidum facit cutem duriorem, eius denſando ſubſtantiam. Com. in Apho. 20. li. 5.

Frigidum ulceri occurſans, dolorem efficit inſuppurabilem, natiuum calorem refrigerando: & ea difflari prohibet, quæ dolorem efficiunt. ibidem.

Frigidum occurſans mediocriter corpori, auget calorẽ natiuum. Com. in Aph. 22. lib. 5.

Frigidum eſt à noſtra natura alienum. ibidem.

Frigidum maximè aduerſatur fracturis capitis, ut quod non modò oßibus, ſed ipſi quoque cerebro inimicum ſit. ibidem.

Frigidum omne eſt difficulter ſolubile, & uix coctionem admittit, ac proinde diu durat. Com. in Apho. 34. li. 7.

Frigidum perpetuò coctioni renititur, reluctaturq́;. Cõ. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 29.

Frigidi eſt ſtabilia, tarda, & immobilia efficere ea, in quibus trahit moram. Com. 1. in Prorr. cap. 20.

Frigidum nullum corpus difflari facilè. Com. 6. in lib. 6. Epid. cap. 4.

Frigidum affectus frigidos promouet: calidiores diſpungit. Com. 5. in lib. 6. Epi. c. 8.

Frigidum ulceribus mordax, cutem indurat, doloremq́; inſuppurabilem reddit. Cõmen. 1. in lib. de Arti. ca. 55.

Frigida ſi admoueantur ſedi, utero, atque ueſicæ, facilè conſortij lege communicari uentriculo: ac proinde abſtinendum à frigidis in earum partium affectibus eſſe. Cõ. in Apho. 22. lib. 5.

Frigidiores particulæ, citiùs ac magis læduntur ab immodico frigore: ut iuuantur à

calido.Com.in Aph.18.li.5.

Frigus eſt inimicum thoraci. Com.3.in.lib.6.Epi.ca.14.

Frigus corpus contrahens,coarctat uaſa thoracis, & rũpit, ac tuſsim excitat.Com. 3.in lib.6.Epid.ca.14.

Frigus cogit, denſat, ſtipat, aſtringitq́; corpora, quibus occurrit:quo fit ut inſenſiles perſpirationes,manifeſtosq́; effluxus,cohibeat.ibidem.

Frigus quum repentè cogat id quod fuſum eſt, aliquam ſolutionem continui facit. Cõ. 3.in lib.de Fract.cap.34.

Frigus conuulſionem parit. Com.2.in Prorrh.cap.32.

Frigus circunſtans, externas quidem partes refrigerat, condenſatq́;: penitiores autem,nõ item.Cõ.6.in lib.6. Epi.cap.4.

Frigus circunſtans, ſi internas æquè ac externas corporis partes refrigeret, uires animalis diſſoluet:ſi uerò tantùm ſuperficiarias, efficiet ut interiores ſua priſtina temperatura calidiores euadant. Com.6. in lib. 6.Epid.cap.4.

Frigus aſtringit. Comm.2.in lib.Progn.cap.38.

Frigoris hyberni cauſa eſt Sol, dum obliquus, humilis, & breui tempore ſupra terram fertur.Com.1. in lib. de Natu.hum.cap.44.

Frigore inualeſcente, caput quidem erit leuiſsimum,cæterum thorax pulmoq́; laborabunt.Comm.1.in lib.1. Epid.cap.8.

Frigora calidis & ſiccis morbis ſuperuenientia, minimè curationem recipiunt. Com. 1.in lib.3.Epid.cap.7.

Frumentum Græcis eſt σῖτος: quo nomine triticum quidem præcipuè, ac dein hordeum, & zeam, comprǽhendunt. Com.1.in lib.de Rat. uict.in morb.ac.cap.18.

Fruſtra & temere ſcribi ea, quæ uel nõ ſcripta,ſunt uniuerſis notiſsima. Com. 1. in Prorrh.cap.2.

Fulcimenta dicuntur, quæ ijs membris, quæ non mouentur, admoueri ſolent. Com. 3.in lib.de Offi.cap.36.

Fulcimenta ſunt, quæ ab ipſa continentur deligatione. ibi.

Fuligo eſt flammæ excrementum, exhalatioq́; materiæ terreæ, ac planè exuſtæ Gal. contra Lycum.

Fuliginoſa excrementa fiunt in ſanguine ob caliditatem inſitam, præcipuè ſi ille calidior ſit: quæ quidem excernuntur à corde per expirationem: à reliquo uerò uniuerſo corpore, per arteriarum ſyſtolen. Com. 6. in lib. 6. Epi. cap. 2.

Fuliginoſa excremēta gignūtur à caliditate. Com. 6. in lib. 6. Epid. cap. 3.

Fulmina extrudi interdum in ſublime, aliquando in obliquum, nonnunquam in terram: atque hanc ſolam fulminum delationem percipi à nobis: cæteras nos latêre. Excuti autem fulmina, dum nubes inter ſe cōcurrentes, igneum id, quod in ipſis concluſum eſt, intra ſe compellentes, compingentesq́;, omnino denſauerint. Com. 4. in lib. 6. Epid. cap. 19.

Fumus eſt excrementum flammæ, eſtq́; exhalatio materiæ ſemiuſtæ, quæq́; ex miſtura humidæ ac terreæ ſubſtantiæ conſtat. Gale. con. Lycū.

Fumus, quò magis eius ſubſtantia augebitur eò magis oculos uellicabit atq; mordebit. ibidem.

Fumidus aër lachrymas excitat. ibid.

Functiones lædi à uehementibus intemperantijs. Com. in Apho. 22. lib. 2.

Functionū noxas, nihil intereſt affectus uoces, aut ſymptomata. Comm. 1. in lib. 3. Epid. cap. 4.

Fungorū eſus glutinoſos ſuccos generat. Com. 6. in lib. 6. Epid. cap. 5.

Furfurea excrementa urinæ, ueſicam laborare ſcabie ſignificant, quando uenæ nullum affectum habent. Com. in Apho. 77. lib. 4.

Furfurea feruntur aliquando ex uenis, quum earū tunica patitur: uel quum ſanguis, qui in ipſis continetur, à febre ardente peruritur. ibid.

Fur

Furfures auferuntur à tritico, aut tenuibus cribris poſt molitionem: aut ante molituram eloto tritico. Com.2.in lib.de Arti.cap.41.

Furor nunquàm à pituitoſo humore ortum habet, ſed ab irritante, & mordente, cuiuſmodi eſt flaua bilis, & melãcholicus humor, ſupra modum aſſatus, aut putrefactus. Com.in Apho.56.lib.6.

Furorem fieri, quum ſanguis feruens ad caput tollitur. Com.in Apho.40.lib.5.

Furores ob tenuium & bilioſorum humorũ eueniunt malignitatem. Com.in Aphor. 22.lib.3.

Futurorũ præcognitio utiliſſima eſt. Com.1.in Prognoſt. cap.4.

G

GAlea Perigenis eſt genus uinculi, opportuniſſimũ, ubi caput & malæ ſunt plurimis in locis conuulnerata. lib.de Faſc.c.28.

Galenus prædixit Eudemo ſolutionem trium quartanarum. Com.3. in lib.1. Epide. cap.17.

Galenus pernoctare apud ægros ſolebat, dum miniſtrorum diligentia erat illi ſuſpecta. Com.1.in libr.de Fract. cap.21.

Galenus uſus eſt præceptoribus tum Satyro, tum Feciano. Com.1.in li.3.Epi.c.29.

Galenus Commentarios ſuos omnes, in gratiam amicorũ conſcripſit. Præfa.Com.1.in lib.6.Epid.

Galenus erudiebatur apud Smyrnam. Com.1.in libr.de Art.cap.24.

Galenus ſecundum & trigeſimum annum natus, ab Smyrna ſe cõtulit Romã. ibidem.

Galenus ex pulſu deprehendit adoleſcentis amorem. Cõ. 1.in Prog.cap.8.

Galenus nihil unquã in ægrorũ uſum inſtituit, cuius apud ſe priùs non feciſſet periculum. Com.2.in libr.1.Epide. cap.50.

Galeni præceptores fuere Pelops, & Satyrus. Cõ.2.in li. de Nat.hum.cap.6.

Galeno ſignificabant omnia quæ præter hominum opinionem euenire cernebant, Medici omnes Romani, atq; circumuicini. Com.1. *in lib. de* Arti.cap.24.

Galeno receßit clauis ab humeri capite, intercapedine quatuor digitorum: ac tandem fuit accuratè repoſita. Com.1.in lib.de Arti.ca.62.

Galli ſunt temperamento frigidiore. Commenta.3.in lib.3. Epid.c.70.

Ganglia ex lento & muccoſo humore ortum habent: atque circa partes chartilaginoſas & neruos produci ſolēt. Cō. 2.in lib.de Arti.cap.54.

Gangræna ingens eſt initium ſyderationis. Com.4.in lib. de Artic.cap.17.

Gangræna ex magnitudine inflammationis prouenit. Cōmen.4.in lib.de Arti c.16.

Gangræna inter magnā inflā mationem, atq; ſyderationē exiſtens media, tanto eſt deterior inflammatione, quanto ſyderatione leuior. Com. 4.in li.de Art.c.17.

Gangræna imminet putrilaginoſis inflammationibus, ſuperato iam per ipſas naturali calore, atque extincto propemodum. Com.2.in lib. 6.Epid.c.30.

Gangrænam propriè uocari, morticinium carnoſæ particulæ, ob magnitudinem inflammationis obortum. Commen.in Apho.50.lib.7.

Gangrænam, hoc eſt, carnoſarum partium corruptionem, completam quidē ita, ut pars iam mortificata ſit, reſtituere eſt impoßibile: incipientē autem, poßibile. ibidem.

Gangrænas uenarum uocat Hippocrates, *quum illæ ex nimia inflammatione emoriuntur.* Commen.2.in lib.de Fract.cap.24.

Gemellorum diſcrimen non diſcernet, qui ſemel aut bis eos uiderit, perinde ut ij, qui cum eis diu fuerint uerſati. Commen.1.in Prognoſtica, cap.8.

Genæ rubent in purulentis, propter calorem pulmonis, atque etiam tuſſedine. Com.

2.in

2.in Progn.cap.60.
Generatio noſtra eſt ex humido.Commenta.in Apho.14.lib.1.
Generationis omnium animalium initia eſſe calidum, frigidum, humidum, ſiccum.ibidem.
Genu ſignificat anteriorem partem articuli in crure exiſtentis. Commen.2.in lib.de Fract.cap.66.
Genu articulatio ex duobus oßibus inter ſe commiſsis, conſtituta eſt: nempe femoris, atq; tibiæ.Com.3.in lib. de Fract.c.52.
Genu articulatio, inquire Femur.
Genu articuli anterior pars à patella, quam μύλην, & ἐπιγονατίδα uocant, & à quodam muſculo arctatur. Commen.3.in lib.de Fract. cap.61.
Genu articuli poſterior pars, à capite muſculi tibiam flectentis, reprimitur. Qui muſculus, quòd exiguus ſit, & in ipſa iunctura occultetur, complures fefellit artis diſſectoriæ peritos.ibidem.
Genu articulatio, quòd laxior ſit, promptior etiam, quàm cubiti, ad luxationes exiſtit. Commen.3.in lib.de Fract. cap.59.
Genu articulus duplex eſt. Commenta.1.in lib.de Arti. cap.1.
Genu articulus neruoſa quædam extrinſecus ligamenta ſortitur.Commen.4.in li.de Arti.cap.42.
Genu articulus non uertitur huc & illuc, ut cubiti articulus: ſed tantùm flectitur. Commen.2.in lib.de Fracturis, cap.66.
Genu articulus ſolus iuſtam undequaque naturam ſortitur. Commenta.3.in libr.de Fract.cap.53.
Genu articulationem fulcit chartilago inter capita femoris, tibiæq; aptè conſtricta. Commen.3.in lib.de Fract. cap.52.
Genus Regum & Sacerdotum ut permaneret, ſtudioſè curabant Græci: idq; ideo, ut liberi in parentum munia

ſuccederent.Com.in Apho. 59.lib.5.
Geranis eſt genus uinculi,iiſdem accommodatum,quibus ſpica etiam uinculũ.li.de Faſci.cap.74.
Germani non ſunt flaui,ſed rufi.Comm.in lib.de Salubri diæt.cap.6.
Germani ſunt temperamento humidiore.Com.3.in libr.3. Epide.c.70.
Gibba fit ſpina aliquãdo propter ictũ aut caſum:aliquando propter quædam tubercula dura,quæ in parte anteriore conſiſtunt.Comm.in Apho. 46.lib.6.
Gibbi ex aſthmate, aut tuſsi ante pubertatem effecti, citò moriuntur, quum in eis thorax minimè unà cum uiſceribus augeatur, ac proinde magna anguſtia premantur reſpirationis organa.ibidem.
Gibbis eſt in partem poſteriorem conuexa ſpina.ibidem.
Gibboſitas omnis ſponte adueniens,propter dura tubercula, concoctuq; difficilia, accidit.ibidem.
Gibboſi ad lumbos,coxas graciliores ſortiuntur, quàm qui ſunt gibbi in ſupernis partibus. Comm.3.in lib.de Arti.cap.11.
Gibbo recuruum opponitur. Commenta.in Aphoriſ.46. lib.6.
Gibbum ſi contraxerint partes ſpinæ, conſiſtentes prope os ſacrum,iuuare aliquid poterit ſuſpenſio ex pedibus ſuper ſcalam.Commentario tertio in lib. de Arti. cap.21.
Gignent quidem optimè temperati, uel ſi cum intemperatis coëãnt: intemperati autem nequaquam, niſi optimè temperatis miſceantur.Commenta. in Aphoriſ. 62.lib.5.
Glabrities indicat iuſto frigidius temperamentum.Commenta.3.in libr.3. Epidem. cap.70.
Glabros minùs difflari, quòd ſint frigidiori temperamento.Commentario 2.in lib.1. Epid.

Epid.cap.78.

Glaucedines accidunt ſenibus,propter immodicam ſiccitatem inſtrumentorum:& quia ſpeciem habent ſuffuſionis.Commen.in Apho.31. lib.3.

Glaucij uinculum ad caluariam continendam accommodatur. libr. de Faſc. capi.14.

Gloſſocomum appellari ab Atticis arculam illam, in quam res utiliores,ſcriptáque recõdunt homines: ſumi tamen pro machina,ſiue canali,in quo fractum crus collocatur.Commentario ſecundo in libr.de Fracturis,capite 64.

Gloſſocomum non ita comprehendit crus fractum, quin aliquod ſpatium uacuum, inter ſe,& illud,relinquat.ibidem.

Gloſſocomum rectè fuiſſe à Medicis recentioribus excogitatum. Commentario ſecundo in libr.de Fractu.capi.75.

Gloſſocomo utimur ad crura confracta, quando æger uult aut deijcere,aut ſe ab uno ad alium lectum transferre.Com.2.in lib.de Frac. cap.64.

Gloſſocomum,inquire Canalis.

Glutinoſum mediocriter eſt, quod concoquitur.Com.1. in lib.de Rat.uic.in morb.acu. cap.33.

Γλυκέαν uocari ſuem, quum Dijs immolatur. Commentario tertio in lib.de Fract. cap.51.

Γναθον anatomici eam partem nominant, quæ ſub mala eſt. Commentario ſecundo in libr. de Articu.capit.1.

Gongri ſunt excreſcentiæ in arboribus.Commentario tertio in libr.6. Epidemion, cap.14.

Gongronas uocari excreſcentias quaſdam cum duritie rotundas.ibidem.

Graciles tardiùs,quàm craßi, ad mortem perueniunt: à

cauſis tamen exterioribus promptè offenduntur. Com. in Aphor. 44. lib. 2.

Graciles ſunt magna ex parte bilioſi. Com. in Aphor. 6. lib. 4.

Graciliores natura, temperamento ſunt ſicco prædit. Commen. 1. in lib. de Artic. cap. 27.

Graciles eſſe uenoſos. Comm. 4. in lib. 6. Epid. cap. 25.

Gracilia ob alimenti penuriã membra, eis quæ ſuo naturali habitu prædita ſunt, exanguiora uidentur. Com. 3. in lib. de Off. cap. 32.

Gracilia membra, inquire Extenuata.

Gracilitas ex carnium defectu naſcitur. Comm. 4. in lib. 6. Epid. cap. 25.

Gracilitas, inquire Attenuatio, atque Extenuatio.

Grauedinem uocant Medici *humorem tenuem & crudum, excretum per nares.* Com. 2. in Prog. cap. 49.

Grauedines in ualde ſenibus non concoquuntur. Com. in Apho. 34. lib. 2.

Grauedines non eſſe bona indicia. Commen. 2. in Progn. cap. 49.

Grauedines nõ aliunde, quàm à capite, oriri. Com. 3. in li. 6. Epid. cap. 10.

Grauedines quaſdam exiguas ab externis nonnunquam oriri cauſis. ibidem.

Grauidarum febris frequẽter reuerti ſolet. Com. in Apho. 55. lib. 5.

Grauidis quæ excretiones fiunt, non à uenis, quæ in cauitate uteri, ſed ab iis, quæ in collo matricis ſunt, proficiſcuntur. Com. in Aph. 60. lib. 5.

Grauidis non poſſunt Medici *forti remedio auxiliari: neq; exquiſita uictus ratione conſulere.* Cõ. in Apho. 55. lib. 5.

Grauia uideri membra, intereunte ſuſtentatrice & motrice corporum facultate. Com. 3. in lib. 3. Epid. c. 67.

Grauitas fit ex plenitudine. Com. 2. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 10.

Grauitas partium, maximũ, præcipuumq; indiciũ eſt imbecil

becillitatis facultatis motri=
cis. Commen.2.in Prognoſt.
cap.7.
Gula ſi phlegmone corripia=
tur, letale. Commen.2.in lib.
Epid.cap.14.
Guttur, ſi phlegmone corri=
piatur, letale. ibidem.
Gutturis uenæ ſunt anguſtio=
res alijs. Comm.4.in lib. de
Rat.uic.in morb.ac.c.30.
Gutturis tunica uoluptatẽ ex
deuoratis percipit. Comm.3.
in lib. de Rat.uict.in morb.
acut.cap.11.

H

Habitus athletarum
ad extremam per=
uenit repletionem.
Com.in Aph.3.lib.1.
Habitus utilis ad naturæ ope=
ra, nec ſummè plenus, nec
obnoxius periculo, exiſtit.
ibidem.
Habitus ſimpliciter bonus, ad
immodicam repletionem nõ
peruenit. ibidem.
Habitus ſignificat corporis
ſtructuram, compoſitionẽq;.
Com.2.in lib. de Rat.uic.in
mor.ac.c.31.& 47.
Habitus inter pronum atque
ſupinum medius, quo nimi=
rum mortales maiori ſuæ
ætatis parte degere ſolent,
aliorum omnium eſt à dolo=
re excitando maximè alie=
nus. Commenta.3. in libr. de
Offic.cap.20.
Habitum naturæ utilẽ, haud=
quaquam ſoluere expedit.
Com.in Apho.3.lib.1.
Habitum ad corporis conſtitu
tionem referimus: utpote
quum quis uel mollis, uel du=
rus fuerit. Com.4.in libr. de
Rat.uic.in mor.ac.c.25.
Hæmorrhoides ſæpe melan=
choliam perſanarunt. Com.
2.in lib.6.Epid.c.14.
Hæmorrhoides profluẽtes, ſa
nant melancholicas paßio=
nes. Commentario in Apho.
25.lib.4.
Hæmorrhoides fluunt, inter=
dum quidem, natura expur=
gante melancholicum ſuc=
cum, quandoque etiam ple=
nitudinem ſanguinis eua=
cuante: nonnunquam ore ip=
ſius uenæ adaperto, ab im=
petu ſanguinis in eam de=

cumbentis, abſque aliqua prouidentia, uel conatu naturæ. Commen.5.in libr.6. Epid.cap.25.

Hæmorrhoides ſuppreſſæ alũt uel melancholiam, uel phthiſim, uel hyderum, uel ſcirrhos, uel cancrum, uel elephantum. Com.3.in Prorrh. cap.39.

Hæmorrhoides ſanguinẽ craſſum euacuant, humore melancholico plenum. Commentario in Aphoriſmum 11. lib.6.

Hæmorrhoides melancholiam incipientem prohibent, & iam factam curare ſunt uiſæ: necnon induratum lienem. Commen. 6. in libr.6. Epid.cap.8.

Hæmorrhoides melancholiæ conferunt. Commen.5.in lib. 6. Epid.cap.25.

Hæmorrhoides euacuãt quod eſt ueluti fæx ſanguinis. Commentario in Aphor.11. lib.6.

Hæmorrhoides fiunt ab atra bile, quando ad uenas quæ in ſede ſunt, repentè decumbit. Commenta.in Aphoriſ. 30.lib.3.

Hæmorrhoides melancholicam tantùm cacochymiam euacuant. Commentario tertio in librum Epidemion, cap.37.

Hæmorrhoidum uacuatione excretis uitioſis ſuccis, ſuboriuntur interdum quidam habitus mali, decolorationes, atq; hydrops: nunquàm autem pleuritis, neq; peripneumonia, neque phagedæna, neque dothien, neque terebinthus uocatus tumor, ac fortaſſe neque lepra. ibidem.

Hæmorrhoidibus ſuppreſſis multos fuiſſe correptos inſania. Commentario quinto in librum ſextum Epidem. cap.25.

Hæmorrhoidibus perfluentibus, poſt prauum ſanguinem contingit probum uacuari, niſi uas occludatur. ibidem.

Hæmorrhoidas aperiri ab acri

acrimonia humorum, qui purgãtur à medicamine melancholicis propinato. Com. in Apho.47.lib.6.
*Hæmorrhoidas, ſi claudantur in melancholicis, eſſe aperiendas.*Commen.5.in lib.6. Epid.cap.25.
*Hæmorrhoidas aut nimis fluere, aut ex toto ſupprimi, periculoſum.*Com. in Apho. 25.lib.4.
*Hæmorrhoidas fieri impoßibile eſt, quin propter multitudinem & craßitudinem ſanguinis aperiantur ora quarundam uenarum, per quas hepar deponit fœculentum & melancholicum ſanguinem.*Com.in Aph.12. lib.6.
*Hemorrhoidas intempeſtiuè curari ab ijs, qui neque uena per circuitus ſecta, nec aluũ cientibus medicamentis, neque exercitatione, prius corpus euacuant: neque ex eis unam ſaltem relinquunt, ſed omnes unà tollunt.*Com.3.in lib.6.Epid.cap.38.
*Halitus inſpiratio eſt idonea ſolis laterum doloribus ſiccis, ex quibus nihil expuitur.*Com.2.in lib.de Ra.uic. in mor.ac.cap.4.
Hallucinamur in proprijs, in alienis oculatißimi. Com.4. in lib.6.Epid.cap.10.
Hallucinari quidẽ nunquàm, ſupra captum hominis eſt: quàm minimè autem errare, eſt ſolius artificis. Com.3.in Prog.cap.42.
Harenoſa cum urinis exeunt, ſiue in renibus, ſiue in ueſica gignantur calculi. Comm.in Apho.79.lib.4.
Harmoniæ meritò nominãtur commiſſuræ caluariæ. Com. 3.in lib. de Offi.cap.36.
*Hebetudo uiſus, auditúsque propter potentiæ ſenſibilis imbecillitatem accidit ſenibus.*Com.in Apho. 31.lib.3.
*Hectica febris ſimilis in ſeipſa manet, calorem obtinens, perinde ut calx, debilem cõtingentibus.*Com.2.in Prog. cap.60.
Hecticæ febri Galenus uidit mistam aliquam ex periodicis, uel tertianam, uel quotidia

tidianã,in nonnullis ægrotis. Cõ.3.in lib. 1. Epid.cap.9.
Hectica laborantium partes ſolidæ ignitæ redduntur.Cõ. 2.in Prog.cap.60.
Hecticæ febres occupant ſolidas corporis partes: neque à putri humore oriuntur. Com.1.in Prorrh.cap.33.
Hecticæ febres ſunt exquiſitè ſiccæ. Gal. contra Lycũ.
Hecticæ febres ſolidiores potiſsimùm partes occupant. Com.2.in Progno.cap.60.
Hecticarum calor poſt cibum & potũ reaccẽditur:quemadmodum in perfuſa calce contingit.ibidem.
Hecticarum calor eſt tenuis, noctu tamen exaſperatur. ibidem.
Hecticum morbum fieri, ægrotantibus ſolidis corporis partibus. Comm.2. in lib.1. Epid.cap.46.
Helodes febres ſunt in ſummo humidæ. Galenus contra Lycum.
Hepar gignit promptè in ambiente membranula ueſiculas plenas aqua.Commen.in Apho.55.lib.7.
Hepar dolet ob obſtructionẽ, mediocriter tamen, & cum quodam ponderis ſenſu.Cõ. in Apho.52.lib.7.
Hepar munus attrahit, propter frigiditatem.Comm.in Apho.20.lib.2.
Hepar eſt ueluti focus quidã, & fons facultatis coctricis. Com.2.in Prog.cap.27.
Hepar per magnas uenas uidetur copulatum lieni, uentriculo,& inteſtinis.Comm. 2.in Prog.cap.1.
Hepar concoquit à uentriculo elaborata.Cõ.2.in Prog.c.1.
Hepatis uehemẽs dolor abſq; febri, fit à flatulento ſpiritu.Com.in Apho.52. lib. 7.
Hepatis facultas, ſanguifica eſt.Cõ.5. in li.6.Epi.ca.1.
Hepatis humor præcordijs incidens,anguſtiam pulmoni inducit: ob idq; aridam tuſsim excitat. Comm.2.in Prog.cap.2.
Hepatis dolorem uehementẽ cum inflammatione,comitatur omnino febris,Comm.in Apho.52.lib.7.

Hepa

Hepatis in tunica tantùm qui ſuppurati ſunt, nihil patiente ſubſtantia uiſceris, ſaluantur omnes, ſi urantur: moriũtur autem, quibus uſq; ad carnẽ hepatis corruptio ipſa pertingit. Com. in Aph. 45. *lib.* 7.

Hepatis fibram abſciſſam ſanatã fuiſſe, Galenus *ex opinione aliorum recenſet.* Cõ. *in* Apho. 18. *lib.* 6.

Hepatis dolor uehemens fit, uel propter inflammationẽ, uel propter ſpiritum flatulentum. Comm. *in* Apho. 52. *lib.* 7.

Hepatis actio eſt generatio ſanguinis, & humorum. Cõ. 2. *in* Prog. *cap.* 6.

Hepatis calor gignit ſanguinem, indigetq́; perſpiratione. Comm. 5. *in lib.* 6. Epid. *cap.* 5.

Hepatis inflammatio & obſtructio, repentè fieri poſſunt. Cõ. *in* Aph. 62. *lib.* 4.

Hepatis carnoſa quidem pars inflammata, grauis editur dolor: tunica uerò, uel uaſis, ... utus. Cõ. *in* Apho. 5. *lib.* 6.

Hepati non condoleſcunt neruorum propagines, quum nimis neruis ſit præditum. Com. 2. *in* Prorrh. *ca.* 45.

Hepar eſſe fontem facultatis, quæ ineſt uenis. Comm. 2. *in in lib. de* Rat. *uict. in morb. acu. cap.* 47.

Hepar interdum demittere in uentrem, totius corporis excrementa. Com. 2. *in* Progn. *cap.* 13.

Hepar expurgari per aluum, quàm per uomitum, ſatius eſt. Purgari *etiã poteſt per renes, atque ueſicam.* Com. *in* Aph. 21. *lib.* 1.

Hepar, inquire Iecur.

Hepate phlegmone affecto, æruginoſus gignitur ſuccus. Com. 1. *in* Prorrh. *cap.* 10.

Hepatica dyſenteria, inſigne cibi faſtidium gignit. Com. 4. *in lib. de* Arti. *cap.* 41.

Hepaticæ deiectiones ſolent eſſe muccoſæ. Com. 3. *in lib. de* Arti. *c.* 66.

Hepaticis nonnullis excerni excrementa tenuia, & morſu carentia. Com. 2. *in* Pror. *cap.* 45.

Hepſe

Hepſema, inquire, Sapa.
Heraclidem Tarentinum ſtudioſiſsimum ueritatis Galenus prædicat. Com. 4. in lib. de Artic. cap. 42.
Herbiuora deteriora eſu redduntur, ubi eis uirides herbæ non ſuppetunt. Com. 4. in lib. de Rat. uict. in morb. acu. cap. 101.
Herpeti exeſo calidum auxiliatur, quamuis ab humore bilioſo fiat: nam propter ulcerationem, frigidum eſt ei inimicum, ut quod ipſi mordax exiſtat. Com. 1. in lib. 3. Epid. cap. 17.
Herpetes dicuntur ea ulcera, quæ ſummas tantùm cutis partes exedunt. Commen. in Apho. 45. lib. 6.
Hianti ore dormire ægrotum, cubareq́; ſupinum, cruribus inflexis, atque diſtractis, letale. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 29.
Hiare inter dormiendum, arguit imbecillitatem muſculorum claudentium os. Com. 1. in Prog. cap. 17.
Hiare plurimùm, non niſi ſtulti ſolent. Com. 2. in lib. de Arti. cap. 9.
Hiera ex colocynthide, helleboróque, abſq; ſcammonio, ijs qui pharmacum purgatorium aſſumere poſſunt, optimum medicamen exiſtit. Com. 2. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 11.
Hippocrates maiores ſuos ſuperauit, in uirium cuiuslibet ſimplicis medicamenti inuentione. Com. 3. in Prorrh. ca. 69. quod caput in Græco exemplari eſt idem cum 18.
Hippocrates primus omnium rationem inſtituendi uictum tradidit. Comm. 2. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 36.
Hippocrates primus omnium nouit naturam dierum decretoriorũ, expoſuitq́; cauſam generationis eorum. Cõ. 3. in Prog. cap. 1.
Hippocratis filij fuerũt Draco, & Theſſalus: quorum uterque genuit filios nominatos Hippocrates. Comm. 2. in lib. de Nat. hum. cap. 1. & Com. 2. in Prorr. ca. 17.
Hippocratis tempore chirurgia,

gia,quæ medebatur luxatis, optimè docebatur.Com.1.in lib.de Arti.ca.24.

Hippocratis tempore fuiſſe homines tẽperãtiores, quàm Galeni temporibus. Cõ.2.in lib.de Fract.cap.27.

Hippocratis lingua, inquire Atticam.

Hippocrates duos fuiſſe: unum, cuius pater fuit Gnoſidicus: alterum, qui ſummus Medicus inter Græcos eſt habitus. Comm.in lib.de Fract.cap.1.

Hirſutiora corpora, cutem rariorem ſortiuntur,itemq́; genus carnoſum. Commen. in libr. de Salubri diæta, cap.29.

Homonyma dicuntur ea nomina,quæ de pluribus ſpecie differẽtibus prædicãtur.Cõ. 3.in lib.de Offi.cap.24.

Homonyma eſſe duplicia:aliqua quidem nullo pacto inter ſe communicantia: alia uerò,quæ cum ſynonymis aliquatenus communia exiſtunt.Com.4.in lib.de Rat. uic.in morb.ac.cap.13.

Homonyma eſſe, quæ unum quidem habent ſignificatũ, ſed ex ipſius diuiſione ad plures differentias deducuntur.ibidem.

Homonymas dici res ipſas, de quibus nomina æquiuocè prædicantur. Com.3. in lib. de Offi.cap.24.

Horam per excellentiam ſummi pro æſtate,hoc eſt, pro eo anni tempore, quo horarij fructus matureſcunt, & abſoluuntur:tametſi interdum cætera anni tempora ſoleat ſignificare.Com.4.in lib.6. Epid.cap.19.

Hordeaceæ polentæ ſiccant, atque refrigerant. Cõ.4.in li.de Ra.ui.in mor.ac.c.113.

Hordeum probatiſſimũ ex eo ſolùm iudicatur, quòd & plenũ ſit, & nihil rugoſum in ſe contineat.Cõ.1.in li.de Rat.uic.in mor.ac.ca.28.

Hordeum optimum & intumeſcit plurimũ, & plurimũ ſucci reddit.ibidem.

Hordeum eſt temperamento frigidum.Cõ.1.in lib.de Ra. uic.in mor.ac.cap.30.

Hordeum madefactum, faciliùs decorticatur. Com. 2. in lib. de Artic. cap. 41.
Hordeum refrigerare percipitur. Com. 5. in lib. 6. Epi. cap. 33.
Horror eſt ſimilis mari, dum incipit iam turbari, & inæquale reddi. Com. 3. in lib. 6. Epid. cap. 29.
Horror accidit, prauis humoribus cutem permeantibus. Com. in Apho. 56. lib. 7.
Horreſcunt omnes, qui prauorum humorum copia redundant, dum repentè & plurimùm incaleſcũt. Com. 3. in lib. 6. Epid. cap. 26.
Horrificam febrem, à bilioſo & pituitoſo humore produci. Com. 3. in lib. 1. Epid. c. 5.
Hoſtia eſt ciuitas Romæ uicina. Com. 1. in lib. de Artic. cap. 24.
Humanorum membrorum naturam eſſe caninæ perſimilem. Com. 4. in lib. 6. Epid. cap. 7.
Humeralis uena ſubiecta eſt deltoidi muſculo, & ei qui à pectore proficiſcitur. Com. 1. in lib. de Arti. cap. 54.
Humeraria uena ſecatur in oculorum doloribus. Com. 6. in lib. 6. Epid. cap. 5.
Humeraria uena ſuperiores clauicularum partes, eaſq; quæ & in collo, & capite exiſtunt, magis ac uelociùs euacuat. Comm. 2. in lib. de rat. uict. in mor. ac. cap. 10.
Humerariam uenam eſſe ſecãdam in pleuritide, ubi nec media, nec axillaris, cernitur. ibidem.
Humerariæ uenæ, ab ipſa caua, poſtea quàm in iugulares eſt fiſſa, utrinq; unà, extra thoracem gignuntur: habentq; radices, ijs quæ in ſuperficie extant iugularibus communes. ibidem.
Humerus dicitur tota ea pars, quæ circa iuncturam brachij cum ſcapula eſt ſita. Comm. 1. in lib. de Art. cap. 4.
Humerus ad anteriora prolabitur, dum brachium duplicatur à colluctante. Com. 1. in lib. de Art. cap. 24.
Humeri repoſitionẽ per ſcalam, meliorem eſſe illa, quæ per

piſtillum adminiſtratur.
n. 1. in lib. de Arti. ca. 17.
meri ſummi concauitas,
n auulſione communis eſt.
m. 1. in lib. de Off. c. 1.
meri luxatio ad alã, tribus
ſtituitur actionibus: pri-
a, qua articulus ad anterio
ducitur: ſecunda, qua in
periorem partem: tertia,
ua retro reducitur. Com. 1.
n lib. de Arti. cap. 7.
umeri luxatum articulum,
poſt repoſitionẽ ſtabilit glo-
bus lanæ axillæ ſuppoſitus.
Com. 3. in lib. de Offi. c. 36.
Humeri articulus à ſuperna parte munitur carnoſitate deltoidis muſculi. Com. 1. in lib. de Arti. cap. 1. & 4.
Humeri articulus eſt luxationi opportunus. Com. 1. in li. de Art. cap. 60.
Humeri articulus cæteris prõptiùs excidit, quia ſimplex eſt & non duplex, ut genu: & quia brachij caput magnum exiſtens, abſq; aliqua oblonga ceruice, in ſinum nõ admodum excauatũ inſeritur. Cõ. 1. in lib. de Arti. c. 1.
Humerum auulſum, elatumq́;, comprimemus uehementer, donec in priſtinam ſedem redeat. Commen. 2. in lib. de Offic. cap. 26.
Humerum quum deligamus, per utranq; axillam faſciæ circunducendæ ſunt. Com. 2. in lib. de Offi. cap. 17.
Humerum in anteriorem partem luxatum, uidit Galenus, ſemel quidem, in Aſia: quater uerò, Romæ. Comm. 1. in lib. de Arti. cap. 24.
Humerum ad inferna luxatum reponi, ſi calce & pila prematur. Com. 1. in libr. de Arti. cap. 12.
Humero luxato, epomidem tenuiorem reddi, quòd partes deltoidis muſculi imbecilliores fiant, ac minus alantur, utpote ob immobilitatem illius frigidiores effectæ. Commen. 1. in li. de Art. cap. 61.
Humeri, quibus à natiuitate luxati ſunt, ijs neceſſariò ſunt brachia exigua. Commentario primo in libr. de Arti. cap. 59.

Humidorum omniũ ſunt exic=cantia omnia auxilia. Com. in Apho.59.lib.7.

Humidis conuenit ſiccior ui=ctus ratio.Com.in lib.de Sa=lubri diæt.c.5.

Humidiores particulæ citiùs abſumuntur in cuiuſq; ani=mãtis corpore.Com.in Aph. 59.lib.7.

Humiditatem, cibi uehiculum nõ cibum,eſſe,cenſuerũt pro batiſsimi Medicorum. Com. 3.in lib.de Rat. uic.in mor. ac.cap.17.

Humiditates excedentes mo=dum, ſunt habiles ut putre=ſcant. Comm. in Aphor. 11. lib.3.

Humor putreſcens in corpore ueluti quædam materia eſt, à ui caloris patiens. Com. in Apho.11.lib.3.

Humor nutriens aliquam par tem, ſimilis eius naturæ exi=ſtit.Com.in Apho.39. lib.5.

Humor omnis alienus à natu=ra corporis, in quo contine=tur,corrumpitur, præcipuè ſi non in calido deliteſcat lo co,Com.in Aphor.12.lib.2.

Humoris ſurſum uergentis in=dicia ſunt,hebetudines oculo rum,ſplendorq; ac præterea intenta ilia, abſque inflam=matione, & dolore. Com.3. in Prog.cap.33.

Humorem ſuperabundantem cognoſci ex eo qui in toto corpore præter naturam co lor repræſentatur:præterea ex ſymptomatis, morbo, tempore,regione,ætate,con ſtitutione,natura ægri,indu ſtria,& uictu.Com.in Aph. 2.lib.4.

Humorem utilem genitum ab aliqua parte, aut in uſum aliarum partium,aut ad pro pagationem generis, aut ad nutritionẽ fœtus, eſſe uelut ſuperfluitatem alimenti par tis ipſum gignentis. Com. in Apho.39.lib.5.

Humorem illum uacuari pri=mò,qui familiarior medica=mento purganti eſt: dein il=lum, qui promptius trahen=ti obſecundat. Com.1. in lib. de Natu.hum.cap.38.

Humore ab una in alteram transfluente particulam, in utraque

utraque intemperiem gigni. Com.1.in libr.de Nat.hum. cap.30.
[H]umores omnes ſunt humidi, alij magis, alij minus, pro ratione miſturæ quatuor elementorum, ex quibus conſtantur. Com.in lib.de Natura hum.cap.33.
[H]umores calidi, per excretionem: frigidi, per abſceſſum uacuantur. Com.3. in Prog. cap.29.
[H]umores craßi frigidique ægriùs diſcutiuntur, quàm calidi & tenues: præcipuè ſi ambiens ſit frigidus.ibidem.
Humores craßi incaleſcentes, flatum ſibi ſimilem generãt. Com.3. in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.2.
Humores ad caput ſublati, calidi quidem & tenues, deſipientias & ſanguinis eruptiones procreant: craßi autem, & frigidi, tum comata, tum parotidas. Commẽ. 3. in Prorrh.cap.76.
Humores uniuerſi ad commotam & calfactam ſedẽ faciliùs permeant. Comm.2. in Prog. cap.67.
Humores calidiores, ſupernas inuadunt corporis partes: ut frigidiores, infernas. Commen.1. in libr. 1. Epid. cap.11.
Humores corporis dicuntur calidi, aut frigidi, aut humidi, aut ſicci, per excellentiam: non abſolutè & ſyncerè. Comment.1. in libr. de Nat.hum.cap.47.
Humores in ſolidis continentur membris. Comment.1. in libr.de Natura humana, cap.18.
Humorum uaria temperamenta deſcribuntur. Comment. 1. in libr. de Natura hum. cap.47. & 48.
Humorum exuperantiæ diſsident pro naturis & ætatibus. Comment. 1. in libr.1. Epid.cap.1.
Humoribus craßis & crudis natura per abſceſſum, aut per coctionem, medetur. Commen.3. in Progno. cap.23.

Humores ad cutem procumbentes, per illam eſſe uacuandos. Commenta.2.in libr.6. Epide.cap.29.
Humores crudos aſſolet natura in partem aliquam ignobiliorem protrudere, quoties illos excernere extra corpus non poteſt. Com.3.in Progn.cap.23.
Humores calidiores tenuioresq́; paratiſſimos ad excretionem exiſtere.ibidem.
Humores oberrantes per corpus, eſſe purgandos: fixos in aliqua parte, nequaquã mouendos. Com.in Aph.1.li.4.
Humores qui agitantur, trãſfluuntq́; de loco in locum, uacuare oportet: fixos autem in aliqua parte, nec mouere, nec medicari, ante coctionẽ licet. Cõ.in Aph.22.lib.1.
Humores obfirmatos, ſtabilitosq́; una in parte, ſpecies una ſymptomatis, tũ naturæ partis, tum humoris uirtuti, peculiaris, conſequitur. Commen.1.in Prorrhet.c.27.
Humores pelli ſemper à fortioribus ad imbecilliores particulas. Com.2.in lib. Hipp. de Nat.hum.cap.5.
Humores quatuor, non parum conferre ad probos mores gignendos. Comm.1.in libr. de Nat.hum.cap.47.
Hybernas febres eſſe ſolutu difficiles. Com.in Apho.34. lib.2.
Hyberno tempore alendum eſſe ægrotum liberaliùs, ſed raro. Com. in Apho.17.lib. 1. Commenta. in Aphoriſ.18. lib.1.
Hydrargyros, ſi uoretur, nullam præſtare utilitatem poteſt. Com.6.in lib.6. Epide. cap.5.
Hydrelæon mollit & mitigat, tepidamq́; gignit caliditatẽ. Com.4.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.cap.49.
Hydrelæum propinatum, prouocat uomitum. Comm.6.in lib.6. Epidem.c.5.
Hydrelæi perfuſio remittens diſtenſionem, plurimum adfert præſidij particulis inflammatis. Com.2. in lib. de Fract.c.18.
Hydrops eſt triplex: unus replet

t totam uentris regionem uniie quadam humidæ & uis ſubſtantiæ, aſcitesq́; tur: alter totum corporis itum pituitoſa replet hu= itate, atq; hic anaſarca, hypoſarcidium uocatur: ia ſpecies, cui nomen eſt mpaniæ, regionem uen= non humore, ſed flatu, let. Com. 4. in li. de Rat. in mor. ac. cap. 111.

rops fit, quum ſanguinis eratio intermittitur. Cõ. Apho. 12. lib. 6.

ropi congruens uinum ſit uum, tenueq́;, & non re= s, ut cieat urinas Com. 4. lib. de Rat. uict. in morb. t. cap. 111.

ropes à tumore iocinoris i, arida tuſsi, deiectio= mq́; paucitate, & duri= , diſtinguuntur à cæteris. mmen. 2. in Prognoſtica,). 3.

ropum omnium genera= communis, fit ſanguifi= tionis opere intercidente. mmentario 2. in Progno. p. 1.

Hydropum omnium commu= ne eſt intumeſcere pedes. ibi dem.

Hydropicorum aquæ uacuan dæ magis in uſu ſunt pun= ctiones, quàm uſtiones. Com mentario in Aphoriſm. 27. lib. 6.

Hydropicorum aquam non eſſe ſimul & confertim ua= cuandam. ibidem.

Hydropicorum complures cu ratos fuiſſe, medicamento quod aquam educeret, eis propinato. Galenus contra Iulianum.

Hydropicorum nonnullos ſer uari, per medicamenta aquo ſitates purgantia, & per epithemata habentia uim ciendi urinam, & in uapo= res, ſoluendi humorem ta= lem, curationi illius adhibi= ta. Commenta. in Aphor. 55. lib. 7.

Hydropicis ſi ſuperueniat tuſ ſis, ipſius morbi ratione, ſi= gnum eſt exitiale. Comm. in Apho. 35. lib. 6.

Hydropicis confert quàm mi= nimũ bibere, & quàm plu=

rimum laborare quum talis uitæ ratio calfaciat, & ſiccet. Commen. 4. in libr. de Ratione uictus in morbis ac. cap. 111.

Hydropicis colligitur aqua inter peritonæum, & epigaſtrium. Commen. in Aph. 55. lib. 7.

Hydropicum corporis habitum linteis fricari oportet, aſperioreq́; frictione obdurari, atque exerceri in puluere à medicis. Eos uerò qui hæc non tolerant, medicamentis in modum emplaſtri confectis, ſiccari: lotione autem eis interdici. Commen. 2. in libr. 6. Epide. cap. 4.

Hyemali tempore coctiones, ſanguificationes, & nutritiones, meliores fieri. Commentario in Aphor. 15. libri 5.

Hyems reddit morbos longiores. Commen. in Aphor. 12. lib. 1.

Hyems etſi ſaluberrimũ corpus exceperit, in eo tamen pituitam accumulat. Com. in Aphor. 20. lib. 3.

Hyems nullam diſſoluit plenitudinem in parte aliqua corporis conſiſtentem. Commen. in Aphor. 13. lib. 3.

Hyems magnum Aquilonem, & longo ſolet habere tempore. Commen. 1. in lib. 1. Epide. cap. 3.

Hyems humiditate frigoreq́; cæteris tempeſtatibus præſtat. Commen. 1. in librũ 1. Epide. cap. 1.

Hyems eſt frigida & humida. Præfat. in lib. 1. Epidem.

Hyemis lenitas cũ æſtate feruida congruit. Commen. 3. in lib. 3. Epid. cap. 6.

Hyemis naturale temperamẽtum frigidum eſt & humidum. Commen. in Apho. 13. lib. 3.

Hyemem ſqualidam, eſſe humidiorem æſtate. Commen. 1. in lib. 1. Epid. cap. 5.

Hyeme plus appetunt homines, & cibum faciliùs concoquunt. Com. in Aphor. 15. lib. 5.

Hyeme magis augentur corpora, plusq́; optimi ſanguinis gignunt. ibidem.

Hyeme

ne inualeſcit pituita. Cõ= ...1.in lib. 1. Epide. cap. 1. cap. 8.

...ne febres pituitoſiores gi...ntur. Com. 1. in libr. de ...t. hum. cap. 40.

...ne plures cibos dari ſanis ...rtere, quòd plus tunc ha=...nt innati caloris. Com. in ...hor. 18. lib. 1.

...me nobis eſſe edendum ...rimum: bibendum par=...ſimè. Com. in lib. de Salu. ...ta, cap. 2.

...me uirtus robuſta eſt, à ...rporeq́; ægroto ſit haud ... multa euacuatio. Com. in ...pho. 17. lib. 1.

...eme ſufficienter euacuan=...r ſani. Com. in Aphor. 17. ...1.

...eme uentres natiuo calo=... calidiſsimi ſunt: reliquæ ...utem particulæ corporis, ...agis frigeſcunt: atq; non=...llis etiam uentriculus. Cõ=...en. 1. in lib. de Nat. hum. ...p. 44.

...eme fiunt magna ex par=... quotidianæ acceſsiones. ...om. in Apho. 12. lib. 1.

Hyeme omnia uiſcera ſunt calidiora, partes autem ſubcutaneæ frigidiores reddũtur, calore ad internas corporis partes ſe recipiente. Commentar. 4. in libr. 6. Epide. cap. 14.

Hyeme profundiores ipſius terræ partes, ac proinde etiã fontes, ſunt calidiores, calore ad intima ſe recipiẽte. ibidem.

Hyeme humores intus colligi, uiresq́; ſeruari ualidas accidit. Commen. in Apho. 25. lib. 2.

Hyeme calor natiuus refugit ad uiſcera interna, propter circunſtantẽ extrinſecus frigiditatem. Com. in Apho. 15. lib. 1.

Hypochondriaco, flatuoſo, & melancholico affectu detentis inflatur uenter, dum Veneri nauant operam, iam inclinantes ætate: atque ij perpetuò coitum appetunt. Cõmentar. 3. in libr. 6. Epide. cap. 12.

Hypochondrij partes in reſpirationibus, unà cum

thorace mouentur. Com. 1. *in lib. de* Rat. *uic. in mor. acut. cap. 32.*

Hypochondriorum *cum febre dolores, quos ſudor non ſoluit, maligni exiſtunt.* Com. 2. *in* Prorrh. *cap. 57.*

Hypoſarcidion, *lege* Hydropes.

Hypoſtaſis *fluxioni exaduerſo opponitur.* Com. 1. *in lib. de* Offic. *cap. 19.*

I

IActari *membra ab ægroto, aut propter uirium imbecillitatem, aut uitium uentriculi.* Com. 1. *in* Prognoſtica, *cap. 16.*

Ianuarium *eſſe primum menſem à ſolſtitio brumali.* Commentario 1. *in lib. 1.* Epide.

Ichoroïdes *ſanguis uocatur, qui tenuem ac prauam humiditatẽ continet, non aquoſam abſq; mordacitate, ſed mordacem & erodentem.* Commenta. 2. *in lib. 6.* Epid. *cap. 37.*

Ichoroïdes *ſanguis efficit pauidos, inſomneſq;. ibidem.*

Icteritia *fit nonnunquam iudicatoriè, repellente natura flauam bilem per uniuerſum corpus, ac præcipuè ad cutem.* Commen. *in* Apho. 62. *lib. 4.*

Icteritia *fieri ſolet hepate obſtructo, uel inflammato, uel ſcirrho aliquo affecto. ibidem.*

Icteritia *iudicatoria fieri ante diem ſeptimum nequit. ibidem.*

Icteritia *ante ſeptimum diem ſuperueniens febrienti, ex hepatis obſtructione, aut phlegmone, oritur. ibidem.*

Icteritiam *fieri, bile cum ſanguine per totum corpus delata, ob phlegmonen, uel ſcirrhum, uel obſtructionem earum partium, ad quas mitti ab hepate ſolet.* Commentario *in* Aphoriſmum 64. *lib. 4.*

Icteritiam *fieri, diſſeminata bile per cutem.* Com. 2. *in lib. 1.* Epid. *c. 65.*

Icteritiam *ante diem ſeptimum ortam, pernicioſam exiſtere. ibidem.*

ritiam eſſe inutilem, ſi ap reat priùs quàm morbus coctus. Cō.1.in li.3. Epi. p.5.

ricum morbum contingit ri, uel propter inflammationem hepatis, uel propter ſtructionem eiuſdem, uel turâ in modum criſeos biſum humorem exuperan n in uenis, ad cutē ipſam llente. Comm. in Aph. 42. .6.

ricorum complures curas fuiſſe, pharmaco quod bi n purgaret, eis propinato. alenus contra Iulianum.

ricorum peculiare ſymoma eſt alba deiectio. Cō. in Prorrh. cap. 31.

ricorum deiectiones ſunt bæ, quòd bilis flaua non ſcendat ad inteſtina, obructo poro illius delatore. om. 1. in Prorrh. cap. 13.

ericis ex obſtructo iocinoe, auxiliatur medicamen ilem expurgans, poſt reſcatas uiſceris obſtructiones. om. 1. in lib. de Natu. hum. ap. 35.

Ictericis omnia uidentur amara eſſe, etiam ſi ſint dulciſſima. Com. 5. in lib. 6. Epide. cap. 17. & Com. 1. in lib. de Offi. cap. 3.

Idiotæ peritum medicum ab imperito nequeunt diſtinguere. Com. 1. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 12.

Iecur exiguorum neruorum eſt particeps. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 5.

Iecur maximè nutritur à dulcibus. Com. 3. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 11.

Iecoris facultas ex urina deprehenditur. Commen. 2. in Prog. cap. 26.

Iecoris affectus comitantur ſubſidentiæ urinarum oroboides, ac ſandaracham referentes. Comm. 1. in lib. 6. Epid. cap. 5.

Iecoris morbus ſi in morbum lienis permutetur, bono eſt: malo autem, ſi contrarium eueniat. Comm. 2. in lib. 6. Epid. cap. 27.

Iecoris conuexa pars, maius habet annexum periculum. Cō. 2. in lib. 6. Epid. cap. 15.

Iecur comparari urbi. Com.2. in lib. de Natu. hum. cap.6.

Iecur eſſe principium nutricis & naturalis animæ. Cō. 1. in lib.3. Epid. cap.13.

Iecur eſſe terminum infernarum ſupernarumq; partiū. Commen.2. in lib. 6. Epid. cap.14.

Iecur, inquire Hepar.

Iecore inferiora membra uel ſi phlegmone corripiantur, interire quàm pauciſſimos. Com.2. in lib.6. Epid. ca.15.

Ιερεῖα uocantur omnia, quæ Dijs honoris gratia exhibemus. Comm.1. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap.16.

Ιεροσκόποι, hoc eſt, aruſpices, ſunt, qui ex uictimarum inſpectione, futura prænuntiant. ibidem.

Ιεροσκοπία eſt ſcientia, quæ ex inſpectione hoſtiarū atque ſacrificiorū, docet prænuntiare futura. ibidem.

Ignauia ex frigidis craſſisq; & glutinoſis, ad motumq; contumacibus humoribus, gignitur. Com.1. in Prorrh. cap.13.

Ignis elementum pari portione ineſt pueris & ætate uigentibus: ſubſtantia autem ei ſubdita diſsimilis atque diuerſa exiſtit. Com. in Aph. 14. lib.1.

Ignis eſt naturæ calidæ & ſiccæ. Cō. 1. in lib. de Rat. ui. in mor. ac. cap.13. & c.43.

Ignis uentilatione accenditur. Com. 6. in lib. 6. Epid. cap.2.

Ignē uſurpari ab Hippocrate pro uehemētiſſima febre. Com.3. in lib.1. Epid. ca.19. & 21.

Ignem potiſſimùm eſſe ipſius uitæ cauſam. Com. in Apho. 14. lib.1.

Ignem extingunt plurima ligna iniecta. Com. in Apho. 12. lib.6.

Igne ex accenſis paleis utebantur olim in primis, qui argentum elaborabant. Galenus contra Lycum.

Ignorantia cum rigore, uictū cerebri calorem natiuum, à ſymptomatica refrigeratione, indicat. Com.2. in Pror. cap.29.

s conſiſtit in inteſtinis, q; ipſis cupientibus qui= m excrementa depellere, terùm non ualentibus, ob ſtructionem factam in in= nis partibus, ac proinde rcus ipſum ad ſuperna plodentibus. Com. in Aph. .lib.7.

s omnis eſt periculoſus. m. 2. in lib. 3. Epi. cap. 6.

s ſuprema inteſtina occu= ns, eſt pernicioſior eo, qui nſiſtit in craßis, quòd in nſenſum iecur trahat, & nem. ibidem.

s morbus conſiſtit in in= ſtinis. ibidem.

s morbus oritur, quum in= ſtina graui inflammatio= e affliguntur. ibidem.

s fit in tenuioribus inteſti is, interclusa excrementis ia inferiori. Comm. in Aph. 4. lib. 6.

s haud quidem fit in in= eſtinis craßioribus. ibidem.

os eſt acutißimus morbus. Com. 2. in lib. 3. Epid. ca. 6.

o nihil confert ſuperueniēs ebris, uel aucta. Commen. in Apho. 44. lib. 6.

Ileon fieri uel propter inflam mationem, uel ſcirrhum, uel abſceſſum inteſtinorum te= nuium. ibidem.

Ileon fieri ab humoribus craſ ſis, atque tenacibus, ipſa in= teſtina obſtruentibus, quod nonnulli dixerunt, non uide= tur Galeno probabile. ibid.

Ileon conſiſtentem in inteſti= nis ſupremis, ab eo qui craſ- ſiora infeſtat, diſcernes uo= mitionum aßiduitate & ue= hementia, quodq; retinere potum ægri non poßint: atq; adhuc magis ex eo, quòd ni= hil deiiciatur per aluum, adſintq; dolores & tormi= na. Quòd ſi ſtercus etiam uomatur, clarißimum ſit ti= bi argumentum, inteſtina gracilia eſſe affecta. Com. 2. in lib. 3. Epid. ca. 6.

Ileo detenti, crebris aguntur uomitionibus, potum conti= nere nō poſſunt, dolent præ= cordia, laborantq; tormini= bus cum uentris dolore. ibid.

Ileo exitiali detenti, ſtercus reiiciunt uomitu. Commen. in

in Apho.44.lib.6.
Ileo affligente, nihil per inferna deijcitur. ibidem.
Ilei ſunt, cibi ſuperfluitatum, quæ depelli per aluum conſueuerant, retentiones: quæ magna ex parte fiũt ex alicuius inteſtinorum partis inflammatione. Cõ. in Apho. 22.lib.3.
Ilia dici locum medium inter thoracem, coxendicémque conſiſtentẽ. Com.2. in lib. de Offi. cap. 16.
Ilia uocari locum illum, qui medius eſt inter oſſa coxæ, & coſtas nothas. Com.3. in lib. de Arti. cap. 74.
Iliaci affectus eſt propriũ inſeparabile, quòd nihil per inferna deſcendat. Qui morbus ſi ſit exitialis, ſtercus uomitu redditur, ſingultusq; adeſt. Nonnulli uerò deſipiunt, & conuelluntur, compatiente neruorum principio affectui ſtomachi. Com. in Apho. 10. lib. 7.
Imbecilla membra ſolent plurima, ac praua excrementa gignere. Commẽ. 1. in lib. 6. Epid. cap. 2.
Imbecillitas retentricis facultatis ueſicæ fit, ob intemperiem, & aliquem tumorem præter naturam. Commẽ. in Apho. 58. lib. 5.
Imbecillitas partium, eſt omnium morborum cauſa. Com. 3. in lib. de Art. cap. 17.
Imbecillitas facultatis retentricis, proficiſcitur ab intemperie. Com. in Aph. 22. li. 3.
Imbecillitas ſæpius quidem, ſed paulatim, cibandum indicat. Com. 2. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 36.
Imbecillitas partium non eſt ſufficiens cauſa, ad gignendum affectum. Com. in Aph. 28. lib. 6.
Imbecillitas ſola partium, nõ poteſt podagram gignere, niſi humores ſuperexcreuerint. Comm. in Apho. 29. lib. 6.
Imbecilliores reddũtur uires, aut ob propriam aliquã intemperiem, aut ob humorum colluuiem. Comm. 3. in lib. de Arti. cap. 65.
Imbecilliores particulæ nonnun

iquam noxiorum humo=
n copiam præripiunt.Cõ.
in lib.6.Epid.cap.4.
anda Medico eſſe recta
turæ opera.Com.in Aph.
ib.1.
ecillitas membrorum ex=
uat illa.Com.1.in lib.de
rti.cap.58.& 61.
oderãtiæ omnes quæ plu=
mùm à naturæ modo rece=
unt, ſunt morbi: quæ uerò
n plurimùm, eæ morborũ
enerationem prænuntiant.
om.in Apho.4.lib.2.
moderantias eſſe octo. Cõ.
Apho.16.lib.3.
plicatos affectus Galenus
ocat,in quibus plures par=
es affectæ ſunt. Præfa. Cõ.
.in lib.3.Epide.
æquale omne, non continuò
eſt aſperum. Commen.3. in
ib.de Offi.cap.11.
æqualium corporum,quæ in
rina iuxta exiguas partes
inæqualitatem ſortiuntur,
deteriora ſunt iis,quæ iuxta
maiores. Com.2.in Progno.
cap.28.
nanitũ corpus, eſſe nutrien=
dum uberius, quàm anteà,
quàm inaniretur. Com.2. in
lib.de Nat.hum.cap.1.
Inanita corpora, multò faci=
liùs à cauſis procatarcticis
arripiũtur in morbos, quàm
quæ bono ſunt habitu. ibidẽ.
Inceſſus fit utroque crure
per uices nunc firmato,nunc
moto.Com.3.in lib. de Arti.
cap.73.
Inceſſui inſeruientia, inqui=
re. Ambulationi.
Incidens, penetransq́; , ſpiſ=
ſanti cogentiq́; corpora con=
trarium exiſtit. Comm.1. in
lib.de Rat. uic. cap.43.
Incidere cutem ſcalpello in
partibus inflammatis ali=
quando compellimur,tum ut
aliquid redundantis ſangui=
nis in phlegmone ipſa eua=
cuemus:tum ut facilem per=
ſpirationem faciamus,adeó=
que relaxemus tenſionem.
Com.2.in lib.de Fract.c.18.
Inclinantium ætas eſt frigida
& ſicca.Com.in lib. de Sa=
lub.diæta,cap.7.
Inconſueta ſunt mala.Com.2.
in Progn.cap.11.

Incre

Incrementum animātibus accedit à naturali potentia. Com.2.in lib.6.Epi.c. 44.
Incrementa defornia ſunt uitioſa.Com.1.in lib. 6. Epid. cap.2.
Indices dies dici eos, in quibus aliquod ſignum apparet futuræ iudicationis in altero aliquo iudicantium dierum. Com.in Apho.24.lib.2.
Indicium unum malum uehemens, à multis bonis interdū uincitur: ſicuti & à multis malis unum bonum, & uehemens ſuperatur. Com.3. in Progn.cap.35.
Indicium, inquire, Signum.
Indicia praua, alia quidē malis annumerantur ſignis ex accidenti, alia ſimpliciter: nempe quum tantùm indicia ſunt, nullum ipſa gignentia malum, ſed indicantia difficilem affectionem, à qua duxerunt originem. Com.2. in Prog.cap.49.
Indiciorum ſingulorum uires eſſe per ſe æſtimandas: ac dein mutuò inter ſe conferendas.Cō.3.in Prog.c. 37.
Indicijs alijs omnibus felicem exitum morbi annuntiantibus, ſi adſit aliquod ſymptoma terrificum, ſciendum eſt, id ipſum aut naturale extiſtere, aut prorſus ante morbum, propter aliquam euidentem occaſionem, contractum fuiſſe.ibidem.
Indicia omnia ſpectanda, neque uni ſoli credendum eſſe. ibidem.
Indurari dupliciter corpora: nempe & dum tota in imo uehementer refrigerantur, & dum exiccātur ualenter. Com.2.in Pror.cap.44.
Inedia conducit non parum coctioni prauorum humorū. Com.3.in lib.6.Epi.ca.22.
Inedia euacuat ex accidenti, non per ſe ipſam. Comm.in Apho.17.lib.2.& in Aph. 2.lib. 1.
Inedia longa, reddit famelicos.Com.4.in lib. 6. Epid. cap.17.
Inedia integra utendum eſſe, in omnibus morbis, quibus uigor & iudicatio primis quatuor diebus futura ſit: modò

dò natura ſit fortior.
m.in Apho.4.lib.1.
liæ longæ,ijs qui calorem
bent ad igneam naturam
ɔpenſiorem, præter alia
da,etiam inferũt febrem.
m.in Apho.22.lib.2.
ntes balbutiunt,quòd lin=
am humidiorem æquo ſor
ntur.Commẽ.in Aph.32.
.6.
ntes aut non ambulant,
t imbecilliter:quòd crura
queant in eis firmiter,ob
ollitiem,ſtabiliri.ibidem.
ãntes nec dolorẽ ferre poſ=
nt,nec curationem.Com.1.
lib.6.Epid.c.18.
intes ſunt ſomnolenti na=
ra.Com.in Apho.24.li.3.
intes ſunt temperamento
midiore. Com.3. in lib. 3.
pid.cap.70.
intiũ eſſe membra omnia
olliſsima, ac ueluti mucco=
.Commen.3.in lib.3.Epid.
ıp.12.
ãntium recèns natorũ cor=
ora eſſe maximè humida:
ſſa autem, cerea potius,
uàm lapidea.Com.in Aph.
24.lib.3.

Infantibus oẽs partes quàm maximè ſanguineæ exiſtũt. Galenus contra Lycum.

Infantibus adeſt uomitus, propter lactis, quo ingurgitantur, colluuiem. Com.in Aph. 24.lib.3.

Inflammatæ partes non egẽt deligatione, niſi ratione medicaminum admotorum. Cõ. 2.in lib.de Offi.ca.31.

Inflammatæ particulæ exprimunt tenuiorem humorem, quoties cõtinens inflammationem ſuperficies minimè denſa exiſtit. Cõ.2.in Prog. cap.50.

Inflammatæ omnes particulæ tenduntur: tenſæq́; dolorem ſibi conciliant: quo fit, ut inflãmationes augeantur, conuulſionesq́; excitẽtur. Com. 2.in lib.de Fract.cap.18.

Inflammatis partibus, minùs repellentia, diſcutientiaq́;, adminiſtranda eſſe. Com.2. in lib.de Fract.cap.72.

Inflammatio eſt tumor dolorificus. Com.in Apho. 34. lib.4.

Inflam

Inflammatio carnoſas occupans partes, ultra diem decimumquartũ minimè prorogatur. Com.in Aph. 49. lib.6.
Inflammatio omnis cutem reddit rubicundiorem, atque duriorem. Commen.2.in lib.de Fract.cap.28.
Inflammatio dum fit, ſanguis diſpergitur per poros exiguos, ad eas quæ ſunt in muſculis cauitates, quas ſola contemplamur ratione. Cõ. in Apho.20.lib.6.
Inflammatio affligens dextra præcordia, periculoſior eſt: indulgentior, ſi ſiniſtra affligat: exitioſiſſima, ſi utraque infeſtet. Com.1.in Prog. cap.29.
Inflammatio ſolet ſymptomata contraria producere: contractionem nempe, & diductionem particularum. Com.2.in lib.de Offi.ca.31.
Inflammatio à recentibus dicitur tumor dolẽs & durus. Com.1.iñ Prog.cap.30.
Inflammatio proprie dicta, eſt dolorificus tumor. Cõ.1. in Prognoſt.cap.27.
Inflammatio, inquire Phlegmone.
Inflãmationis calor quodammodo eſt mixtus ex naturali, & ex illo qui præter naturam dicitur. Com.in Aphor. 47.lib.2.
Inflammationis ingentis notæ ſunt, dolor aßiduus, & quòd nullo pacto à calidis remittatur fomentis. Com.1.in lib. de Ratio.uict.in morb. acut. cap.33.
Inflãmationi medebatur Hippocrates *purgatione:* Galenus *phlebotomia.* Com.2. in lib.de Fract.cap.31.
Inflammationem uocabant ueteres omnem ardorem. Cõ. 3.in lib.de Fract.cap.8.
Inflammationem à recentioribus ſumi pro tumore inflãmato, renitentiq́; & pulſatili, cui etiam neceſſariò adeſt rubor. ibidem.
Inflammationes immodicam quidem ex deligatione compreßionem ſuſtinẽt: ac proinde cataplaſmatis, frequẽti calidæ perfuſione, humidisq́; id

id genus medicamentis, curantur.Com.3.in lib. de Offic.cap.30.

Inflammationibus uiſcerum ſuperuenire ſanguinis eruptiones aſſolent. Comm. 3. in Prorrhe.cap.72.

Inflammato quouis principali membro, ſubſequitur febris. Commentar. in Aphor. 50. lib.6.

Inflatio bifariam fit: nempe collecto in quibuſdam cauitatibus uel ſenſui expoſitis, uel ratione contēplabilibus, flatulento ſpiritu.Com. 4.in li. de Rat. uictus in morb. ac. cap.21.

Infœcunditatis uirorum, atq; mulierum ſunt cauſæ intemperantiæ immodicæ.Com.in Apho.62.lib.1.

Inguen quum deligamus, per ilia utraque faſciæ circumducendæ ſunt. Com.2. in lib.de Offic.cap.17.

Iniectiones faſciarum, circa brachium quidem, poſſunt æqualiter, ac ſimiliter adminiſtrari: in cubito autem, & femore, eas deficere eſt opus: aliquādo tamen plus in tibia. At in humero & coxa, oppoſitis etiam partibus ad deligationem egemus: quemadmodū in lateralibus quoque capitis partibus deuinciendis. Nam partes frontis, naſusq;, rotūdam faſciarum iniectionem poſtulant, quæ æqualiter & ſimiliter adminiſtretur: ita & capitis uertex, qui etſi in orbem, æqualiter tamen, & ſimiliter eſt deligandus. Com.2.in lib.de Offic.cap.2.

Innatum nobis corpus, eſt ſanguis. Galenus contra Lycum.

Inſania, inquire Mania.

Inſaniæ uehementes fiunt ab atra bile (quam flaua perꝰaſſata genuit) cerebrum occupante. Com.1. in Prorrh. cap. 10.

Inſaniam fieri à ſanguine melancholico. Com.in Aph.21. lib. 6.

Inſaniam oriri à flaua bile aduſta, atque in atram tranſeunte. Com.1.in lib.3. Epide.cap.5.

Inſaniunt plurimi declinante ætate & in autumno. Com. in Aphor.30.lib.3.

Inſpirantibus nobis, illabitur in pulmones ſpiritus. Com. 4.in lib.de Rat.uic.in mor. ac.cap.30.

Inſpiratio interrupta, repetitaq́; (qualis, dum plorant, contingere ſepe ſolet infantibus) accidit nonnunquam potentia fatigata: interdum ob inſtrumentorum duritiē: aliquando ambabus cauſis coëuntibus: eſt quum ob aliquam muſculorum mouentium pectus ſimilem conuulſioni diſpoſitionem. Com. in Apho.54.lib.6.

Inſpiratio frigida totum corpus refrigerat. Com.4. in lib.6.Epide.cap.21.

Inſpiratio dicitur attractio ſpiritus ad interna. Commen.in Apho.68.lib.4.

Inſpirationi minori quàm ſit ex uſu, quàm citiſſimè alia ſuccedit. Commē.3.in lib.de Artic.cap.7.

Inſpirationem fieri dum organa reſpirationis attrahunt aërem externum. Comm.1. in libr.de Natura humana. cap.35.

Inſpirationes, quæ partim per os, partim per uniuerſam fiunt cutem, duplicem animali præſtant utilitatem: nam & natiuum calidum inde refrigeratum corroboratur, ne digeſtum pereat: & excitatur, ualentiusq́; redditur, quum à multitudine frigidioris materiæ opprimitur. Com.6. in lib.6. Epide.cap.2.

Inſtaurationis extenuatorum modus eſt unicus, moderatio nimirum eorum omnium, quibus, dum ualemus, nobis eſt opus: ea uerò ſunt, labores, cibi, potus, & Venus. Commen.3. in lib.6. Epide. cap.29.

Inſtrumenta neceſſaria ad inueniendas artes, ſunt duo: experimentum ſcilicet, ac rationale iudicium. Commē. in Apho.1.lib.1.

Inſtrumenta per quæ remedia inueniuntur, ſunt duo: ratio & experientia. ibidem.

-rumenta nobis adeſſe duo,
-tionem & experientiam,
cognoſcendum termi-
-m, quo ſit ſuppuratio eru-
-ura. Commen.3. in Prog.
-p.10.

-cta tentanda eſſe, ne ab
, ſi quando forte incida-
-is in illa, lædamur. Com-
-ntar. in Aphoriſmum 5c.
.2.

-ltus morbi ſecundum la-
-udinem, ad tertium uel
-artum diem extenditur.
-mmentar.1. in Prorrh.
-p.1.

-lligentiam ex oppoſito
-tingui à ſenſibus. Com-
-ntar.1. in libr. de Offic.
-p.3.

-lligi nonnulla non poſſe,
-i conſpiciantur. Commen.
-n lib. de Fract. cap.39.

-lligibilium intellectui eſſe
-mmiſſum iudicium. Com-
-ntar.1. in libr. de Offic.
-p.4.

-mperatus ſtatus ut nul-
eſt commodus tempera-
corporibus, ita nec no-
-is, perinde ac intempe-
ratis. Com.2. in lib.1. Epid.
cap.7.

Intemperatis corporibus, na-
turis, ætatibúſque, ſimiles
ſunt tempeſtates inſalubres
contrariæq́; iis auxiliantur.
ibidem.

Intẽperantiæ habituales ſunt,
quæ fiunt læſo habitu cor-
poris. Commenta. in Aphor.
12. lib.4.

Intemperaturæ in uniuer-
ſum ſunt octo: quatuor uide-
licet ſimplices, quatuor ue-
rò compoſitæ, ſimplicibus
inuicem complicatis. Com-
mentario in Aphoriſm.62.
lib.5.

Intemperies omnis immodi-
ca, operationem exoluit.
Commenta. in Aphoriſ.20.
lib.2.

Intemperies principiorũ qui-
dem, proprias illorum fun-
ctiones uiolant: earum au-
tem partium, quæ princi-
piis proximè accedunt, ipſa
principia uirtutum ad ſym-
pathiam agunt. Commenta.
2. in lib. de Rat. uic. in mor.
ac. cap.47.

Intemperies excedentes ſalubrem mediocritatem, corrigendas contrarijs eſſe. Com. in lib. de Salub. diæta, c. 24.
Intemperies naturales corrigere, non exigua eſt artis tuendæ ualetudinis pars. Galenus contra Lycum.
Intercalares dies ſunt tertius, quintus, nonus, atque nõnunquã ſextus. Com. 3. in Prog. cap. 1.
Intercoſtale primum, non magnopere ad functionem reſpirationis conferre. Com. 1. in lib. 3. Epide. cap. 4.
Intereunt admodum rari, ſi nec Medicus, nec ægrotus, nec miniſtri, in aliquo peccent, nihilq; præterea noxium extrinſecus fortuitò occurrat. Com. 2. in libr. 6. Epide. c. 42.
Intermittente febre correpti, fieri non poſſe, ut extrà frigeant, intus uerò deurãtur. Com. in Apho. 48. lib. 4.
Intermittentes febres dicuntur, quæ inuadunt ſingulis diebus ac noctibus: ſiue remittantur, ſiue deſinant integrè. Com. 3. in lib. 1. Epide. cap. 2.
Intermittentium febrium ſpecies ſunt tres: quotidianæ, tertianæ, quartanæ. Com. 3. in lib. 3. Epide. cap. 64.
Intermittentium febrium nullam letalem dici ab Hippocrate. Com. 3. in lib. 1. Epid. cap. 5.
Intermittentes uocari febres, quæ à uigore aliquandiu extinguuntur integrè. Com. 1. in lib. 1. Epide, cap. 22.
Interna cubiti uena, celeriter uacuat ſupernas thoracis partes pleuritide afflictas. Com. 2. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 10.
Interna uena, inquire Axillaris: nam eſt eadem.
Interpretatio per abuſum dicitur explicatio cauſarum, in iis quæ minus perſpicuè ſunt dicta. Com. 2. in libr. 1. Epide. cap. 56.
Interpretatio propriè dicta circa obſcuras dictiões uerſatur. ibidem.
Interpretis munus, inquire Expoſitoris.

Inter

Interpretis munus eſt, autoris ſententiam, ac rei quæ exponitur, ueritatem tueri. Com. 3. in lib. de Offic. cap. 20.

Interpretis munus eſt, non quidquid illi uideatur uerum exprimere: ſed ſententiam ſcriptoris exponere, etiamſi falſa ſit. Commẽ. 1. in Prog. cap. 4.

Interpretum munus eſt, ut libri tueantur ſenſum, & commentariorum ſuorum lectores, quæ conducunt, doceant. Præfa. in lib. 1. Epide.

Inteſtina ſi erodantur ab humoribus acribus, priùs abluẽtia inijcimus, in quibus eſt mulſa, & cremor ptiſanæ: dein uerò, ubi illi fuerint excreti, quæ morſus leniant, indimus: quæq; inteſtinis adhærentia, & ea tegentia, à supernè decidentibus acribus ſuccis illa tueantur: cibos etiam offerimus qui & gignant probos ſuccos, & non facilè corrumpantur. Com. 6. in lib. 6. Epide. cap. 5.

Inteſtina omnia, cæco excepto, ſunt per meſenterium reuincta, coërcitaq́;. Com. 4. in lib. 6. Epide. cap. 3.

Inteſtinorum tenuium uulnus non coaleſcere. Commen. in Apho. 18. lib. 6.

Inteſtinorum excrementa excernuntur per deiectionem. Commen. 2. in lib. de Artic. cap. 20.

Inteſtinorum conſtrictio, dum ab infernis incipit partibus, ſurſum repellit, quæ in eis continentur. Com. 5. in lib. 6. Epide. cap. 27.

Inteſtinis oblæſis, ſi humor aliquis per aluum uacuari incipiat, deriuandum ad urinæ uias, uel ad uterum eſſe. Commen. 2. in lib. 6. Epide. cap. 7.

Inteſtina elapſa per uulnus, repoſitaq́;, etiamſi diu perfrigerata fuerint, ad priſtinum ſtatum reuerti, poſt cicatricem obductã uulneri. Com. in Aphor. 58. lib. 6.

Inuentionem quæſitorum eſſe duplicem: unam, quæ ratione peruenit ad cognitionem uniuerſalis communisq́; ſpeciei omnium particularum:

alteram, quæ per particularia ipſa cõmune et uniuerſale aſſequitur. Com.3. in lib. 1. Epide. cap. 17.

Inuoluntariè excernit æger duobus modis: aut quòd mẽs ægrotet: aut quòd partes per quas fit excretio, minimè ſentiant. Commen. 2. in Prorrh. cap. 45.

Iracundia cauenda eſt, ſi cor & caput calidiorem, quàm par ſit, habuerint temperiẽ, aũt affectui alicui aduentitio fuerint obnoxia: excitanda autem conſultò, in affectibus frigidis, & capite naturaliter frigidiore. Com. 5. in lib. 6. Epide. cap. 9.

Iracundiam obeſſe plurimùm corpori calidiori, quàm rationi conueniat: contrario autem prodeſſe mirum in modum, quòd calorem & ſuccum reuocet. ibidem.

Iracundia, inquire Excandeſcentia.

Iracundi ſunt puſillanimes, quòd generoſa uiriliq; parte animi careant: quare temperamento frigidiori erunt, diſſlabunturq; ægré. Com. 2. in lib. 1. Epide. cap. 78.

Iracundos eſſe animoſis contrarios. ibidem.

Iſthmus dicitur anguſtus terræ tranſitus, inter duo maria ſitus: ſed per metaphoram etiam ſumitur pro parte illa, quæ inter guttur & gulam interiacet. Commen. in Apho. 26. lib. 3.

Ισχίον, inquire Coxa.

Iudicandi uim ineſſe ſoli ſenſui, atq; intellectui. Com. 1. in lib. de Offic. cap. 4.

Iudicandi facultate illæſa, interdum ſenſu ægros hallucinari. Com. 1. in Prog. ca. 23.

Iudicari quæ probè debent, priùs concoqui oportet. Cõmen. in Apho. 29. lib. 4.

Iudicari in principio nihil poteſt. Com. 2. in libr. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 45.

Iudicari celeriter, quæ per ſputa commodè excreta expurgantur. Com. 1. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 23.

Iudicati ſunt multi undecimo, nono, ſeptimo, atque quinto die. Com. in Apho. 23. lib. 2.

Iudicatio eſt ſubita in morbo uel ad ſanitatem, uel ad mortem mutatio. Com. in Apho. 12. lib. 2.
Iudicatio fit, natura ſeparante à bonis mala, & ad excernendum præparante. ibid.
Iudicatio in diſtinctione ſuam eſſentiam ſortitur. Com. 1. in lib. de Rat. uict. in morb. ac. cap. 17.
Iudicatio abſolutior eſt, quæ fit per euacuationem internam, quàm quæ per abſceſſum: deinde per quã noxius humor, exuberansq́; uacuatur, quàm per quam alter: tertio loco, quæ recto tramite fit, quàm quæ minimè: quarto, quæ facilè toleratur: poſtremo, quæ cum coctione, & in decretorio fit die. Commen. in Apho. 20. lib. 1.
Iudicationem intelligit eſſe Galenus, non modò perfectã mutationem morbi, ſed etiã effatu dignam tranſmutationem. Com. 2. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 15.
Iudicationes dicuntur repentè factæ permutationes in morb. Com. in Aph. 23. lib. 2.
Iudicationes fiunt morbo conſiſtente in uigore. Comm. in Apho. 19. lib. 1.
Iudicationes eorum morborũ fiunt in diebus imparibus, quorum acceſſiones ſimiliter in imparibus accidunt. Com. 3. in lib. 6. Epid. cap. 9.
Iudicationum lentarum terminum eſſe diem quadrageſimum. Com. in Aph. 23. lib. 2.
Iudicato morbo, non eſſe ſtatim tranſeundum ad pleniorem uictus rationẽ, ſed poſt duos aut tres dies: paulatimq́; adiiciẽdum eſſe. Com. 1. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 25.
Iudicatoria quæ nihil iuuant, ſunt iudicatu difficilia: quæ in contrarium repunt, ſunt letalia. Cõ. 3. in Prorrh. c. 35.
Iudicatoria quæ non iudicant, partim mortalia, partim malè iudicantia exiſtunt. Com. in Apho. 4. lib. 7.
Iudicatoriorum non iudicantium, alia quidẽ letalia, alia non iudicabiles faciunt morbos. Com. 3. in Prorrh. ca. 35.

Iudicatoriorum non iudicantium, quædam letalia ſunt: quedã iudicij difficilis. Com. 2. in Prorrh. cap. 32. & 33.

Iudicatorijs diebus apparentia omnia, cæteris fideliora exiſtunt. Com. 2. in Prorrh. cap. 26.

Iudicium à ratione profectũ, maximam habet difficultatem. Commenta. in Aphor. 1. lib. 1.

Iudicij ueri difficultatem liquidò oſtendunt tot tamq; uariæ hæreſes, quot in arte medica reperiuntur. ibidem.

Iudicia, inquire, Criſes.

Iudicijs naturalibus utuntur uniuerſi mortales, cùm ad quaſcunque artes conſtituendas, tum ad totam uitam adminiſtrãdam. Com. 3. in lib. de Offi. in Prooemio ipſo.

Iugale os, inquire Os iugale.

Iugulares uenæ oriuntur à uenæ cauæ ſuperiori ramo. Com. 2. in lib. de Nat. huma. cap. 6.

Iugulares uenæ, quæ in ſuperficie extant, alunt partes omnes tum colli, tum capitis, ſuperficiarias: ut altiores cæ, quæ altiùs ſunt ſitæ. Com. 2. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 10.

Iugulares uenæ oriuntur à uena caua cor prætergreſſa. ibidem.

Iulianus ſcripſit quadraginta octo commentarios contra Hippocratis Aphoriſmos. Galenus contra Iulianum.

Iunctura capitis, dum annuimus, abnuimusq;, plurimum confert ad motum. Commentar. 3. in libr. de Articu. cap. 39.

Iuncturis omnibus, ſiue articulis, opus eſt cauitate quadam, in quam caput rotundum alterius oßis recipi poſſit. Com. 3. in lib. de Fract. cap. 52.

Iuncturas aſtringi in gracilibus, à rigidiori muſculorum ſubſtantia. Com. 1. in lib. de Arti. cap. 27.

Iunonem humana uſam fuiſſe lingua fingit Homerus, *quòd eam etiam humana eſſe forma crederet.* Com. 3. in lib. 3. Epide. cap. 74.

Iuſtitiæ naturalis eſt propriũ munus, tribuere cuique quod ei conuenit: idq́; non ſecundum legem, ſed ſecundum rei illius naturam. Com.2.in lib.de Fract.cap.3.

Iuſtitiã eſſe æqualem, ac pro dignitate cuiuſq; extenſam. Com.4.in lib.de Art.ca.38.

Iuuantia, ſi quo tempore iuuare ſunt ſolita, non modò nõ iuuant, ſed etiam nocent, mortem prænuntiant. Com. in Apho.1.lib.2.

Iuuenilis ætas maximè aßimilatur æſtati. Com. in Apho. 30.lib.3.

Iuuenis ætate florens, puero abſolutè eſt calidior. Com.1. in lib.6.Epid.cap.4.

Iuuenes ſortiuntur acriorem calorem, quàm pueri. Com. in Apho.14.lib.1.

Iuuenum ætas eſt, quæ ab anno uigeſimoquinto uſque ad trigeſimumquintum producitur. Com.in Apho.9.lib.5.

Iuuenum ætas quinta ſeptimana terminatur. Comm.in Apho.30.lib.3.

Iuuenibus quæ continuatur ætas, ad duas ſeptimanas extenditur: in qua ætate omnia uitæ munia æquè atque illi qui in uigenti ætate conſiſtunt, conãntur peragere: non tamen eodem modo ad labores ſufficiunt, ſed magis ab eis offenduntur. ibid.

Iuuenibus ob intemperãtiam, non ob ætatis imbecillitatem, ægritudines plurimæ accidunt. Comm. in Apho. 29. lib.3.

L

Labij cõcußio, membranam eam, quæ ab ore in uentrem extenditur, tum morderi, tum uellicari, tum concuti oſtendit. Com. 1. in Prorr.cap.30.

Labor articulis & carnibus utilis. Com.5.in lib.6.Epid. cap.31.

Laborioſæ febres, ex plenitudine craſſorum & uitioſorũ humorũ frequẽtißimè oriuntur. Com.4.in lib.6.Epid. cap.2.

Laborioſas febres dici ab Hippocrate eas, quibus laßitu-

dinis ſenſus adeſt.ibidem.

Labrum inferius agitatur, ſi bilis mordet internam uentriculi tunicam. Comm.3.in Prog.cap.30.

Labrum inferius concutitur, ore uentriculi ad uomitum excitato.Com.1. in Prorrh. cap.30.

Labri inferioris concuſſio,uehementem morſum in ore uentriculi,uomitumq́; ſignificat.Com.2.in lib.de Rat. uict.in mor.ac.cap.44.

Lac non paruam in ſe continet ſeri partem.Commen.in Apho.24.lib.3.

Lac alteratur facilè:& ſi pluri calori incūbat,euaporat ſtatim:ſi uerò pauco, acceſcit ſubitò.Com.in Apho.64. lib.5.

Lac in uentriculo frigidiore acceſcit : in calidiore euaporat.ibidem.

Lac probè concoctum, alit, benignosq́; procreat humores:& dum cōcoquitur, attollit præcordia,caputq́; tentat.ibidem.

Lac aceſcit in præcordijs murmurantibus.ibidem.

Lac ab omnibus cauſis calidis quàm celerrimè in nidorem fuliginoſum uertitur.ibid.

Lac dum coagulatur,ſi agitetur,diſſoluitur. Commē.1.in lib.de Fract.cap.41.

Lac gignit probum ſuccum, etiam ſi aliquid flatulentū ſortiatur.Com.in Aph.64. lib.5.

Lac aduerſatur uenenis quæ erodendo perimunt:hæc ſiquidem contemperari poſtulant.Commē.6. in lib.6. Epid.cap.5.

Lac tantò frigidius eſt ſanguine, quantò adenes hepatis carne ſunt frigidiores. Com.in Apho.40.lib.5.

Lac plurimum gignitur, oppletis uenis cōmunibus, quæ à mammis pertingunt ad uteros.Com.in Apho.52.li.5.

Lac eſt craſſum natura, calculisq́; gignendis aptiſſimū. Com.3.in lib.6.Epid.ca.15.

Lac aſininum nullam acrimoniam ſortitur , præ omnibúſq; humiditate exuperat, atque ob id, ſolum uentrem ſubit.

ſubit. Com. 4. in lib. de Rat. uict. in morb. ac. cap. 7.

Lac aſinæ inter purgantia medicamenta omnia mitiſsimum trãquilliſsimumq́; exiſtit. Id quoque & lacte omni eſt humidius, & uentrem magis ſubducit. Com. 4. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 109.

Lac aſinæ epotum non cogitur: cum eo tamẽ mellis quidpiam & ſalis miſcere oportet. Com. 4. in lib. de Rat. uict. in morb. ac. cap. 29.

Lac aſininum expurgare poteſt, & contemperare. Com. 4. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 13.

Lac infantis purgatoriũ reddetur, ſi mulier ipſa, uel capra, elaterium, uel agreſtem cucumerem, uel quodcunque medicamentum purgans, uorarit. Com. 5. in lib. 6. Epid. cap. 35.

Lacti ineſt quædam ſeroſa humiditas. Comm. 2. in lib. 6. Epid. cap. 37.

Lacte qui indigent, ijs cibus bonum gignens ſuccum, & qui citò per uenas diſtribuatur, eſt neceſſarius. Comm. in Apho. 64. lib. 5.

Lactes, inquire Meſenteriũ: ſunt enim idem.

Lacrymæ inuoluntariæ imbecillitatem facultatis retentricis ſignificant. Com. in Aph. 52. lib. 4.

Lacrymæ ſi inuito defluant, idq́; ob retentricis facultatis imbecillitatem, ſignum eſt pernicioſum. Comm. 1. in Progn. cap. 10.

Lacrymæ in ægrotantibus, nonnũquam ſequuntur morboſam diſpoſitionem oculi: interdum uerò oboriuntur, excernente natura ſuperfluum humorem oculi. Com. 5. in lib. 6. Epid. cap. 3.

Lacrymas uolũtarias per morbos acutos, bonas: præter uoluntatem uerò erumpentes, malas exiſtere, ex doctrina Hippocratis. Com. in lib. 6. Epid. cap. 20.

Lædi minus, qui ex motione ad quietem ſubitò tranſeũt, quàm qui ex quiete ad motionem demigrant. Com. 2. in lib.

lib.de Rat.uic.in morb.acu. cap.53.

Læſionis magnitudo oritur ex magnitudine uirtutis eorum, quæ ægrotis adminiſtrantur. Comm.2. in lib.de Rat.uic.in morb.ac.cap.19.

Læſionem exiguam facilè poteſt corrigere obedientia ægri: at eam quæ adeò magna eſt, ut extremum diſcrimen afferat, aut morbum in longum tempus protrahat, non ita poſſumus in meliorem ſtatum reducere. Com.4.in li. 6.Epid.cap.8.

Læſionem grauiorem eſſe in uictus mutatione, dum ex multa inedia repentè plus modico ingeritur: quàm ſi ex multo cibo ad inediam tranſmutatio fiat. Com.2.in lib.de Rat.uic.in morb.acu. cap.53.

Læſiones minùs affligunt ualidiores, quàm imbecilliores Com.2.in lib.de Rat. uict.in morb.acu.cap.20.

Læſiones habent corpora affecta: cauſæ gignunt: ſigna indicant. Comm.3.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.14.

Læſiones grauiores cõtingere, quum prope uigorem erratum ſit, quàm ſi in morborum principijs erretur. Com.2.in lib.de Rat.uict.in morb.ac.cap.40.

Læue exaſperãti opponitur. Com.in lib. de Ratio.uict.in morb.ac.cap.18.

Læue redditur excremẽtum, aut quòd ex æquo concoctũ ſit: aut ob adeò uehementem colliquationem, ut nulla ipſius materiæ pars imperpeſſa ſuperſit. Comm. 2. in Progn.cap.21.

Læui opponitur aſperum. Cõ. 3.in lib.de Offi.cap.11.

Læuia præter naturam, exaſperanda eſſe. Com.2. in lib. 6.Epid.cap.4.

Læuis corporis ſtatus, exactæ maris tempeſtati eſt perſimilis. Commẽ.3.in lib. , Epid. cap.29.

Læuitas ineſt refectis corporibus.ibidem.

Lana ſordida quæ à nonnullis dicitur Succida, non modò dolorem mitigat, ſed etiã diſcutit,

diſcutit, repellitq́;. Com. 2. in lib. de Fract. cap. 72.

Laneis faſcijs utendum eſſe, ubi nulla opus eſt adſtrictione. Præfat. in lib. de Faſcijs.

Λαπαρὴ ſignificat eam partem, quæ inter thoracis, iliumq́; oſſa, conſiſtit. Com. 2. in lib. de Fract. cap. 70.

Lapillus cõcretus in renibus, ſi anguloſus ſit, dum ad exitum properat, proximas partes feriens, in cauſa eſt, ut cum lotio excernatur ſanguis. Com. 1. in lib. 6. Epide. cap. 5.

Lapis uidetur concretus in aquis calidis ſponte ſcaturientibus, & uaſis, in quibus quotidie calfit aqua. Com. 3. in lib. 6. Epi. cap. 15.

Lapis gignitur in ueſica ex urinæ craſſo ſedimento in unum coacto. ibidem.

Lapis non gignetur in renibus, ſi quis ſemper & attenuarit humores, & emollierit ipſorum renum corpora. Comm. 1. in lib. 6. Epide. cap. 5.

Lapis genitus in ueſica, non ex ætatis immutatione, ſed chirurgia duntaxat exterminatur. Cõ. 5. in lib. 6. Epi. cap. 26.

Lapis ueſicæ, magisq́; nephritis, torquet infantes. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 4.

Lapidis materia eſt humorũ crudorum pars craßior, quæ cum urina in ueſicam deſcendit, cui accedit altera cauſa, uehementia nempe caliditatis. Com. in Apho. 26. lib. 3.

Lapidem in ueſica concreſcere à calore qui innatus non ſit. Comm. 3. in lib. 6. Epide. cap. 15.

Lapides fiunt, pueris quidem in ueſica, inclinantibus autem ætate in renibus. ibidem.

Lapidibus gignendis minimè quidem eſt cauſa meatuum anguſtia, ſed partim functionum imbecillitas, partim craſſorum humorum cruditas. ibidem.

Lapidibus generandis lotij craßitudo eſt prima & maxima cauſa: calor uerò, uel mediocris, ad hanc materiã cogendam ſufficit. ibidem.

Lapi

Lapides pueris ob craßitudinem lotij gigni in ueſica. ibi.

Lapides gigni poſſe in ipſa renum carne, eadem ferè ratione, qua tophi in articulari fiunt morbo. Com. 1. *in lib. 6.* Epid. *cap. 5.*

Laryngis amplitudo, amplitudini aſperæ arteriæ magna ex parte reſpondet. Cõ. 4. *in lib. 6.* Epi. *cap. 24.*

Laſerpitium eſt acre & æſtuoſum. Comm. 4. *in lib. de* Rat. *uict. in mor. ac. ca. 96.*

Laſerpitij ingeſtionem gignere in uentre flatulentum ſpiritum. ibidem.

Laßitudo omnis afficit muſculoſum genus: illi autem, quæ ob motus fit improbos, caliditas articulorum eſt peculiaris. Com. *in* Apho. 31. *lib. 4.*

Laßitudo eſt triplex, ulceroſa, tenſiua, & phlegmonoſa. Com. *in* Apho. 5. *lib. 2.*

Laßitudo ulceroſa ex uitioſis humoribus ortum habet: tenſiua ex plenitudine: phlegmonoſa, ex utriſque coniunctis. ibidem.

Laßitudo abſque motu, non ſimpliciter laßitudo: ſed laßitudo ſpontanea uocatur. ibidem.

Laßitudo ulceroſa ob mordentes acreſq; ſuccos efficitur. Commen. 2. *in* Prorrh. *cap. 3.*

Laßitudo tenſiua fit ob plenitudinem. ibidem.

Laßitudo phlegmonoſa fit tũ ob mordentes acreſq; ſuccos, tum ob plenitudinem. ibidem.

Laßitudini laborioſæ, crebriùs ſolent abſceſſus ſuperuenire, quàm ſpontaneæ. Com. *in* Aph. 31. *lib. 4.*

Laßitudinem uocari ab Hippocrate, *affectum corporis, cui tenſiuus aut ulceroſus ſenſus coniunctus ſit, ſi pauxillum moueatur aliquis.* Cõ. 2. *in lib. 3.* Epid. *cap. 5.*

Laßitudines ſimpliciter dictæ, in multis accidunt motibus. Com. *in* Aph. 31. *lib. 4.*

Latentia animalia, quum ſe recondunt, nec plurimo alimento egent, & ſine cibo poſſunt perdurare. Com. *in* Apho.

Apho.15.lib.1.
Latentia animalia, ut quæ neque extrinſecus calfiant, neque intrinſecus, nihil, uel parum diſſoluuntur: ac proinde nonnulla alimento non egent, nonnulla pauciſſimo. Com. in Apho.59.li.7.
Lateris æſtus cum dolore, ſignum eſt phlegmones. Cõ. 2. in Prorrh. cap.31.
Lateris uehemens dolor non uacat periculo. Cõ. in Apho. 5. lib.6.
Lateris uehemens dolor, ſi pertingat quidem clauiculas, uenæ ſectione: ſi ad præcordia deſcendat, purgatione indiget. ibidem.
Lateris dolore ex bilioſis ſputis abſque ratione occultato, ægri in inſaniam tranſeunt. Com.3. in Prorr. cap.5.
Lateris uehemens dolor eſſe non poteſt, illæſa ſuccingente coſtas membrana. Comm. in Apho.5. lib.6.
Lateris dolor, inquire Pleuritis.
Lauari nullus cõfeſtim debet à cibi uel potus ſumptione. Com.3. in lib. de Rat. uict. in morb. ac. cap.55.
Lauacra obſtructiones creant ijs, qui in iecinore habent arctos tranſitus alimenti. Com. in lib. de Salub. diæta, cap.12.
Laudari magis peregrina, inuſitataq́;, & incognita, quàm aſſueta, & de quorum uſu & utilitate iam conſtat. Cõ. 1. in lib. de Rat. uict. in mor. acut. cap.17.
Laxa ſunt cogenda aſtringentibus atque refrigerantibus. Comm.2. lib.6. Epid. cap.1.
Laxiora redduntur nonnulla, quàm naturæ modo conueniat, dum citra frigus multo madẽt humore. Com.1. in li. 6. Epid. cap.29.
Laxiora redduntur neruoſa corpora, ob humidiorem naturam hominis. Com.1. in li. de Art. cap.26.
Leges in ciuitatibus exiſtunt ſermones quidam: qui agẽda præcipiunt: prohibent autem ea quæ nõ expedit agere. Cõ.2. in li. de Offi. cap.5.

Legiſlatores eâdẽ pœna eos, qui falsò accuſant, afficiunt, qua illi quos accuſarunt plectendi eſſent, ſi damnarentur. Gal. contra Iulianum.

Legumina omnia uẽtrem implent, coctúque difficillima ſunt, quæ cruda exiſtunt: frixa, flatuoſa minùs, ſed concoctioni non minùs renituntur. Quæ autem plurimùm cocta ſunt, ea exiſtunt moderatiora. Com. 4. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 92.

Lens, ſi ulceribus inflammatis, inſtar cataplaſmatis admoueatur, uidetur confluentes ſuccos refrænare & repellere, ſua facultate aſtrictoria. Habet prœterea aliquid cõcoquens, ſuppurãsq;, quod minimè frigidis ineſt. Com. 5. in lib. 6. Epid. ca. 33.

Lens exiccans cibus exiſtit, non autem frigidus, ſicuti neque etiam calidus, ſed ex utraque ſubſtantia miſtus, illa nempe, quæ cohibet, frigida & terrea: altera uerò quæ ciet aluum, calida. Vel dicendum eſt, lentem paꝛumper declinare ad calidius. ibidem.

Lens, milium, & fœnũ græcum, tanquam medicamenta ob quoſdam uentris morbos exhibentur, non tanquam nutritura cibaria. Com. 1. in lib. de Ratio. uict. in mor. ac. cap. 12.

Lens cum cortice aſſumpta, uentris turbationem inducit. Com. 4. in lib. de Rat. ui. in morb. acu. cap. 94.

Lentem ex contrarijs conſtitutam eſſe ſubſtantijs: altera, quæ aluum compeſcit: altera, quæ eandem ad excretionem ſtimulat. Com. 5. in lib. 6. Epid. cap. 33.

Lenticulæ ſolidum corpus uentrem cohibet: ius autẽ, ipſum proritat, atque ſubducit. Com. 1. in lib. de Rat. uict. in morb. ac. cap. 18.

Lenticulam ex aceto præparatam, qui pleuritico in ea morbi declinatione, quæ nihil aliud quàm coctorum expuitionem deſyderat, obtulerit, is non immeritò languenti ipſi, qui ſequenti no-

ćte

cte ſuffocatus eſt,mortis occaſionem dediſſe eſt uiſus. Com.1.in lib.de Rat.uict.in morb.ac.cap.27.

Lentor ſæpe ſequitur uehemẽtem calfactionem.Com.2.in Progn.cap.21.

Lentorem quendam aſſequuntur ſucceſſu temporis,quæcunq; dum coquuntur,à calore alterantur.Com.3.in li.6.Epid.cap.15.

Lentus humor ſi conſumi medicamentis non poſsit,uſtione abſumendus eſt.Comm.3. in lib.de Art.c.67.

Lepus ſine auribus,eſt genus uinculi,tum fronti,tum partibus inter frontem uerticemq; ſitis,accommodatum. Li.de Faſcijs,cap.23.

Lepus auritus uinculi eſt genus, quo gladiatores plurimùm utebantur ad capitis ornamentum.Li.de Faſcijs. cap.30.

Lepus marinus,ſi deuoretur, præſtare nullam poteſt utilitatem.Comm.6.in libr.6. Epid.cap.5.

Lethargicæ febres fiunt ab humore pituitoſo aceruato in cerebro.Comm.in Aphor.3. lib.3.

Lethargici affectus fiunt à uehementi frigiditate cerebri, cui humiditas iũcta ſit.Com. in Aph.3.lib.2.

Lethargus fit, quum pituita humectauerit, dilueritque principem animæ ſedẽ.Com. 1.in Prorrh.c.1.

Lethargum eſſe morbum acutum,atq; periculoſum.Com. 3.in li.1.Epid.cap.1.

Lethargum cataphoramq; gignit pituitæ copia cerebrum petens.Comm.3.in Prorrh. cap.31.

Lethargum ſanat phrenitis. Com.6.in lib.6.Epid.c.8.

Leuantia non ex ratione,ſuſpecta eſſe debent.Com.2.in Prorrh.cap.16.

Leucophlegmatiæ ſunt frigidi temperamenti. Com.3.in li.3.Epid.c.70.

Leucophlegmatijs corpus eſt molle,& tumidius quodammodo,ut eo hydropis genere quod leucophlegmatian uocant,affectis.ibidem.

Leuia præter rationem redduntur, quæ neq; cum ſignis ſolutionis, neque in diebus deſinunt decretorijs. Commenta.3.in Prognoſtica, capite 22.

Lex nulla eſt tranſcribentibus poſita. Comm.in Apho. 64.lib.7.

Liber de articulis librum de fracturis ſequitur. Procœmio Commentarij primi in librũ de Articulis.

Liber κατ᾽ ἰητρεῖον, *pertineátne ad* Hippocratem, *an ad* Theſſalum *eius filium,* Galenus *ambigit.* Com.1.in lib.de Off.c.5.

Librum ſecundum & ſextum Epidemiorum, *ex ijs eſſe, quos* Hippocrates *ſibi parauerat:* Theſſalum *tamen illius filium, aliquid eis ex propria ſentẽtia inſeruiſſe.* Præfatione Cõ.1.in li.6.Epid.

Librum de uictu ſalubri non eſſe Hippocratis. Com.1.in li.de Rat.uic.in morb.acut. cap.18.

Librum de glandularum uniuerſa natura non eſſe Hippocratis.Commen.1.in li.de Art.cap.47.

Librum quintum et ſeptimum epidemiorum, non eſſe Hippocratis *ueros, ſed nothos, adulterinosq;.* Præfatione Com.1.in li.6.Epid.

Librum 2. Prorrheticorum, *non eſſe* Hippocratis.Com. 2.in Prorrh.cap.17.

Librum ſecundum de natura humana, non eſſe Hippocratis.Cõ.2.in librum de Nat. hum.cap.22.

Librorum inſcriptiones tum primùm cœptas eſſe uitiari, quum Pergami *&* Alexandriæ *Reges, ueterum ſcripta ſibi oblata magnis præmijs cœperunt remunerare.* Cõ. 1.in lib.de Nat.hum.c.51.et in Procœmio Com.ſecundi in lib.de Nat.hum.

Libya eſt regio calida. Com. 3.in Progn.cap.40.

Libyæ loca recedẽtia à mari, calida eſſe & ſicca. Com.in Aph.14.lib.3.

Liẽ expurgat hepar, trahitq́; ſanguinis fæcem. Comm.in Aph.21.lib.4.

Lien

Lien alitur melancholico humore, excrementumq́; ipſius ad uentrem tranſmittit. Cō. in Aph. 21. lib. 4.

Lien induratus per longos morbos, hepati affectionem communicat, uniuerſoq́; corpori aquam inter cutem conciliat. Commen. 2. in Progn. cap. 1.

Lienis tumores præter naturam, à melancholicis fiunt & craßis humoribus. Commenta. 2. in lib. 6. Epidem. cap. 41.

Lienis duritiem eſſe pernicioſam, atque diuturnam. Commenta. 3. in libr. 1. Epidem. cap. 1.

Lienoſis, ſi alijs quibuſdam, purgandi ſunt atri humores. Commenta. 4. in libr. de Rat. uict. in morb. acut. cap. 115.

Lienteria fit ob facultatis retentricis imbecillitatem. Cō. in Aph. 12. li. 4.

Lienteria fit quandoq; ob aliquam ſummas inteſtinorum partes occupantem exulcerationem. ibidem.

Lienteria dicitur, quum celeriter ea quæ comeduntur, talia deijciuntur, qualia deuorata fuerunt. ibidem.

Lienteria orta ab acritudine humorum, ſi diutiùs producatur, tranſit in dyſenteriā. Com. in Aph. 1. cap. 6.

Lienteria orta ab imbecillitate retentricis potentiæ, omnino fit aut ab intemperatura, quæ ipſorum corporum eſt diſpoſitio permanens: uel ab aliquo humore in uentriculo & inteſtinis contento (cuiuſmodi exiſtit pituita) ducit origiuem. ibidem.

Lienteria uelox eſt ciborum non mutatorum tranſitus. Commen. 2. in lib. 1. Epidem. cap. 36.

Lienteria eſt cita deiectio ciborum, qui nullam ſunt experti coctionem. Commen. in Apho. 1. lib. 6.

Lienteria orta ab acritudine humorum, ceſſante humorū malignitate, ſtatim ſanatur, aſtringendi uictus ratione adhibita. ibidem.

Lienteria eſt uelox exitus comeſtorum, ac bibitorũ, quæ talia deijciuntur, qualia deuorata fuerunt. ibidem.

Lienteria poteſt fieri, ab acrimonia humorum, exulceratis ſecundum ſuperficiem internam uentriculo & inteſtinis, idq́; facultate nihil perpeſſa, ibidem.

Lienteriam ab acritudine humorum ortam, ab ea quæ ob imbecillitatem fit, diſtinguit doloris ſenſus. ibidem.

Lienteriæ cauſa eſt imbecillitas uentriculi totius, & inteſtinorum, ob quam ſuſtinere cibos nequeuntia, confeſtim ipſos excernunt. ibidem.

Lienteriam ſanat acidus ructus. Commen. 6. in libr. 6. Epid. cap. 8.

Lienteria laborantes ob frigidum ſuccum, ructus acidos edunt. Com. in Aphor. 1. lib. 6.

Lienteriæ, ſunt ueloces, & ſine aliqua tranſmutatione, ciborum excretiones, aut propter ulcerationes in ſumma parte uentriculi, aut ulcus inteſtinorum, uel propter facultatis retentricis imbecillitatem. Com. in Aph. 22. lib. 3.

Lienteriæ fiunt, hæ quidem à pituita frigida: hæ à ſola intemperie: hæ ab ulceroſa diſpoſitione. Commentario in Aphoriſm. 30. libr. tertij.

Lienterias fieri facultate retentrice imbecilliori reddita. Commen. 3. in lib. 3. Epid. cap. 53.

Ligamentum eſt corpus exanguc, nullam poßidens cauitatem, & ab oßibus enatum. Commen. 1. in 6. li. Epidem. cap. 1.

Ligamenta oriuntur ab oßibus, neruisq́; ſunt robuſtiora. Commen. 3. in li. de Art. cap. 9.

Ligamenta hærent oßibus. Commen. 3. in lib. de Fract. cap. 57.

Ligamenta uocantur ligantes nerui. Commentario 4. in libr. de Articul. capite 42.

Ligamenta, quàm caro, tardiùs inflammari incipiunt, tardiusq́; ad conſiſtentiam inflammationis perueniunt, ac ſeriùs etiam ſanantur. Commen. in Aphoriſm. 49. lib. 6.

Ligamēta eſſe exanguia, oririq́; ab oßibus, eſſeq́; neruis ſimilia: minimè tamen corpus ab ipſis moueri, pro uoluntatis imperio. Com. 4. in li. 6. Epid. cap. 7.

Ligamenta uocat Hippocrates neruos. Commentario 3. in lib. de Fracturis capite 57. 58.

Linamenta imponuntur uaſis profundentibus ſanguinem: interdum quidem ſola: interdum medicamento aliquo delibuta: quæ quidem adhærere debent diutius. Commenta. 2. in libr. de Offi. c. 23.

Linea recta ſuper aliam item rectam perpendiculariter conſtituta, duos utrinque angulos, inuicem inter ſe æquales abſoluit: quorum uterque eſt rectus. Commentario 3. in libr. de Officina, cap. 20.

Lingua tum ex uaſis, tum ex glandulis, cognatam humiditatem ſortitur. Commentario 1. in Prorrhetica, capi. 3.

Lingua ut ſicca ſimul & denſa ſit, fieri non poteſt. ibidem.

Lingua denſa & aſpera, ſiccitatis immoderatæ eſt nota: quare ardentibus ſuperuenit febribus. ibidem.

Lingua ſi fuerit impura, excrementiſque imbuta, pro excrementi natura, ipſi cibi ſaporem repræſentabunt redundantium in ea humorum, ſi id quod guſtandum offertur, expers ſit cuiuſcunque qualitatis fortioris. Commenta. 5. in lib. 6. Epid. cap. 17.

Lingua ſola quibus eſt reſoluta, poſſunt interdum clamare altißimè, tamen loqui non ualent. Commentario 3. in libr. 3. Epidemion, cap. 74.

Lingua non mutat colorem

ratione aliquorum humorum, niſi ij aut in uentriculo contineantur, aut præ uehementi calore fuſi, atque in ſpiritum uerſi, in ſublime ferantur. Commen.5.in li.6. Epid.cap.14.

Lingua aſpera redditur, ob immodicam ſiccitatem: nigreſcit autem, ob calorem immoderatum. Comm.4.in lib.de Rat.uic.in morb.acu. cap.4.

Lingua non uocale inſtrumentum, ſed dialecticum, hoc eſt, ſermocinatiuum, exiſtit. Cō. 1.in Prorrhet.c.3.

Lingua, quum habeat uenas ampliores, ſubſtantiaq́; rara & ſpongioſa conſtet, alijs particulis, quæcunque duræ denſæq́; fuerint, promptius ſuſcipit intra ſe ſuccos ſeroſos, ab eisq́; inſtar lanarum, inficitur. Commenta.5. in li. 6.Epid.c.14.

Lingua euidentiſsimè dulcem ſaporem percipit. Comm.3. in lib.de Rat.uic.in morb. acut.cap.11.

Lingua imbuta flaua bile, iudicat omnia eſſe amara: ſi ſalſa pituita imbuatur, ſalſa: ſi acida, acida. Commen.1.in li.de Off.cap.3.

Lingua, perinde ac urina, humorum diſpoſitiones indicat. Comm.5.in lib.6.Epid. cap.14.

Linguæ non modò color, ſed guſtatoria etiam facultas, qua nimirum prædita eſt, exuperantes indicat ſuccos. Commen.5.in lib.6. Epide. cap.17.

Linguæ talia apparent eſſe, quæ ab ipſa guſtantur, quales ſunt ſucci, quibus eſt delibuta. ibidem.

Linguæ conuulſiones, ſiccitatem muſculorum ipſius, unà cum capite affectorum, conſequuntur. Com.1.in Prorrh. cap.19.

Linguæ muſculi à cerebro ſuos neruos ſuſcipiunt. Commentario in Aphoriſm. 32. lib.6.

Linguæ aduſtio, iecinoris calidam diſpoſitionem ſignificat. Com.1.in lib.3.Epide. cap.4.

Linguam palleſcere ex bile. Commen.5. in lib.6.Epide. cap.14.

Linguam tinctam ceu quadam fuligine, haud quidem eſſe exitialem. Commentario in lib.3.Epidemion,capi.83.

Linguam eſſe inſtrumentum elocutionis.Commentario ſecundo in lib.1.Epidemion, cap.78.

Lingua oblæſa,balbuties,blæſitasq; contingit.Commentario 1.in Prorrhetica, capite 3.

Lingua exiſtente admodum humida ex natura, uentriculum talem eſſe par eſt. Commentario in Aphoriſ. 32.lib.6.

Linguæ obtremiſcunt,ob facultatis animalis imbecillitatem: eſtq; id ſignum non conſtantis mentis.Commentario 1.in Prorrhetica,capi.20.

Linguæ,ut pallidæ à pallida bile, ab atra atræ, atque à ſanguine rubræ, ita ex pituita redduntur albæ.Commen.5.in lib.6.Epidemion, cap.14.

Linguæ redduntur nigræ ab atra bile:aridæ,ab adurente febre.ibidem.

Lini ſemen ſiccare & refrigerare eſt natum.Commentario quarto in libr.de Rat. uict. in morbis acutis,capite 113.

Lini ſemen mollit abſque manifeſto calore.Commentario 4.in lib.de Rat.uic.in mor. acu.cap.49.

Linteum latius corrugatur, & à parte ubi rugas contrahit, laxius redditur:& proinde non amplius æquè firmiter ſubiecta corpora continet.Comm.1.in libr.de Fract.cap.36.

Lintea & ſplenia iniici conſueuere, ut oſſa reſtituta in ſua ſede permaneant: præſertim ubi locus eſt adeò inæqualis, ut non admittat ferularum appoſitionem.Commenta.2.in libr.de Fract.cap.13.

Lintea ſicca, partes quibus inijciuntur, conſtipant, atque in eis calorem adaugent, ac proinde ad affectam partem humores è locis uicinis attrahunt. Commentario 2. in lib. de Offic. cap. 25.

Linteorum munditie confert ad diſcutiendum humorem in læſa particula deliteſcentem. Commenta. 3. in libr. de Off. cap. 30.

Linteis utendũ eſſe, ubi aſtringendum eſt. Præf. in libr. de Faſcijs.

Lintea fractis oßibus apta, eſſe imbuenda ſimplici cerato humido, aut picato, aut uino nigro & auſtero. Commen. 2. in lib. de Off. cap. 25.

Lippitudinem curari aluo clyſteribus, purgationibúſque ſubducta. Commen. in Apho. 17. lib. 6.

Lippitudines tenues oculis excidunt, ac mox ſiceſcunt, in acutis morbis quàm ariðißimis, ſi uires infirmæ ſint. Commen. 1. in lib. 6. Epide. cap. 22.

Lippitudines tabidæ in immodicis ſiccitatibus aëris fiunt, facta ipſa pupilla anguſtiore, & exiccatis humoribus à quibus diſtendebatur. Commen. in Aphoriſ. 16. lib. 3.

Lippitudines infeſtant ferè omnes, repleto capite, quibuſdam exceptis, quibus oculi præualidi ſunt. Commentario in Aphoriſm. 11. lib. 3.

Lipyria febre infeſtante, perfrigerari extrema, internis incaleſcentibus. Commentario 2. in Prognoſtica, capite 4.

Lithargyrus, ſi uoretur, nullam præſtare poteſt utilitatem. Commentario ſexto in libr. 6. Epidemion, capite 5.

Liueſcere extrema, ſignum eſſe, quòd extinguatur calor natiuus, qui à corde emanat. Com. 2. in Prognoſtica, cap. 8.

Liuida apparet caro circunſtans, in maximis oßium putrilaginibus, extincto in ca natiuo calore. Com. in Aph. 2. lib. 7.

Liuidus color ſanguinis, in ea, quæ fit à rubido ad nigrum, tranſmutatione, medium obtinet. Com. 2. in lib. de Rat. uict. in mor. acut. cap. 10.

Liuidus color, prauus ſemper exiſtit. Com. 1. in lib. 6. Epi. cap. 28.

Liuidus color, medius quodammodo eſt inter prorſus atrum, & aliquem floridũ: cuiuſmodi ſunt in primis ruber & flauus. Fit autem, quum floridus color in atrũ abit. Com. 2. in lib. de Fract. cap. 32.

Liuores ex refrigeratione fiunt. Com. in Aph. 17. lib. 5.

Loco idoneo egent chirurgus & inſtrumenta, ut commodè operari poßint. Com. 1. in lib. de Offi. cap. 6.

Locos ſumi pro membris à Medicis. ibidem.

Longitudo corporis, ut eſt liberalis iuuentæ, ſic ſenectuti inutilis. Com. in Aph. 54. lib. 2.

Longum propriè dicimus corpus, quod ſola longitudine mediocritatem excellit. ibid.

Lora humida & mollia, facilè & citra damnum tenduntur: duriora uerò, & aridiora, rumpuntur. Com. 3. in lib. de Offi. cap. 23.

Lora inungũt, qui eis ad curſus utuntur. Com. 3. in lib. de Art. cap. 30.

Λόρδωσις eſt peruerſio ſpinæ in anteriorem partem. Com. 3. in lib. de Arti. ca. 2.

Lucius Imperator mimos uocabat eos, qui radebantur caput. Com. 4. in lib. 6. Epi. cap. 9.

Lumborum uertebræ, in hominibus quidem, quinæ tantùm exiſtunt: in ſimijs autem, ut in animalibus cæteris, ſenæ. Comm. 3. in lib. de Arti. cap. 45.

Lumbrici lati generatio contingit rariùs, qui & longiſſimus eſt, & ſæpe per tota extenditur inteſtina. Com.

in Apho.26.lib.3.

Lumbricorum rotundorum genus quoddam in ſupernis magis inteſtinis gignitur: adeò ut ad ipſum etiam interdum uentriculum repant. ibidem.

Lumbricos cum excrementis deiici, ſatiùs eſt, quàm ſi per ſuperna eiiciantur. Com. 2. in Prognoſt.cap.18.

Lumbricos gigni proportionaliter alijs animalibus, quæ ex putredine oriuntur: eorum tamen generationem ſat non eſſe putredinem ſolam, ſed requiri inſignem caliditatem. Com. in Apho. 26.lib.3.

Lumen infeſtum eſt oculis laborantibus.Com.1.in lib.de Offic.cap.19.

Lumen commune eſt, quo paſſim utũtur homines, ac præſertim ſub dio: artificioſum autem, quod fit accenſis lucernis, funabulis, lampadibus, aut id genus aliis: deinde feneſtris aut oſtijs expanſis.Com.1.in lib.de Offi. cap.9.

Lunã retulit Galenus in Deorum numerum. Com.3.in li. 3.Epid.cap.74.

Lux, inquire lumen.

Lucem auerſari, propter imbecillitatem uiſoriæ facultatis contingit.Com.1.in Progno.cap.8.

Luxata cum ulcere oſſa, non eſſe reponenda. Com. 4. in lib.de Arti.cap.23.

Luxata mẽbra, quæ reponi nõ poſſunt, poſtea minùs aluntur, quia tam uaſa, quàm muſculi, in ipſis diſtorta ſunt: & quia articuli ipſorum exiſtunt immobiles. Com.1.in lib.de Arti.

Luxata membra quum reducuntur, propellenda eſſe paulò ultra naturalem ſtatum. Com.4.in lib.de Arti.ca.8.

Luxata membra, quàm rectiſſimè eſſe extendenda. Com. 1.in lib.de Frac. cap.1.

Luxatæ partes in adoleſcentibus quidem, defraudantur augmento: in adultis autem, minimè aluntur.Comm.3.in lib.de Artic.cap.97.

Luxatio non primaria ratione

tione membrum alimento priuat, ſed media distortione uaſorum, & instrumentorũm ocio. Com.3.*in lib.de* Art.cap.80.

Luxationis curationẽ ab extenſione eſſe inchoandam. Com.1.*in lib.de* Fract. ca.6.

Luxatiões in corporibus quidem præditis bono habitu, & corpulentis, ægriùs accidunt: difficiliusq́; etiam reponuntur luxata oſſa: contrà uerò in extenuatis præter naturam. Com.1. *in lib.* de Artic.cap.27.

Luxationes difficiles, ac uiolentæ repoſitiones, maximos dolores in muſculis excitant, qui tandem inflammationes pariunt. Com.1.*in lib.* de Arti.cap.29.

Luxationes eandem, quam fracturæ, deligationem poſtulant. Cõ.2.*in lib.de* Frac. cap.53.

Luxationes dici ab Hippocrate, quum oſſa penitus à ſua ſede exciderunt. Com.3.*in lib.de* Fract.cap.51.

Luxatis oſsibus omnibus eſt commune, ut, alterum extremum ſemper ad locum contrarium illi declinet, in quem alterum exceſsit. Com.3.*in lib.de* Art.cap.70.

Luxatis articulis quæcunque ſunt uiciniora, ea minus augentur, nunúſq; etiam aluntur. Com.3. *in lib.* de Artic. cap.88.

Luxatis cum ulcere partibus conferre plurimum perfuſiones. Com.4.*in lib.* de Arti. cap.24.

M

MAcreſcentibus redditur corpus bilioſum. Com.3.*in lib.* 6.Epid.cap.29.

Magnum propriè corpus dicitur, quod longitudine, latitudine, & profunditate, mediocritatẽ exuperat. Cõ. *in* Apho.54.lib.2.

Μαινόμενοι, hoc eſt, inſanientes, ſola febre à phreniticis differunt. Com.1.*in* Prorrh. cap.1.

Mala quæ præter rationem eueniunt, formidanda ualde non ſunt. Com.2.*in* Prorrh. cap.

cap.16.

Malam anatomici appellant eam partem, quæ leuiter rotunda ſub oculis prominentior eſt. Commen.2.in lib.de Arti.cap.1.

Malam ſumi pro maxilla ab Hippocrate. Com.2.in lib. de Art.cap.1.

Malignis morbis accidit, ut in decretorijs diebus aliquantulùm remittantur, moxq́; ex remiſſione iterum grauiùs inſurgant. Comm.2.in lib.1.Epid.cap.25.

Malleoli perperam à nonnullis uocantur tali. Comm.2.in lib.de Fract.cap.35. & Cõ. 2.in lib.de Offi.med.ca.16.

Malleolorum uenas pertundebat Galenus, aut etiam poplitum, partibus, quæ infra hepar ſunt, requirentibus ſanguinis detractionem. Cõ. 1.in lib.6.Epid.cap.5.

Malum non eſſe malo curandum. Com.3.in lib.6.Epid. cap.31.

Mamillarum adenes, quum ſint albi, & exangues, ex ſanguine conficiunt humorem candidum, quale nimirum eſt lac. Com. in Apho. 40.lib.5.

Mammæ ſimul cũ menſtruis augentur. Com.4.in lib.6. Epid.ca.27.

Mammæ cùm lacte replẽtur, undiq; & ſecundum omnem dimenſionem augentur: at lacte exhauſto, ſe ipſis rurſus minores redduntur, imminutæ ſecundum dimenſiones eaſdem. Com.3.in lib.6. Epid.cap.29.

Mammæ tenues penuriam ſanguinis indicant: ut duræ, illius multitudinem. Comm.in Apho.53.lib.5.

Mammas ſolidas in prægnantibus eſſe omnium commendatiſſimas: utpote exiſtentes medias inter flaccidas, & renitentes. Com. in Aphó. 52.lib.5.

Mammis influit plus humoris ad conficiendum lac, octauo & nono conceptionis menſe, quando abundanter oppletæ ſunt communes uenæ mammarum, & uteri. Com. in Apho.39.lib.8.

Mammis influit magna colluuies humoris ad lac gignendum, quando uel muliere, non exiſtente grauida communes uenæ mammarum & uteri ob retentionē mēſtruorum mirum in modum opplentur.ibidem.

Manducatorij muſculi dicuntur ij duo, qui latis inferioris maxillæ partibus ſunt annexi, utrinque nimirum alter: atq; inter mādendū circumagunt ipſam maxillam. Com.2.in lib.de Art.cap.3.

Mangones ſummis digitis attrahentes cutem, conſiderāt quantum illa à ſubiecta carne recedit: atq; eatenus ſperant ſe gracilia corpora refecturos, quatenus cutis trahenti ceſſerit. Com.3. in lib.6.Epid.cap,29.

Mania eſt mentis oblæſio, omnino abſque febre accidens. Com.3.in lib,3.Epid.ca.45.

Maniæ ſolent accidere ſenibus, ob imbecillitatem naturæ, quæ excernere uomitu, uel profluuio ſanguinis, excrementa cōtenta in capite, nequit. Com.2.in lib.1. Epi. cap.59.

Maniam aliquando uarices ſanarunt. Com. 2. in lib. 6. Epid.cap.14.

Manias uocari ab Hippocrate *deliria citra febrem.* Cō. 2.in lib.1.Epid.cap.59.

Manna eſt puluis ex concuſſo thure collectus. Com.2.in libr.de Art.cap.42.

Manſuetudinis morbi permutationes, in ijs contingunt affectibus, qui fiunt ex copia, uel qualitate malignorū humorum in aliam aliàs partē transfluentium. Comm.1. in Prorrh.cap.12.

Manſuetudinem morbi immutari, ſignificat facultatem à morbo uinci.ibidem.

Μαντικὴ, *hoc eſt, uaticinatio, cōprehēdit ſub ſe* τὴν οἰωνιστικὴν, καὶ τὴν ἱεροσκοπίαν. Com.1.in lib.de Rat.uict.in morb.ac.cap.16.

Μαντικὴν, *hoc eſt uaticinationem, uocari ab* Hippocrate οἰωνιστικὴν, *hoc eſt ſcientiam augurādi ex auiū uolatu.ibidem.*

Man

Manticam duplicem è collo ſuſpenſam nos geſtare, ait Aeſopus: unam antè, alienorum, alteram pòſt, noſtrorũ uitiorum plenam: ac proinde errata aliena uidere nos: propria autem, non cernere. Com.2.in Prorrh.cap.13.

Manus extrema pedi proportione reſpondet. Comm.2.in lib.de Fract.cap.8.

Manus dextra in mulieribus eſt etiam natura debilis. Cõ. in Apho.43.lib.7.

Manui extremæ oſſa in uniuerſum inſunt 27. Com.2. in lib.de Fract.cap.8.

Manui uniuerſæ cum crure magna eſt in partibus ſimilitudo.ibidem.

Manum utranque eſſe pariter exercendam chirurgis, ut dextri quidem oculi ſuffuſionem, dextra: ſiniſtri autem, ſiniſtra, pungere poſſit.Com.1.in lib. de Offic. cap.23.

Manum extremam in cubiti fractura paulò altiorem tenendam eſſe, quàm ipſam iuncturam cubiti. Com.1.in lib.de Fract.cap.22.

Manuum nerui ex medulla ceruicis oriuntur. Com. 1. in lib.3.Epid.cap.2.

Manuum muſculorum motores nerui, è primo interco ſtali, & uertebris ei incumbẽtibus, enaſcuntur. Com.1. in lib.3.Epid.cap.4.

Manuum porrectiones, propter uitiatam motionem exoriuntur. Com. 4. in lib.de Ra.uic.in morbis ac.ca. 26.

Manibus deducuntur nerui ab ea ſpinalis medullæ regione, quæ iuxta ſextam, ſeptimã, & octauam uertebram eſt. Com.1.in lib.3.Epid. ca.4.

Manibus inſeruntur nerui, ex primo & ſecundo interſtitio ſupremarum coſtarum thoracis delati. Comm.4.in lib.6.Epid .cap.4.

Manibus nerui inſerti, ab ſpinali medulla, quæ in collo eſt, oriuntur. Com. 1. in lib. de Arti.cap.48.

Manus condoleſcere ſupremis thoracis partibus, quæ uidelicet ad primum, aut ſecundum coſtarum interſti-

tium

tium pertinent, malè affectis. Com.4.in lib.6. Epid. cap.4.

Mare ambit terram. Com. 3. in Prog.cap.5.

Mari ſemper adeſſe fluctus, maiores, minoréſue, licet interim ob paruitatem non percipiantur. Commentar. 3.in librũ tertiũ Epidemion, cap.1.

Mares in dextris matricis partibus gigni. Commentar. 4. in librum ſextum Epidemion, cap. 27. & Com.in Apho.38.lib.5.

Mares, quòd calidiores ſint, citiùs formari, & moueri, fœminis. Comm.2.in lib. 6. Epid.cap.44.

Mares ſolidiores, & calidiores, & magis ſanguineos, euadere fœminis: quòd uteri dextra pars, in qua concipiuntur, talis etiam exiſtat. Commen. 2. in lib.6. Epid.Cap.45.

Maſculus calidior eſt fœmina: id quod oſtendunt tum ampliores in eo uenæ, tum color: nigriores ſiquidem maſculi fœminis ſunt. Commentar.2.in librum ſextum Epidem.cap.43.

Maſculum gigni ob calidiorem temperiẽ, quæ illi ſtatim à principio obtigit. Com.in Apho.48.lib.8.

Maſculos in dextris uteri partibus reperiri potiùs, quàm in ſiniſtris. Com.2. in lib.6.Epid.cap.43.

Materia una ſæpe tum cibi, tum medicamenti uim obtinet. Com.1.in lib.de Rat.ui. in morb.ac.cap.44.

Materiam primam eſſe ingenitam, perpetuam, ſubiectamq; omnibus quæ gignũtur, intereũtq;. Gal.in Prœmio Commentariorum in libros de Natura humana.

Materiæ uocantur ea, quibus in arte medica utimur circa corpora tum ſana, tum ægra. Com.4.in lib.6. Epid.cap.19.

Matrix cognata eſt recto inteſtino. Com. in Aph. 27. lib.7.

Matrix, inquire Vterus.

Maturatio morbi, eſt concoctio

ctio quædam eorum, quæ præter naturam, ſunt. Com. 2. in lib. 1. Epid. cap. 44.

Maturationem moliuntur omnia mediocriter calida, tum fomenta, tum cibi, tum cataplaſmata, adeoq́; frictio modica, & balneum. ibidē.

Maxilla inferior elabi ex propria dearticulatione non poteſt, niſi cornix infra iugale os decidat. Cō. 2. in lib. de Artic. cap. 2.

Maxilla inferior quidem, ex duobus oßibus conſtat exactè ad ſummum mentū commißis: ſuperior uerò, ex pluribus, per coarticulationem connexis. Comm. 2. in lib. de Arti. cap. 31.

Maxilla inferior quidem, mouetur: ſuperior autem, eſt deſtituta motu. Com. 2. in li. de Arti. cap. 2. & 5.

Maxilla inferior ad mentum eſt iuncta. Com. 2. in lib. de Art. cap. 16.

Maxilla ægrè luxatur, raroq́; excidit, niſi dum os inhiat quàm maximé. Comm. 2. in lib. de Arti. cap. 9.

Maxillæ fractæ deligatio non multum prodeſt, ac permoleſta eſt, quòd os illud ſemper abſque uelamento eſſe ſoleat. Com. 2. in lib. de Art. cap. 23.

Maxillæ quatuor præcipui muſculi, à tertia mollium neruorum copula ſuos neruos recipiunt. Com. 2. in lib. de Artic. cap. 18.

Maxillæ inferioris articulus ante alias partes commiſſione tentatur: plagæq́; illi inflictæ, ſoporem inducunt, quòd quæ ad illum pertinēt, proxima ſint initio neruorū. Cō. 2. in lib. de Arti. c. 7.

Maxillæ muſculorum tenſio, uel affectus alius præter naturam, ſoporem inducit. Cō. 2. in lib. de Arti. ca. 19.

Maxillæ inferioris capitibus annexos eſſe muſculos temporales, uel manducatorios. Com. 2. in lib. de Arti. cap. 3.

Maxillam inferiorē alij muſculi aperiunt, alij claudunt. Com. in Prorrh. cap. 11.

Maxillam inferiorem tendentes muſculi, exiſtūt quatuor: duo

duo quidem, à temporibus orti, duo autem ab alaribus cauitatibus: qui quidem omnes, excidente maxilla, laborant plurimùm, cerebróque ſuum affectum communicāt. Com.2.in li.de Art.c.18.
Maxillam rarò luxari. Com. 2.in li.de Art.c.1.
Maxillarum contractio, conuulſionis eſt ſymptoma. Cō. 4.in lib.de Rat.uic.in mor. ac.cap.26.
Maza parum nutrit. Com.3. in lib.6.Epid.c.2.
Meatus excretorios ſuperfluitatum, eſſe aperiendos. Com. 2.in lib.6.Epid.cap.32.
Medendi ratio procedit ab obſeruatione affectuum, cauſarumq́; unde illi oriuntur: ac dein cōprobatur per experientiam. Com.3.in lib.6. Epid.cap.29.
Mediam uenam, hoc eſt conflatam ex axillari, & humeraria, ſecandā eſſe, in pleuritide, ubi neq; axillaris, neq; illæ quæ ab ea deducūtur, apparēt. Cō.2.in li.de Rat.uic. in mor.acu.c.10.
Medicam artem uniuerſam in dignoſcendis affectibus, pro ſcopo habere ſimilitudinem atq; diſsimulitudinem, quam ægri cum ſanis habent, eorū inuentionem atq; iudicium ex eis ſibi comparātem, quæ ſenſui & intelligentiæ euidentia ſunt. Com.1.in lib.de Offic.cap.5.
Medicamentum attrahit, natura humores expellit. Com. in Aph.22.lib.1.
Medicamenta ſingula proprium ſibi attrahunt humorem. ibidem.
Medicamenta exitialia, ut mandragora, papauer, atq; cicuta, quantitate duntaxat nocent. Commen.in Aphor. 17.lib.2.
Medicari apud Hippocratē, eſt uti medicamento purgante. Cō.in Aph.1.li.4.
Medica ars medicis dignitate antecellit. Comm.5.in lib.6. Epid.cap.1.
Medicina ipſi naturæ ancillatur. ibidem.
Medicinæ tres partes ſunt, diætetice, pharmaceutice,

& chirurgice.Com.1.in lib. de uic.Rat.in mor.ac.c.6.
Medicinæ finem eſſe,id quod per ſe ab ijs,qui eam artem exercent,expetitur.Com.1. in li.de Offic.c.1.
Medicinam non eſſe artem coniecturalem. Commen. in Aph.1.lib.1.
Medicus ſtudioſus humanæ ſalutis,ab aura quidem populari non uincitur:curat ta men,ut apud uulgus fiat plu rimi, quò maior ipſi,ab ægris fides habeatur.Com.2. in lib.de Off.c.1.
Medicus debet eſſe æmulus ſimul & miniſter naturæ. Commen.2.in lib.1.Epidem. cap.45.
Medicus debet cum ægri familiaribus colloqui,& de decu bitu,& de ædibus,& de cubiculo, & de moleſtijs extrinſecus aduenientibus:quo rum omnium illi eſt habenda ratio.Comm.2.in libr.6. Epid.cap.42.
Medicus imitari debet quæ re ctè à natura geruntur.Com. in Aph.15.lib.6.
Medicus ſic omnia peragat,ut ægro ipſi grata eſſe uideantur.Cõ.4.in li.6.Epid.c.9.
Medicus unguium ſcabie,aut morbo articulari laborans, ſi inuiſat ægrum,longè turpiſsimum eſſe.ibid.
Medicus debet uitare ſolœciſmos,& barbariſmos,ſi colloquatur cum erudito ægro: quum inde contemnatur ab ægrotantibus.ibidem.
Medicus ægris debet aliquando permittere quæ non admo dum noxia ſunt,ſi uehementer ea cupiant,& niſi concedantur, ſint medicum ipſum oſuri.Com.4.in libr.6. Epid.cap.8.
Medicus debet habere omnes ſui corporis partes,quæ ſub ægrorum aſpectum cadunt, quãmundiſsimas, admodũq; nitidas ueſtes.ibidem.
Medicus ut ſe debeat habere erga ægros,inquire Aegro.
Medicus eam figuram corporis,tam ſedẽdo,quàm introeundo,tueatur,quæ neq; humilis & contemptibilis ſit, neque faſtu & arrogantia tumens,

tumens, inflatáue, eſſe uidea tur. Commenta. 4. in libr. 6. Epid. cap. 9.

Medicus, dum humanus, modeſtusq́;, & iucundus, uideri cupit, grauitatem etiã tueatur. ibidem.

Medicus debet cauere, ne inuiſat ægrum intempeſtiuè, aut temerè, & cum multo ſtrepitu, aut uoce magna, aut inceſſu, aſpectúue, aut aliquo id genus alio, indecoro. ibidem.

Medicus debet curare in primis, ut ægris commodet: ſin minus, certè ne incommodet. Commenta. 2. in libr. 1. Epidem. cap. 50.

Medicus debet artis opera incipere à cognitione affectuum, ea quæ in ægro apparent, cum illis quæ in ſanis conſpiciuntur, conferendo, animaduertendoq́; tum ſimilia, tum diſsimilia. Commenta. 1. in lib. de Officina, cap. 4.

Medicus quo nobilius habet ſubiectũ, eò abſolutius quàm cæteri artifices, debet fungi ſuo munere. Præfatione in lib. de Faſcijs.

Medicus non ſolùm utiliter, ſed mundè etiam, & eleganter, mederi debet. ibidem.

Medici officium eſt, à familiaribus ipſius ægri ſciſcitari, ecquibus ille oblectetur, eaq́; præcipere, ut in cubiculum, ubi decumbit, inferantur. Commenta. 4. in libr. 6. Epid. cap. 8.

Medici miniſtri ſunt herbarij, unguentarij, coqui, cataplaſmatum confectores, fomenta adminiſtrantes, præterea, qui clyſmos inijciunt, qui ſcarificant, qui uenas ſcindunt, quiq́; cucurbitulas affigunt. Commen. 5. in libr. 6. Epid. cap. 1.

Medici mores, ægrotantis moribus quodammodo accommodentur. Com. 4. in libr. 6. Epid. cap. 9.

Medico multæ aliæ artes materias idoneas præparant, ut & ipſe naturæ, unà cum nonnullis alijs miniſtris. Commenta. 5. in libr. 6. Epidem. cap. 1.

Medicum debere perſuadere ipſis ægris, morbum eſſe maiorem, quàm ſit, ne forte accuſetur ab illis, niſi citò fuerint curati: & ut exquiſitam uictus rationem obtemperantes obſeruent, ampliorem q; largiantur mercedem, dum ſe à magnis affectibus crediderint liberatos. Commen.5.in li.6.Epi. cap.13.

Medicum ut non oportet ſe talem præſtare, qui odio dignus laboranti uideatur, ita quoque ut nec contemnendus. Com.4.in lib.6.Epide. cap.9.

Medicum niſi æger, ceu Deū, ſuſpiciat, & admiretur, eius iußis minimè obtemperabit. ibidem.

Medicum illuſtrant artis opera: minimè autem uocularũ argutiæ. Comm.3. in libr.1. Epid.c.5.

Medici qui in morbis periculoſis reddit ægros confidentiores, quàm par ſit, in longè maiorem conſternationem animi ſequẽtibus diebus eos coniiciunt, dum morbus uel deterior euadit, uel longior, præter medicorũ promiſſa. Cõ.2.in li.6.Epid.c.42.

Medici nonnulli plerunq; obſecundant ægrorum uotis, indulgentq; eorum cupiditatibus, ut plus lucri aſſequantur. Cõ.4.in li.6.Epid.c.8.

Medicis dignitate antecellit ars, per quam medici fiunt. Com.5.in li.6.Epid.c.1.

Medicos illos plerunque multò meliùs mederi, qui nihil præmeditantur. Com.1.in li. de Fract.cap.4.

Medicos ab euidenter offendentibus abhorrere oportet. Com.1.in lib.de Rat.uict.in morb.ac.c.13.

Medulla ſpinalis eſt naturaliter frigida, & propter ſubſtantiæ mollitiem facilè alterationem ſuſcipit. Commentario in Aphoriſm.69. lib.5.

Medulla ſpinalis, præter duas illas, tenuem & craſſam, membranas, quibus inuoluitur non ſecus ac cerebrum, habet etiam aliam craßiorem,

rem, ne in motionibus ipſis ab ſpinæ oſsibus collidatur. Commen.3.in lib. de Arti. *cap.30.*

Medullæ *ſpinalis duæ priores tunicæ, à membranis cerebrum contegentibus ducunt originem. Tertia uerò quæ illas extrinſecus ambit, ab oſſe capitis, ubi cum prima uertebra iungitur, exoritur. Ac duæ quidem priores, eundem uſum medullæ, præſtant, quem illæ cerebro.* Commen.3.*in lib.de* Artic. *cap.33.*

Medulla *dorſali affecta, corporis ſenſus inerit partibus illis, quæ ab affecto loco recipient neruos.* Commen.2. *in* Prorrh.*c.7.*

Melancholiæ *ſunt auxilio hæmorrhoides.*Com.*5.in li.6.* Epid.*cap.8.*

Melancholiam *ſæpe hæmorrhoides ſanarunt.* Commen*tario ſecundo in li.6.*Epid. *cap.14.*

Melancholia *corripi ſolitos purgabat* Galenus *non uere tantùm, ſed etiam autumno.* Commentario *in* Apho.*47. lib.5.*

Melancholiæ *ab hæmorrhoidibus ſolent iuuari.*Com.*5. in li.6.*Epid.*ca.25.*

Melancholiæ *fiunt ab atra bile.*Com.*in* Aph.*22.lib.3.*

Melancholica *ecſtaſis uehemens atq; ferina, eſt illa, quæ diluente cerebrum aſſata flaua bile, naſcitur.*Comm.*1.in* Prorrhet.*cap.14.*

Melancholicæ *euacuationes per aluum, ſæpe produci ſolent, noxiæq; laboranti exiſtunt.*Commen.*in* Aph.*43. libr.6.*

Melancholicus *ſanguis, ſi petierit cerebrum, alienationem ferinam facit.*Com.*3.in* Prorrh.*cap.31.*

Melancholicus *humor in ſanguine, talem conſiſtentiam ſortitur, qualẽ in uinis fæx.* Com.*in* Aph.*11.lib.6.*

Melancholicus *humor neq; irritat, neq; mordicat, niſi exuſtus, aut putrefactus fuerit.* Com.*in* Aph.*56.lib.6.*

Melancholicus *humor oritur nunc quidem à craſſo ſan-*

guine:nunc uerò,à flaua bile uehementer aſſata.Commenta.3.in Prognoſtica,capi.28.

Melãcholici ſunt ſalaces,quòd in eorum præcordijs non parum flatulenti ſpiritus colligatur.Commen.3.in libr.6. Epid.cap.12.

Melancholicorum eſt propriũ tacere.Com.3.in li.3.Epid. cap.86.

Melaucholicis eſt familiariſſimus timor.Comm.3.in li.6. Epid.cap.12.

Mel,quanquàm omnium dulciſſimum ſit,amarum tamen longa coctione redditur.Cõmen.3.in libr.de Rat.uict.in morb.ac.cap.2.

Mel inter omnes humores bileſcit maximè.ibid.

Mel in acutis morbis bileſcit. Com.3.in lib.de Rat.uict.in mor.acu.ca.13.

Mel eſt calidius quàm aut mãna,aut gummi.Com.2.in li. de Arti.cap.42.

Mel eſt pingue.Com.6.in lib. 6.Epid.cap.3.

Mel uomitum excitat.Com.2. in li.de Art.ca.48.

Mel,ſi plus æquo incaleſcat, eſt bili gignendæ materia. Cõ.5.in li.6.Epid.c.14.

Mel facilè bileſcere.Com.4. in li.de Rat.uic.in mor.acu. cap.5.

Melle ob dulcedinem delectantur tum uiſcera,tum uenter: quo fit,ut tum citiùs,tum raptim,ipſum eliciant.Com.3. in li.de Rat.uic.in morb.ac. cap.11.

Melicratum adeò ſupinat languentium ſtomachum,ut ſubuerſum ſibi eſſe exiſtiment. Comm.1.in li.de Rat.uict.in mor.ac.cap.18.

Melicratum ad craſſorum humorum expuitionem eſt conuenientiſſimum.Cõ.3.in lib. de Ratio.uict.in morb.acut. cap.2.

Melicratum magis cõfert ſiticuloſis,quàm oxymel.Com. 1.in li.de Rat.uic.in mor.ac. cap.43.

Melicrato ſolo eſt utendum, quibus non ultra primam ſeptimanam producuntur uigor & indicatio:idq; forti

exiſten

exiſtente natura. Comm. in Apho. 4. lib. 1.
Melicrato, in quo ſit decoctũ aliquid hyſſopi, uel origani, uel tragorigani, uel thymi, uel pulegij, uti poſſumus ad præparandos humores purgandos in principijs acutorum morborum. Commentario in Apho. 24. lib. 1.
Μελεδόνες, inquire Mœrores.
Membrum integrè ualens, tantùm indiget ut alatur: extenuatum, ut reficiatur. Com. 3. in li. de Offi. cap. 32.
Membrum unum ſi per uincula defraudetur ſuo ſanguine, totum ſanguinem confluere in alterum ei coniugatum. ibidem.
Membrum quodcunq; eo in habitu collocari ab omnibus, qui minimè dolorificus ſit. Com. 1. in li. de Fract. c. 4.
Membra omnia luxata, antequàm ad abſolutum incrementum peruenerint, minora efficiuntur. Com. 3. in lib. de Art. cap. 80.
Membrana ſuccingens coſtas, prõptiùs ſuſcipit bilioſos humores, quàm alios. Comm. in Aph. 23. li. 6.
Membranam oris, fauciũ, uentriculiq́;, eſſe unam & candem. Cõ. 1. in Prorrh. ca. 30.
Membranarum ſubſtantia eſt denſa. Comm. in Aphor. 33. lib. 6.
Membraneis faſcijs utendum eſſe in fracturis naſi & maxillæ. Præf. in li. de Faſcijs.
Memoria dicitur illa facultas, quæ percepta à ſenſibus, & mente, recondit, & ſeruat, ueluti promptuarium quodam exiſtens, eorum quæ ab illis reperta ſunt: ipſa uerò, nullius rei naturam inuenit. Commen. 1. in libr. de Offic. cap. 4.
Meninge duriore cerebri uulnerata, bilis uomitu redditur. Commenta. in Apho. 50. libr. 6.
Menſem ſeptimum atque nonum qui affirmant partus feraces eſſe: octauum autem & decimum, abſceſſiuum præter naturam, quòd menſe uno partubus naturalibus

ſint tardiores, reprahendendos eſſe. Commen. 1. in li. 6. Epid. cap. 1.

Menſem unum intercalarem coguntur facere, qui Palæſtino more annum computant. Comm. 1. in lib. 1. Epid. cap. 1.

Menſes quibus ſuppreßi ſunt, periculum ſubeunt ne citò febrem incurrant. Redditur praterea eis caput graue, plerúmque tum uaporibus, tum humoribus calidis: quo fit, ut earum aliquæ ſopore tententur. Commentario primo in libr. 6. Epidem. cap. 1.

Menſes decolores fiunt, propter miſcellam pituitoſorum, melancholicorum, & bilioſorum humorum, cum ſanguine. Com. in Apho. 36. lib. 5.

Menſes tardantur, ſi craßiores & difficilius fluentes fuerint humores, qui permiſcentur ſanguini: anticipant uerò, ſi humidiores, & tenuiores extiterint. ibidem.

Menſes fluentes reuellunt ſanguinem ad ſuperna tendentem. Cō. in Aph. 32. li. 5.

Menſes ſinguli continent minus, quàm dies triginta: plus autem, quàm uiginti nouem: dicitúrque ueteribus menſis, tempus inter duas Lunæ, & Solis coitiones intercedens. Com. 3. in Progn. cap. 4.

Menſes alij alijs nationibus ſunt. Cō. 1. in li. 1. Epid. c. 1.

Menſes nō pro Lunæ, ſed pro Solis ratione, ſubducendos eſſe. Com. 1. in li. 1. Epid. c. 1.

Menſes unum ſupra triginta diem continentes, eſſe Ianuarium, Martium, Maium, Iulium, Auguſtum, Octobrem, & Decembrem: triginta autem abſolui diebus, Aprilē, Iunium, Septembrem, atque Nouembrem. ibidem.

Menſes Palæſtinorum ſupputari ab una coniunctione Lunæ cū Sole, uſq; ad aliū. ibid.

Menſtrua purgatio diu permanet in ijs mulieribus, quibus ex natura tenuis eſt ſanguis. Commenta. 1. in libr. 6. Epid. cap. 6.

Men

Menſtrua uacuatio, non ſolùm uacuatio eſt, ſed etiam purgatio. Comm.3.in lib.3. Epid.cap.73.

Menſtrua fluent parciùs, ſi uenæ deſcendentes ad uterum, uel conniueant, uel obſtruantur, ob craßitudinem ſanguinis, uel ob frigus: & ſi uaſa uteri adeò robuſta ſint, ut non admittant quod influit. Comm.in Apho. 57. lib.5.

Menſtrua profluent immodicè, ſi uaſorum ora, quæ pertingunt ad uterum, ultra modum aperiantur: & ſi ſanguis uel calidior, uel tenuior fiat: uel ſi totum corpus opprimatur ſanguinis plenitudine. ibidem.

Menſtruas purgationes excitare uolentibus, duplex ſcopus proponitur: ora quidem uaſorum, quæ pertingunt ad uterum aperire: ſanguinem uerò extenuare. Commen.in Apho.36.lib.5.

Menſtruo ex ſanguine, continente in ſe utranque bilem, atque pituitam, gigni omnes noſtri corporis partes. Com. 1.in lib. Hip. de Natu. hum. cap.18.

Menſtruorum ſuppreßio eſt noxia, præcipuè tamen, ſi ſupprimantur à partu: quòd non abundantiã modò ſuppreßio hæc, ſed inſignem etiam humorum pariat prauitatem. Commen.3.in lib.3. Epid.cap.73.

Menſtruorum ſuppreßio interdum accidit, tum ob obſtructionem uaſorum uteri, tũ ob ſanguinis craßitudinẽ. Cõ.1.lib.6. Epid.cap.6.

Mens dicitur ſenſus & intelligentia. Com. 1. in Prorrh. cap.4.

Mentis conſtantia indicat, ea quæ ad cerebrum, inuolucra illius, ſpinalem medullam, ſeptum tranſuerſum, omnióq; partes neruoſas, pertinent, rectè ſe habere. Com. in Apho.33.lib.2.

Mentis oblæſio ſequitur intemperantias corporis. Cõ. 1.in Prorr.cap.34.

Mentem nobis tributam eſſe, ad inuentionem eorum quæ

inueſtigamus. Com.1.*in lib.* de Offi.cap.4.

Mente mouetur aliquis, copia bilioſorum atque acrium humorum ad cerebrum confluente. Comm. 1.in Prorrh. cap.15.

Mentiri aliquando debēt medici ægrotis, ut nimirū ipſos exhilarent. Com. 4. in lib. 6.Epid.cap.8.

Mera appellari ab Hippocrate, quæ natiuum colorem retinent, nullo humore alio confuſum. Comm.2.in lib.3. Epid.cap.8.

Merus dicitur humor, dum formam, coloremq; ſyncerum tuetur. Com.1. in lib.3. Epid.cap.16.

Merum ſanguinem ſumi ab Hippocrate, pro uehementer atro. Comm.3. in lib.1. Epid.cap. 18.

Merum ſanguinem frequentiùs dici eum, qui niger eſt, & craßiori natura. Com.1. in lib.3.Epid.cap.16.

Meſenterij uinculū ad quaſdā uertebras lumborum porrigitur, ſtatim poſt ipſum diaphragma locatum. Com. 4.in lib.6.Epid.cap.7.

Meſenterium permeant duæ uenæ, ac totidem etiam arteriæ.ibidem.

Meſenteria inteſtinorum gracilium, eſſe cōtinua illis, quæ craſſa continent.ibidem.

Meſeraicas uenas, ex inteſtinis, ueluti agris quibuſdam, aduehere cremorem ciborum ad uenam portam. Cō. 2.in lib.de Nat.hum.cap.6.

Metacarpium in manu proportione reſpondet plantæ pedis.Com.2.in lib.de Frac. cap.8.

Metacarpiū ſuperatur à planta pedis, uno oſſe.ibidem.

Metacarpium conſtat ex quatuor oßibus.ibidem.

Μετάςασις, hoc eſt, tranſlatio, aliarum habet principiū acceßionum.Com. 4.in lib. de Ratio.uict.in morb.acu. cap.68.

Metus deijcit uires, ac proinde tremorem inducit. Com. 1.in lib.3.Epid.cap.4.

Metus, inquire Timor.

Milium in edulio ſiccat, quo

refri

refrigerat modo.Com.4. in lib.de Rat.uict.in mor. acu. cap.113.
Milium morſu caret. Com.2. in lib.de Rat.uict. in morb. acu.cap.6.
Milium refrigerare percipitur.Comm.5.in lib.6.Epid. cap.33.
Minimorum corporum prima notio eſt penes quantitatem: altera penes qualitatē. Gal. in Præfatione Commentariorum in lib.Hipp.de Natura humana.
Mixtam affectionem ex cataphora, & uigilia,uel deſipientia,efficiet pituita flauæ bili permixta. Com.3. in Prorrh.cap.31.
Moderata eſſe conſeruanda: quæ modum excedunt, immutanda.Com.in lib.de Salub.diæta,cap.2.
Mœrores ſunt ueluti ſolius dolores animi.Com.in Aph. 46.lib.2.
Mœrores uehementiores,occultant minores, ſi quidem non eadem ex re ortum habeant.Cō.in Apho.46.li.2.
Mœrores Poëtæ Græci Μελεδῶνας uocarunt,ceu membra edentes: quòd uniuerſum adipem, & quicquid carnis molle, ac recens concretum eſt, ſoluant, & liquefaciant.Com.1.in lib. de Arti.cap.31.
Mœſtitia ſignum melancholiæ exiſtit.Com.2.in Prorr. cap.13.
Mœſtitia ex manifeſta occaſione incipiens, dein autem inueteraſcens, melancholiā indicat.Comen. in Aph.23. lib.6.
Mœſtitiam ſimul cum colore hilari conſiſtere,nō eſſe impoßibile.Com.2. in Prorrh. cap.13.
Mœſtitiæ ſunt cognatæ timoribus.Com.2.in lib.1. Epid. cap.75.
Molli propriè opponitur durum,renitensq;.Commen.in Apho.67.lib.5.
Mollia corpora facilè in tres dimenſiones, longitudinem uidelicet, latitudinem, & profunditatem, accrementum recipiunt. Commen. 2. in lib.

in lib.6.Epid.cap.44.
Mollire pertinet ad ſolidas partes.Com.1.in lib.6.Epi. cap.5.
Morbus,ſuæ affectionis auxilia indicat. Com.1.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.ca.44.
Morbus,eſt affectio,quæ primùm functionem lædit. Cō. 2.in lib.de Nat.hum.cap.1.
Morbus ut protrahatur,craſſam requirit, crudamq; humorum materiam.Com.2.in Progno.cap.65.
Morbus in abſceſſum tēdens, ex crudis craßisq; humoribus, non tamen exitioſis, oriatur oportet. Comm.2.in Progn.cap.65.
Morbus regius, uel arquatus, Lege Icteritia.
Morbus ſimplex ſimplicem curationem deſyderat.Com. in Apho.16.lib.1.
Morbus habet quatuor tempora, principium, augmentum, uigorem, atque declinationem.Com.in Apho.12. lib.1.
Morbus concoctus quidem, ſolutionem abſque ullo abſceſſu promittit:pernitioſus autem,ne ullum quidem pollicetur abſceſſum: crudus uerò & diuturnus, minimè tamen malignus, aliquem abſceſſum portendit.Comm. 2.in lib.6.Epid.cap.16.
Morbus quiſnam ſit, in primis dignoſcere oportet: deinde curationem ipſius auſpicari.Commen.1.in lib. de Rat.uict.in morb.ac.cap.3.
Morbi affectionem non tanquam cibi indicatricem,ſed tanquam prohibitricem,contemplamur.Com.1.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.ca.44.
Morbum exacerbari eſt neceſſe, quum deiectiones non modò nō deſinunt,ſed etiam in ſpumoſas,ſynceraſq;,mutantur.Comm.2.in Prorrh. cap.14.
Morbum eſſe malignantis naturæ,ſi cùm rectè omnia adminiſtrentur,nihilo fiat mitior. Com.3.in lib.1.Epid. cap.1.
Morbum eſſe ſummè exitialem, dum per initia facies cadaueroſa redditur,abſque aliqua

aliqua cauſa externa. Com. 1.in Progn.*cap.*8.

Morbi omnes quum à tẽperie & modo recedant, à ſimilibus locis, temporibusq́; gignuntur: ſoluuntur uerò, à cõtrarijs. Cõ.in Aph.3.*li.*3.

Morbi longi fiunt à craßis, lentis, & frigidis ſuccis, qui non facilè concoqui poſſunt, ſed in affectis particulis hærent impacti. Com. in Apho.19.*lib.*2.

Morbi à flaua uel atra bile orti, difficiliores cenſentur. Com.2.*in* Prog.*cap.*46.

*Morbi ſpiritalium inſtrumentorum dicuntur ſicci, quum nihil ab affectis expuitur partibus.Cõ.*1.*in lib.de* Ra. *uict.in morb.ac.cap.*22.

Morbi qui celerrimè iudicantur, quàm maximè inter ſe contrarij exiſtunt. Com. 3. *in* Progn.*cap.*6. *& cap.*8.

*Morbi inter ſe differunt calido,frigido,humido,& ſicco: curantur autem remedijs contrarijs.*Gal.*in* P*ræfatione* Com.*in lib.*Hipp.*de* N*atura humana.*

Morbi concoctu difficiliores, ut qui ex craßiori & frigidiore humore conſiſtunt, per abſceſſus iudicari aſſolent: ut per excreationes, qui à calidiori & tenuiori humore proficiſcuntur. Cõ. 2.in Progn.*cap.*34.

Morbi qui ex humoribus habent ortum, à robore, uel imbecillitate expultricis facultatis oriuntur. Com.2. in lib.de Nat.*hum.cap.*5.

Morbi communes ſortiuntur communem cauſam. Com.2. in lib.de Nat.*hum. cap.*3.

Morbi à calidis orti humoribus, ſi uires robuſtæ ſint, per excretionem ſoluuntur. Cõ.3.in Progn.*cap.*24.

Morbi à frigidis orti humoribus, ſi uires infirmæ ſint,aut corrũpũt ægros,aut uix longo tẽporis ſpatio coquuntur. ibidem.

*Morbos mitißimos natura quàm ocyßimè ſuperat:celerrimè à difficillimis uincitur.*Com.3. *in* Prog.*ca.*6.

Morbi ſicci dicuntur, in quibus nihil excernitur, aut

per

perquàm aridũ excrementum. Com.1. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 22.

Morbi arteriarum atque uenarum dignoſcuntur ex ſiccitate linguæ, & ea, quæ totum corpus occupat, ariditate. ibidem.

Morbi calidi in calidioribus magis gignuntur locis, & minùs periculoſi exiſtũt. Cõ. in Apho. 3. lib. 3.

Morbi omnes diuturni, frigidi ſunt: unde & magis ſenibus, quàm iuuenibus, accidũt. Cõ. in Aph. 39. lib. 2.

Morbi à coctionis difficultate, & copia crudorum humorum cocti, nullũ ab excreationibus conſequuntur emolumentum. Com. 2. in libr. 1. Epid. cap. 37.

Morbi conſtant ex principio, augmento, uigore, & declinatione. Com. 2. in libr. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 45.

Morbi, qui hyeme emerſerint, profligãtur æſtate: quos uerò produxit æſtus, hyeme. Com. 3. in lib. 3. Epid. ca. 71.

Morbi grauiſſimi ſunt, in quibus tum bilis, tum crudi ſucci, magna copia colligitur. Com. 3. in lib. 1. Epid. ca. 19. & cap. 21.

Morbi extenduntur in longũ tempus, propter multitudinem, uel craſſitudinem, uel lentorem, uel frigiditatem, humorum gignentiũ febres. Com. in Apho. 44. lib. 4.

Morbi, qui in diebus imparibus acceſſionem habent, citius iudicantur: qui uerò paribus, tardius. Com. in Apho. 36. lib. 4.

Morbi ceſſant, euacuatis, aut tranſmutatis noxijs humoribus. Cõ. in Aph. 60. lib. 4.

Morbi connutriti uocantur, qui diu hominum corpora tenent. Commen. 5. in lib. 6. Epid. cap. 6.

Morborum differentiæ à tempore ſumptæ, tantum ſortiuntur numerum, quantum dies decretorij. Comm. 3. in Progn. cap. 10.

Morborum ſunt omnia genera tria. Com. 1. in Prognoſt. cap. 25.

Morborum differentiæ oriuntur

tur à temperamẽto ambientis, propter naturã cuiuſq́;, & rationem uictus, quam ſanus ſeruat. Com.3.in lib. 3.Epid.cap.9.

Morborum autores, ſecundũ Hippocratem, eſſe quatuor humores, ſi maior ſit, aut minor, ipſorum copia: uel ex propria ſede in alienum cõmigrent. Commen.1.in lib.3. Epid.cap.4.

Morborum adſcribendæ generi omnes intẽperies, quæ lædere operationẽ poſſunt. Com.in Aph.57.lib.5.

Morborum ſpecies mutantur pro ratione temporis, ætatisq́;, & naturæ. Comm.1.in lib.1.Epid.cap.1.

Morborum alij acuti, alij diuturni appellantur. Com.3.in Progn.cap.10.

Morbos rectè ſanare ineſt medicis, ex faciendorum cognitione, non ex cauſæ inueſtigatione. Comm.1.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.13.

Morbos curari ab ijs quæ ſunt facultate contraria. Cõ.2.in li.de Nat. hu.ca.1.

Morbos inordinatos, ac repetentes, facit frigiditas, & multitudo humorum gignentium ipſos. Com.2. in lib.1. Epid.cap.33.

Morboſas diſpoſitiones uocari, non ſolùm eas, quæ abſoluti ſunt morbi, ſed illas etiam, quæ eſſe tales inceperint. Com.1. in lib.6. Epid. cap.3.

Mordaces humores à cibarijs eluentur, ſi dum elixantur, ab una aqua in alterã transferantur. Com.in Apho. 18. lib.2.

Mordacia ſunt, quæ климлioſa & ſyncera exiſtũt. Com.1. in lib.1.Epid.cap.24.

Mordacitati humorum adeſt aſsidua deſidendi cupiditas. ibidem.

Mordicaturũ omne, eius, quod morderi debet, ſubſtantiam peruadat oportet. Comm.in Apho.20.lib.5.

Mores animæ, corporis temperaturam ſequuntur. Com. 1.in lib.de Nat.hum.c. 47.

Mores ægri habere perſpectos, eſſe Medico admodum utile.

utile.Com.1.in lib.de Offic. cap.1.
Mores animæ cognoſci ex ijs, quæ ægri faciunt. Com.3. in lib.1.Epid.cap.1.
Mores,quos omnes ſectantur, pro lege habētur in uniuerſa uita.Com.1.in lib.de Artic.cap.70.
Moroſum dici, qui uel minimis de rebus ſtomachatur: de magnis autem, plus, diutiusq́; mortalibus cæteris. Com.3.in lib.3.Epid.c. 82.
Mori neminem uno tantùm humore à corpore excreto.Cō. 1.in lib.de Nat.hu.cap. 57.
Morituris, uel ſi unum adſit malum ſignum,eſt ſatis. Cō. 2.in Progn.cap.56.
Mors continetur in iudicij cōmuni ſignificatione.Com.2. in lib.3.Epid.cap.5.
Mors perpetuò adeſt criſi in exitialibus morbis. Com. 3. in lib.1.Epid.cap.18.
Mortes uelociſſimæ fiunt,patiente corde:dein affecto cerebro:tardiſſimæ ab hepate prodeunt.Comm.2.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.cap.47.
Morſus ab acribus fit humoribus,non à dolore. Com. 4. in lib.de Rat. uict. in morb. ac.cap.83.
Motionis initium ex facultate mouente thoracem, in tuſſientibus eſt.Com.2.in Prog. cap.43.
Motione roborātur membra. Com.1.in lib.de Arti.ca.61.
Motricem facultatem eſſe imbecillam interdum ob intemperiem organorum uoluntati inſeruientium:interdum ob animi affectum: interdū ob onus aliquod graue.Com. 1. in lib.3. Epid.cap.4.
Motus muſculorū naturalis, unicus eſt, & ſimplex: qui uerò præter naturam dicitur,aut uoluntarius, aut minimè uoluntarius exiſtit. Ac motuum quidem, qui præter uoluntatem fiunt, in uoluntarijs organis, quæ ad motū ſunt comparata,hæc conuulſio dicitur, illa palpitatio,alius rigor,omnia inter ſe ſe diuerſa.ibidem.
Motus naturæ idoneus eſt pro mouendus: contrarius autē,

& noxius prohibendus, trãſferendus, & diuertendus. Cõmen. in Aph. 21. li. 1.
Motus omnis in actione conſiſtit. Com. 1. in li. 3. Epid. c. 4.
Motus in animalibus hic quidẽ uolũtarius eſt, ille præter uoluntatem, et naturalis. ibi.
Motus celer colliquat corpus: mediocris uerò, confert nutritiõi. Cõ. in li. de Sal. diæ. c. 10.
Motus muſculorum naturalis fit, reuulſis eis ad propria capita. Cõ. in Aph. 39. li. 6.
Motus muſculorũ nõ fit abſq; uoluntatis imperio. ibidem.
Motus trãſmutat atq; alterat corpus. Cõ. in Aph. 14. li. 4.
Motus aliquis uehemens, unà cũ inedia, præcipiẽdus ægris nõ eſt. Com. in Aph. 16. li. 2.
Motus immoderatus, humores redundantes euacuat. Com. 2. in li. de Nat. hu. ca. 1.
Motus uim habet calfaciendi corpora, uireſq; eorũ corroborandi, unde mẽbra longè meliùs aluntur. Cõ. 2. in lib. de Frac. c. 59.
Motus corroborat. Cõ. 3. in li. 6. Epid. cap. 2.
Motus uoluntarij læſiones in motibus fiunt eorũ muſculorũ, à quibus naturales motiones oriuntur. Com. 1. in lib. 3. Epid. c. 4.
Motus uolũtarij ſimul et præter naturam una eſt forma, qui tremor uocatur. ibidem.
Motu abrumpi ſolent ſicciora & humoris expertia. Cõ. 3. in li. de Art. c. 30.
Motus uehementiores, uires imbecilliores reddunt, maioremq; accendunt caliditatẽ. Com. in Aph. 32. li. 4.
Motus cient purgationes. Cõ. in Aph. 15. lib. 4.
Motus uehementiores, partes laxiores, minimeq; ſuffultas, maiori ui, quàm laborãtibus conueniat, quatientes, earũ dolores irritant. Cõ. 3. in li. de Off. cap. 36.
Motus uoluntarios proficiſci à neruoſis corporibus. Com. in Aph. 1. lib. 5.
Mouẽda eſſe modicè membra oblæſa, quæ chirurgia curantur, quando iam ab inflammatione ſunt libera. Com. 3. in li. de Off. c. 28.
Muccoſus humor ineſt articulis omnibus. Comm. 3. in li. de

Art.cap.30.
Muccoſus humor cõſueuit colli gi circa tũ chartilagines,tũ neruos,tẽdinesq́;,et ligamẽta.Com.2.in li.de Art.c.53.
Muccoſus humor ægrè admodum poteſt uacuari.Com.3. in li.de Art.c.66.
Muccoſus humor uocatur is,q lẽtus albusq́; exiſtit:q́q́; circa exangues ptes cuiuſmodi oſſa et chartilagines sũt,ſolet accumulari,natura nõ potẽte probè alimẽtũ conficere. Com.3.in li.de Art.c.68.
Mulieres ſunt hoĩes,uiriliaq́; omnia mẽbra ſortiuntur.Cõ. 2.in lib.1.Epide.cap.58.
Mulieres uiris ſunt humidiores.Com.in Aph.11.li.3.
Mulieres frequentius uiris in tabem incidunt.Cõ.3.in li.3. Epid.cap.70.
Mulieres redundantes multo ac ſubtili ſanguine ſunt albæ & molles:pauco autem & craſſo,nigræ,duræ,graciléſque.Cõ.1.in li.6.Epid.c.6.
Mulieres minus diſflari,quòd ſint frigidiori temperamẽto.. Com.2.in li.1.Epid.ca.78.
Mulieres uiris eſſe humidiores,et frigidiores.Com.3.in li.3.Epid.cap.70.
Mulſa,inquire Melicratum.
Mulſa ualidiùs alit,quã uinũ, proportione dilutũ:Cõ.3.in li.de Ra.uic.in mor.ac.c.21.
Mulſa nihil iuuat ad educẽdũ glutinoſum ſputũ.Cõ.3.in li. de Rat.uic.in mor.ac.ca.10.
Mulſa in uiſceribus inflammatis,citò bileſcit. Com.3.in li. de Rat.uic.in mor.ac.ca.11.
Mulſa cocta,morſu caret,magisq́; alit,quã cruda.Cõ.4.ĩ li.de Rat.ui.in mor.acu.c.5.
Mulſa cocta,quã cruda,ſitim magis arcet,& flatu magis uacat,urinasq́; magis ciet:ut quæ cruda eſt,deiectionẽ.ibi.
Mulſa infert ſitim.Comm.3.in li.de Ra.ui.in mor.ac.c.37.
Mulſa mediocriter aluũ ſubducit.Com.4.in lib.de Rat. uic.in mor.ac.c.110.
Mulſa magis humectat,quàm aqua.Com.1.in li.de Rat.ui. in mor.acu.ca.22.
Mulſa cruda aluum magis ſoluit:bene autem cocta,magis nutrit.Com.3.in lib.de Rat. uic.in mor.ac.c.19.
Mulſa picrocholis minus apta exi

exiſtit: quòd in ijs bileſcat, niſi uel inteſtina, uel ueſicam pertranſeat. Com.3. in li.de Rat.uic.in mor.ac.c.9.

Mulſa uino dulci citius uentrẽ inteſtinaq́; omnia penetrat: ob idq́; eſt minùs ſiticuloſa. Com.3.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.10.

Mulſa lenit pectus.ibidem.

Mulſa humectare & incidere poteſt inſtar ptiſanæ: ſed uirtuti robur nõ addit.Cõ.1.in li.de Ra.ui.in mor.ac.c.27.

Mulſa aquoſior tum ad ſputi eductionẽ, tũ ad urinarũ penetrationẽ, lõgè aptior exiſtit: meracior ad deiectiões. Cõ.3.in li.de Ra.uic.in mor.acut.cap.13.

Mulſa, deterſoria, q̃ minĩa ſit, eſt prædita facultate.Cõ.3.in li.de Ra.ui.in mor.ac.c.10.

Mulſa dilutior exhibita, neq; ſiticuloſa exiſtit, neq; bilem generat.Com.3.in li.de Ra.uic.in mor.ac.c.9.

Mulſa meracior uomitũ excitat.Cõ.2.in li.de Art.c.48.

Mulsã nõ cõuenire ijs, qbus intumeſcũt uiſcera.Cõ.3.in li.de Ra.ui.ĩ mor.ac.c.9.et 11.

Mulſam bilioſa ſecum excrementa deijcere.Com.3.in li.de Rat.uic.in mor.ac.c.9.

Mulſam non conferre morbis thoracis atq; pulmonis, colligitur ex Com.3.in li.de Ra.uic.in mor.ac.cap.9.

Mulſa ſola eſſe utendũ uſq; ad acuti morbi iudicationẽ, niſi aut colliquans is ſit, aut ſuccumbat uirtus.Com.3.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.c.16.

Mulſa aquoſa, quàm ſyncera, tutiùs utemur.Cõ.3.in li.de Rat.uic.in mor.ac.c.40.

Mulſa utebatur Hippocrates, dum uictũ adminiſtrabat tenuiſſimum.Com.2.in lib.de Frac.cap.29.

Murmur in uentre, dicitur ſonus à flatu editus, nec magnus, nec multus: cum modica autem humiditate ad inferiora deſcendens.Comm.in Aph.73.li.4.

Muſculus collo ueſicæ inſitus, ut os eius clauderet, conſtringeretq́;, eſt formatus. Cõ.3. in li.6.Epid.c.17.

Muſculi partes quidem extremæ, magis neruoſæ ſunt: mediæ autem, magis carnoſæ:

Com.1.in li.de Frac.c.12.
Muſculi cuiuſuis opatio pficitur, eo uerſus ſuũ initiũ retracto.Cõ.3.in li.de Fra.c.42.
Muſculi ſedis eſt munus, claudere, conſtringereq́; extremitatem recti inteſtini.Com. 3.in li.6.Epid.cap.17.
Muſculi uniuerſi habent peculiarem unam actionem, qua ad ſua capita retrahuntur. Cõ.3.in li.de Art.c.100.
Muſculi naturaliter in ſe ipſos contrahuntur, & reſident. Com.1.in li.de Art.c.7.
Muſculi ſunt inſtrumenta uoluntariæ motionis.Com.2.in li.de Fract.cap.23.
Muſculi ſunt inſtrumenta uoluntariarum actionum.Com. 1.in Prorrhet.c.4.
Muſculi oriuntur à fibris neruorum, atq; ligamentorum, quibus circumquaq; ſimplex caro concreta accreſcit.Cõ. 1.in lib.de Frac.c.12.
Muſculi dolore affecti, inflammatiq;, ſimilem diſpoſitionẽ cerebro gignunt. Com.2.in lib.de Art.cap.18.
Muſculi conſtant ex fibris neruoſis, quibus extrinſecus caro accreſcit.Com.3.in lib.de Art.cap.81.
Muſculi tpales, inqre tpales.
Muſculi tendentes inferiorem maxillã, inquire Maxillam.
Muſcu.ĩ ſeipſos cõtrahũtur et reſidẽt.Cõ.1.ĩ li.de Fra.c.1.
Muſculi in medijs quidẽ partibus magis carnoſi exiſtũt: in extremis uerò, magis neruoſi.Cõ.2.in li.de Frac.ca.68.
Muſculi nõ extẽdũtur à ſe, ſed ab illis, q ex cõtraria pte ſũt ſiti: quod dũ fit, ipſi ſtriãtur interĩ.Cõ.1.in li.de Art.c.7.
Muſculi ſpinales tegunt uertebras, proceſſusq́; ipſarũ, atq; radices coſtarum.Com.3.in li.de Art.c.39.
Muſculi ſolent in ſe ipſis retrahi, dum oſſa alternantur.Cõ. 3.in li.de Frac.c.47.
Muſculi ſpõte in ſua capita retrahuntur.Com.4.in lib.de Art.cap.44.
Muſculi ſpinales intercoſtaleſq́;, inquire Spinæ.
Muſculi gulæ ſubditi, totum collum aliquantulum ad anteriora inclinant.Com.3.in li.de Art.cap.39.
Muſculi maximè conſueuerũt ad

ad propria capita retrahi. Cõ.3.in li.de Offic.c.22.

Muſculorum ſpinalium eſt duplex genus:unum quidẽ,retro ſub cute,totam ſpinam utrinq; cõplectens:alterũ uerò,in partibus anterioribus, nõ per totã ſpinã extẽtũ,ſed ſolũ per partes ad lũbos attinẽtes.Cõ.in Aph.36.lib.7.

Muſculorũ capitibus inſeruntur nerui.Cõ. in Ap.66.li.5

Muſculorũ uniuerſæ ſubſtantiæ partes ſunt carnes.Cõ.3. in li.de Art.c.81.

Muſculorũ fibræ ſi incidãtur trãſuerſim,partes in ſe contractæ plurimũ à ſe mutuò recedunt:ac ſuperiores quidem ſurſum ad muſculorum initium,inferiores autẽ,deorſum ad finem eorundem,recurrũt.Cõ.1.in li.de Fra.c.1.

Muſculorũ ſubſtantia à capite oritur ſimulq; cum eo augetur,atq; corroboratur.Com. 1.in li.6.Epid.c.2.

Muſculis inſerũtur arteriæ,et uenæ,ut illis alimentum atq; uitam largiantur.Com.1. in lib.de Frac.c.12.

Muſculos temporales atq; maſticatorios non eſſe eoſdem. Cõ.2.in lib.de Art.ca.3.

Muſculis alterius maxillæ reſolutis,contingit alterã quæ illi eſt oppoſita,uideri breuiorem,& quaſi cõuulſam:eam uerò quæ affecta eſt,extendi:dum uidelicet ſanam ſequitur.Cõ.3.in li.de Ar.c.100.

Muſtum quod diutiùs in igne uerſatur,eò tum nigrius,tũ dulcius euadit:quãquàm ſupra modum coctum,amaritudinẽ contrahat.Cõ.3.in lib. de Rat.uic.in mor.ac.cap.2.

Mutandã uictus ſpeciẽ in acutis morbis nõ eſſe,priùs quã manifeſta ſigna coctionis cernantur.Com.2.in li.de Rat. uic.in mor.acu.c.36.

Mutatio inſueta ad ſomnũ,ſegniciem corporis, capitiſq; grauitatem cõciliat.Cõ.2.in li.de Rat.ui.in mor.ac.c.55.

Mutatio inſueta ad uigiliam, crudiores tum cibos,tum potus efficit.ibidem.

Mutatio aëris in diuturnis morbis, conducet: potiſſimùm ſi in aërem contrarij temperamenti ipſa fiat migratio.Cõ. 5.in li.6.Epid.c.20.

Mutatio morbi fit quadrupliciter. Vel enim ad ſalutē, uel ad perniciem, mutatur morbus: uel ad melius, uel peius, aliquod inſigne momentū ſuſcipit. Com.3.in li.1.Epid.c.16.

Mutatio fieri debet ex contrarijs immodicis. Com.in lib.de Salub.diæta, c.2.

Mutatio uictus repentina, uel ſanos lædit. Com.2.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.c.29.

Mutationē ſubitam ad contraria æger non fert. Com.3.in li.de Ra.ui.in mor.ac.c.49.

Mutationē tēporū præter naturam in cauſa eſſe, ut in noſtris corporibus gignantur morbi. Præf.Cō.3.ĩ li.3.Epi.

Mutationes paulatim factæ, minimè ĩ diſcrimē adducūt, ſed eæ tātū, quæ confertim fiūt. Com.3.in li.6.Epid.c.27.

Mutationes corporis fiunt magnæ in pubertate, & dū menſes fluere incipiunt. Com.in Aph.28, lib.3.

Mutationes ſubitas, repentinaſq;, ad contraria, eſſe maximè declinandas. Com.2.in li.de Rat.ui.in mor.ac.c.32.

Mutationes repentinas eſſe uitandas. Com.2.in li.de Rat.uic.in mor.ac.c.18.& 19.

Muti ex ebrietate, conuelluntur repletis neruis. Comm.in Apho.5.lib.5.

Mutili mēbro aliquo, parcius, quā prius, comedāt, & ea, q̃ nō plurimū alimēti præſtēt: præterea aluum ſæpe ſubducant, exerceāturq; quàm maximè: ad hæc plurimū perfricentur, balneiſq; ieiuni utantur. Cō.4.in li.de Ar.c.40.

Μύλη, inquire Genu.

Μύλη, inquire Patella.

Myrrha citra morſū exiccat. Com.2.in li.de Art.ca.49.

N

Narcoticorū uſus pleuriticū dolorē nō ſanat, ſed ſenſum tollit, enecatq;. Comm.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.ca.33.

Naris ſiniſtra, lienē reſpicit è directo. Cō.6.ĩ li.6.Ep.c.6.

Nares ĩciſæ unguibus, nec ſanguinē profundentes, peßimū ſignum exiſtunt. ibidem.

Nares ĩcidebāt ueteres, nō modò unguibus, ſed ferramentis etiam ad id paratis. Com.6. in lib.6.Epid.c.6.

Narium

Nariũ pinnas inter reſpirãdũ dilatãt,q ab angina ſuffocantur, uel peripneumonia, uel pure: præterea, qui infirma ſunt facultate. Com. 2. in lib. 3. Epid. cap. 4.
Nariũ meatibus duplex pforatio quũ inſit, lata nẽpe, tẽdẽs ad os: alia uerò p meatus tenuiores ad cerebrũ: quæ quidẽ ad os inclinat, ab eo ſpiritu purgãtur, qui ab inferioribus ſursũ effertur: q uerò ad cerebrũ meatus pertingunt, ab illo, qui ab ipſo prodit, expurgãtur. Cõ. ĩ Aph. 51. li. 7
Nariũ humiditas accidit, excremẽtis, quæ in cerebro colliguntur, per ipſas expulſis. Com. 5. in li. 6. Epid. c. 3.
Naribus excreta indicant cruditatem, uel coctionem eorũ, quæ coquuntur in cerebro. Cõ. 2. in li. 1. Epid. c. 44.
Naſus compreſſus apparet in longo morbo, extenuatis, aut afflictis dolore, aut exolutis, atque in defunctis omnibus. Com. 1. in Progn. c. 6.
Naſus per ſumma gracilis, cõpreſſus in morbis dicitur. Cõmen. 1. in Progn. c. 7.
Naſi peruerſio, per agglutinãtia corrigitur. Com. 2. in lib. de Art. cap. 44.
Naſi ſubſtãtia circa ſolas pinnulas eſt carnoſa: reliquũ uerò, eſt oſſeũ. Cõ. 1. ĩ Prog. c. 7
Natura quæ ſolida regit corpora, eſt naturalis calor, ſecundum Hippocratem. Cõ. in Aph. 37. li. 4.
Natura citra ullam doctrinam callet res maximas. Com. 5. in li. 6. Epid. c. 2.
Natura poſt coctiones diſcernit humores, atq; expellit ſuperfluitates: quo in tempore fiunt iudicationes. Comm. in Aph. 22. lib. 1.
Natura nequit in paruo tempore multas diſpoſitiones conficere. Com. in Aph. 40. lib. 4.
Natura eſt, quæ in corporibus animaliũ omnia quæ opportuna ſunt, efficit. Com. 5. in li. 6. Epid. cap. 1.
Natura expellit humores, medicamentum attrahit. Com. in Aph. 22. lib. 1.
Natura ſuarũ quatuor facultatum ope, non modò ſanũ animal ſeruat, ſed iam etiã mor

*bo laborans, ad ſanitatem re uocat.Cõ.5.in li.6.*Epi.*c.1.*
Natura cæteris omnibus cauſis ſanitatem efficientibus, plurimum præſtat.ibidem.
Natura cuiuſq; propria certiùs quàm omniũ communis, nos docet modum dignoſcendi morbos, & præſagiendi. Cõ.3.*in li.1.*Epid.*c.1.*
*Natura omniũ ex quatuor elementis conflatur, atq; in eadem deſinit.*Com.1.*in libr.* Hipp.*de* Nat.*hum.c.17.*
*Natura noſtra eſt calor innatus.*Com.*in* Aph.22.*li.5.*
*Natura conſiſtit in elementorum commoderatione.*Com. *in* Aph.51.*li.2.*
*Naturæ ordini reſpondentia, correctiõe nõ indigent: quare ſeruanda ſunt.*Comm.1.*in lib.de* Art.*cap.7.*
*Naturæ facultatũ aliæ quidem primariæ ſunt, per quas nimirum animal in uita ſeruatur: aliæ iſtarum miniſtræ ſunt: aliæ rurſus harum.*Com.5.*in lib.6.*Epid.*c.1.*
*Naturæ uis quacũq; arte ad ea quæ animalib⁹ cõducẽtia sũt, meliùs præſtanda, ualentior eſt.*Cõ.5.*in lib.6.*Epid.*c.2.*
Naturæ medicina ancillatur. Cõ.5.*in lib.6.*Epid.*c.1.*
*Naturæ cõtraria exitioſiſſima habẽtur.*Cõ.2.*in* Prog.*c.33.*
*Naturæ diſſimilia, mali cuiuſdã ſignificationẽ exhibẽt: ſimilia uerò, ſalutis indicia habentur.*Cõ.1.*in* Progn.*c.7.*
*Naturam uocabant Stoici, plantarum animam.*Com.5. *in li.6.*Epid.*c.5.*
Naturã ualidã, ſemper inueni re uiã materiebus, etiãſi ſint craſſiores, & per anguſta foramina debeãt permeare, arbitrabatur Hippocrates.Cõmen.*in* Aph.54.*li.7.*
*Naturam eſſe imitandam.*Cõ. *in* Aph.2.*li.4.*
*Naturam non eſſe intempeſtiuè cogendam, ſed fouendam tantùm, dum eget.*Com.4.*in li.6.*Epid.*c.17.*
*Naturam eſſe artificem, prouidereq́; animantibus.*Com. 5.*in lib.6.*Epid.*c.1.*
Naturã eſſe facultatẽ quandã habitantẽ in ijs corporibus, quæ ab ea diſpenſantur.ibi.
Naturam eſſe morborum Medicum.*ibidem.*

Natu

Naturam eſſe primam, quæ morbis medetur.ibidem.

Naturam dici ab Hippocrate iuſtam, ut quæ ab ipſo ſtatim rei ortu, ac poſtea, in totius uitæ proceſſu, quod unicuiq; membro commodum, appoſitumq́; eſt, inueniat. Com.1. in lib.de Fract.cap.4.

Naturam propriiſsimè ſumi pro temperatura quatuor elementorum. Com. in Aph. 2.lib.3.

Naturam appellari ab hominibus uniuerſis, nutritionis, augmenti, cæterorumq́; naturalium operum, cauſam. Gal.contra Iulianum.

Naturam dici ab Hippocrate, eam, quæ fit ex primis elementis, temperiem. Com. in Apho.34.lib.2.

Naturam uti ſanguine, atque ſpiritu, ceu inſtrumentis ad expellenda infeſtantia. Com. in Apho.53.lib.5.

Naturam omnia pro hominis ſalute agere. Com.1.in lib. 6.Epid.cap.3.

Naturam animalium nihil eſſe aliud, præter innatum calidum, ex ſententia Hippocratis. Com.in Apho.15.li.1.

Naturam ſumi pro temperie corporis. Comm.2.in lib.de Rat.uict.in morb.acu.c.31. & 47.

Naturam dici ab Hippocrate corporis formam. Comm.in Apho.34.lib.2.

Naturam eſſe extenſam per ſolida corpora. Comm.2.in lib.1.Epid.cap.46.

Natura non integrè iudicante, id quod deficit, ſupplere nos conuenit. Com.in Apho. 20.li.1.& in Apho.22.li.1.

Natura ſuperante morbum, omnia æqualiter unita ſunt in urina. Commen.in Aph. 35.lib.7.

Naturæ frigidæ & humidæ, optimè æſtate afficiuntur: ad hyemem calidæ & ſiccæ: contrà malè afficiuntur calidæ & ſiccæ ad æſtatem: frigidæ & humidæ ad hyemem. Com.in Aph.2. lib.3.

Naturarum temperatarum, ſimilibus ſeruari tẽperiem: contrarijs autem corrigi intemperantiam intempera-

tarum.Com.2.in lib.Hippo. de Nat.huma.cap.1.

Naturas *uarias uaria eſſe alē das uictus ratione. Com.1.in lib.de* Rat.*uict.in morb.ac. cap.44.*

Naturas *omni culpa uacantes,à ſimilibus: intemperatas uerò,ab ijs quæ ipſorum tēperamento cōtraria ſunt, iuuari.Com.5.in lib.6.*Epi. *cap.24.*

Naturalis *facultas à iecore influit in uenas. Comm.1.in lib.6.*Epid.*cap.2.*

Naturales *facultates ſunt quatuor: prima quidē, propriorum attractrix: ſecunda,eorundem alteratrix,atque concoctrix: tertia utilium retentrix: quarta denique,alienorum expultrix. Com.5.in lib.6.*Epid. *cap.1.*

Naturalia *temperamenta ſeruanda eſſe.Com.in lib.de* Sa*lub.diæta,cap.24.*

Nauicula *, inquire* Semirrhombus.

Nauigatio *adeò perturbat corpora, ut excitet uomitū. Com.in* Apho.*14.lib.4.*

Nauſea *uehementioribus corporis aduenit motionibus. ibidem.*

Nauſeam *curari dupliciter: uno modo, ſi humores gignentes illam, uacuauerimus: alio, ſi eos concoxerimus,reduxerimusq; ad temperiem optimam. Com.2.in lib.6.*Epid.*cap.9.*

Nauſeabundi *dicuntur, quibus os uentriculi à prauis mordetur humoribus. Com. 2.in* Prorrh.*cap.43.*

Nauſeare *neceſſariò uentriculum,phlegmone obſeſſum. Com.3.in* Prorr.*cap.25.*

Nebulæ *albæ in urina ſunt concoctionum notæ.Com.4. in lib.de* Rat. *uict. in morb. acu.cap.43.*

Negligenda *non eſſe, quæ exigua uidentur.Com.2.in lib. 6.*Epid.*cap.24.*

Nephritis,*inquire* Renum *affectus,uel dolor.*

Nephritis*, inclinantes ætate magis torquet, quàm pueros.* Com. *1. in lib.6.*Epid. *cap.4.*

Nephriticis *omnibus confert*

attenuan

attenuantium uſus. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 5.

Nephritide laborantes percipiunt dolorem ſtupidum in crure ſubiecto dolenti reni, idq; ob uenam cauã, & magnam arteriam, quæ dorſo incumbentes, cum renibus, cruribusq; connexionem habent. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 5.

Nephriticis conferre exercitationes modicas. ibidem.

Neruus eſt corpus exangue, nullam in ſe cauitatem habens, ortumq; à cerebro, uel ſpinali medulla. Comm. 1. in lib. 6. Epid. ca. 1.

Neruus uerè dictus, nullus ad oſſa peruenit. Com. 3. in lib. de Fract. cap. 57.

Nerui tardius inflammari incipiunt, tardiusq; ad conſiſtentiam inflãmationis perueniunt, tardiúſque etiam, quàm caro, ſanantur. Com. in Apho. 49. lib. 6.

Nerui ſunt exangues: ob idq; frigidi: læduntur ab uniuerſis refrigerantibus, ſed præcipuè ſubſtantia tenuioribus. Com. 3. in lib. de Ra. uic. in mor. ac. cap. 39.

Nerui omnes, qui à medulla ſpinali oriuntur, procedunt in interiorem partem. Com. 3. in lib. de Arti. cap. 51.

Nerui, quum ſuapte natura frigidi ſint, & exangues, facilè refrigerantur, cõuelluntur q;. Comm. 4. in lib. de Arti. cap. 21.

Nerui à capite oriũtur. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 2.

Nerui replentur à frigidis & glutinoſis humoribus, à quibus etiam nutriuntur: unde illos conuelli accidit. Com. in Apho. 24. lib. 2.

Neruorum à medulla dorſali deſcendẽtium ad crura, tria ſunt initia: unum in anteriori parte ad magnum oſsis pubis foramen: alterum ad inguen: illius uidelicet nerui, qui unà cum uena magna, & illius qui abſque ea, ab anterioribus defertur femoris partibus: quæ parua ſanè ſunt: tertium & maximum, in uniuerſum crus à poſteriori parte diſſeminatur. Com.

Com.3.in li.de Art.c. 104.
Neruorum origo eſt cerebrũ. Com.3. in lib.3.Epi.ca.87.
Neruorum communi origine affecta, muſculus aliàs alius tremore, aut conuulſione arripitur.Com.1. in Prognoſt. cap.21.
Neruorũ principia uocat Galenus cerebrum, & ſpinalem medullam.Com.1.in lib. 6.Epid.cap.1.
Neruorũ propagines ſoli cerebro & ſpinali medullæ condolere uidentur. Com.2. in Pror.cap.45.
Neruorum principium eſt caput.Cõ.in Apho.69.li.5.
Neruis familiare alimentum eſt lentus humor, atq; muccoſus.Com.2.in lib.de Arti. cap.54.
Neruos oriri à capite.Com.1. in lib.6.Epi.cap.2.
Neruos haud extendi à poſtica ſpinæ parte.Com.3.in li. de Arti.cap.35.
Neruis reſolutis, uoluntariæ actiones labefactãtur. Com. 3.in lib.6.Epid.cap.17.
Neruoſam ſubſtantiam promptiſſimè offendunt deſidiæ, crapulæ, uina multa, ſimul & fortia, ubi in ieiunum uentriculũ incidunt:ac præterea coitus.Com. in Apho. 28.lib.6.
Neruoſum omne genus lactentibus ineſt debile. Com. 3.in Progn.ca.34.
Neruoſa corpora ſunt nerui, ligamenta, muſculi, atque tendones.Comm.in Apho.1. lib.5.
Neruoſa plurimum,minùs eſſe premenda faſcijs.Com.2. in lib.de Fract.cap.55.
Neruoſorũ eſt proprium, plurimùm dilatari: non carnoſorum.Com.3.in lib.de Rat. uict.in mor.ac.cap.39.
Neruoſis partibus principiũ compati aſſueuit. Com.1. in Prorr.cap.35.
Niger efficitur humor, quoties ſeroſa humiditas accuratiſſimè aſſatur, aut ubi craſſus ſanguis ſimiliter exiccatur, aut ratione extinctionis, atque refrigerationis.Com.2.in Progn.c. 47.
Nigra deiectio eſt mortis nunatia.

tia.Com.4.in lib.de Rat.ui. in mor.ac.c.57.

Nigra excrementa ſanguini denigrato ſimilia apparent, niſi quòd fuſa ſunt, & non, ut ille, concreta. Comm. in Apho.23.lib.4.

Nigra ſi educantur à medicamento, nihil abſurdum ſignificant. Commen. in Aph. 21.lib.4.

Nigra ſi reuomantur, ſignum pernicioſiſsimum eſt. Com. 2.in Prorr.cap.36.

Nigræ urinæ, ob ſerum bilis atræ unà cum excrementis aquoſis emiſſum, procreantur. Com.1.in Pror.cap.4.

Nigræ deiectiones ab initio morbi prodeuntes, nunquam ad bonum fiunt. Commẽ. in Apho.21.lib.4.

Nigredo aut ob uehementem accidit frigiditatẽ, aut propter exuperantem calorem. Com.2.in Progn.cap.29.

Nigrent partes, interdũ quidem abſceſſus, interdũ mortificationis ratione. Com.2. in Progn.cap.9.

Nigrities in ſuggillatis indicat materiam à natura nec ſuperari, nec concoqui: ſed ſanguinem ibi concretũ eſſe. Com.2.in lib.de Fra.ca.28.

Nimboſum imbrem nec tonitrua, nec fulmina comitantur, quòd illic nulla fiat nubiũ attritio, aut colliſio: utpote una ſola atra nube totam aëris cõtinuitatem comprehendente, & denſante. Com.4.in lib.6.Epi.ca.19.

Nimium omne, eſt naturæ inimicum. Com.in Aph.51.li.2.

Nodus deligationis dicitur nexus is, qui fit ex faſciis inter ſe complicatis, atque deuinctis. Comm.2.in lib.de Offi.cap.7.

Nodum non eſſe intendendum ulceri. Com.2.in lib.de Offi. cap.8.

Nodum non eſſe intendendum articulis, ſicuti neque ulceri. Com.2.in lib.de Offi.cap.9.

Nomina non ſunt admodum curæ ijs, qui ueritatis ſunt ſtudioſi. Comm. 1.in lib.de Offic.cap.5.

Nominum exacta ratio nihil conducit ad cognoſcendos

morbos, ſicuti neque ad præſagienda futura. Com. 3. in lib. 1. Epid. cap. 5.

Nominibus ad curationem opus non eſt. Com. 4. in lib. de Rat. uict. in morb. ac. ca. 30.

Nonanum febris circuitum nunquam depræhendit Galenus. Com. 3. in lib. 1. Epid. cap. 2.

Nubeculam appellat Galenus partem illam craßiuſculam, quæ in ſummitate urinæ ſæpe ſupernatare uidetur: quamuis nubeculã & enæorema in unum confundat Hippocrates. Commen. 2. in Progn. cap. 20.

Nubeculæ albæ in urina ſunt manifeſtum ſignum coctionis. Com. in Apho. 71. lib. 4.

Nubes efficitur ſplẽdida, aut atra, cauſa raritatis, uel ſpißitudinis. Rareſcẽs quippe, lucem in ſe Solis ſuſcipit: quo fit ut ſplendeſcat, compacta autem, condenſataq́;, quum ſoli peruia nõ ſit, meritò apparet atra. Com. 1. in lib. 1. Epid. cap. 8.

Nubes efficitur alba, ſi eodem tempore aliqua nebula & attollatur, & ſtipetur. ibid.

Nubem conſtitui non poſſe, ſi Aquilonius aër prorſus careat humore. ibidem.

Nubes, aëre tranquillo exiſtente, uidentur nobis conſiſtere immotæ frequenter, quum re uera agitentur. Cõ. 3. in lib. 3. Epid. cap. 1.

Nubium attritio, inquire Attritionem.

Nubiloſas nubes in urina dici ab Hippocrate, quæ nec colore ſunt albo, nec etiã planè nigro, ſed medio. Com. 1. in lib. 3. Epid. ca. 4.

Nudari ſua cute pars nulla citra noxam poteſt. Com. 3. in lib. de Fract. ca. 43.

Nudum obambulare, augmentum corporis inhibet. Com. in lib. de Salub. diæ. cap. 13.

Nutriendum eſſe ægrum, ubi morbus quidem non prohibuerit: facultas autem præceperit. Com. 1. in lib. de Ra. uict. in morb. acu. cap. 44.

Nutritio eſt eius quod euacuatur, repletio. Commen. in Apho. 15. lib. 1.

Nutritionis tẽpori fit excretio proportionalis.Comm.in Apho.18.lib.2.

Nutritionis uelocis ex cibo aſſumpto ſit tibi indicium, fortitudo in pulſibus, & robur in motibus uoluntarijs. ibidem.

Nutritorum ad nutrientia fit maxima proceſſu temporis ſimilitudo.Com.in Aph.50. lib.2.

Nutriuntur partes ſingulæ ex proprio alimento. Com. in Apho.17.lib.2.

O

Oblationes conferre plurimùm,ad cognoſcendos modos, & ideas morborum. Com.3.in lib.1.Epid.cap.1.

Obliuio cum rigore, uictum cerebri natiuum calorem à ſymptomatica refrigeratione indicat.Com.2.in Prorr. cap.29.

Obliuio, in morbis pernicioſum ſymptoma eſt. Com.3. in lib.3.Epid.cap.37.

Obmuteſcere eſt loqui non poſſe. Com.3.in lib.3.Epid. cap.74.

Obnoxij affectibus, citiùs in eos incidunt, quàm qui minimè illis ſunt opportuni. Com.1.in lib.1.Epid.ca. 18. & cap.19.

Obnoxiora eſſe corpora illis cauſsis, quæ ſunt cognatæ ipſorum intemperiei. Com. 2.in lib.1.Epid.cap.40.

Obſeruatio ex concurſu nihil reperit. Com. 3. in Prorrh. cap. 69. quod quidẽ caput in Græco codice eſt idem cum 68. etiamſi ab interprete diducantur.

Obſcuri ſermones omnes, exhibent ſophiſtis occaſionem garriendi. Comm. in Apho. 64.lib.7.

Obſcuri ſermones ſcientificam non admittunt expoſitionem.Cõ.3.in lib.6. Epi. cap.2.

Obſcuris in rebus licitum eſſe unicuique pro arbitrio ſcribere: quũ nulla lex ſit tranſcribentibus poſita. Com. in Apho.64.lib.7.

Obſcuris in rebus quod uel mediocriter probabile eſt,

poteſt

poteſt ſatis eſſe.Comm.2.in lib.de Offi.cap.9.

Obſcurum omne eſſe duplex. Prooemio in lib.de Fract.

Obſtructiones craſſorũ ſuccorum fieri inter ſimas & gibbas hepatis partes.Com. 1.in lib.de Rat.uict.in mor. ac.cap.18.

Obſtrui uiſcera, & præcipuè iecur,ſi quis cibum ſtatim poſt exercitationem,atque adhuc anhelãs,accipiat: ſicuti etiam,ſi à cibo uehementer exerceatur.Com.in lib.de Salub.diæ.cap.12.

Occaſio medendi eſt præceps, quia materia circa quam ars uerſatur, continuè fluit. Com.in Aph.1.lib.1.

Occaſionem uocari à ueteribus quancunque rei cuiuſuis materiam, unde initium ad ſubſequentes actiones prodit.Comm.3.in lib.6.Epid. cap.18.

Occaſiones ſolẽt uocare paruas cauſas cuncti mortales. Com.1.in lib.3.Epid.ca.15.

Occaſiones uocari ab Hippocrate apertiſsimas cauſas. Cõ.2.in lib.de Fract.c. 62.

Occipitis dolori uenã rectam in fronte ſectam conducere, utpote reuulſorium præſidium.Com.2.in lib.6.Epid. cap.26.

Occipitis eminentiam excreſcere melius eſt, quàm ſi ea quæ ad frontem, conſiſtit, adaugeatur.Com.1.in lib.6. Epid.cap.2.

Occipiti ſubeſt uentriculus aliorum omnium uentriculorum cerebri quàm maximè princeps: necnon origo ſpinalis medullæ.ibidem.

Ochra genus quoddam eſt terræ:cuius potiſsimùm Attica probatiſsima exiſtit. Com.2.in Progn.cap.39.

Ωχρὸν χρῶμα,hoc eſt, pallidus color, eſt qualis pallidæ bilis: fitq́; permiſta excremento aquoſo,pallida,amara, & flaua uocata bile. Com.2.in lib.de Rat.uict.in morb.ac.cap.22.

Ociũ media plenitudine morbos excitat.Com.2.in lib.de Nat.hum.cap.1.

Ociũ eneruat corpora, effœminat

minatq́;.Commen.3.in li.de Off.cap.28.
Ocium reddit imbecillas uires membrorum.Com.3.in lib.de Off.c.32.
Ocium graciliores efficit fibras:carnem uerò copioſiorem,ſed molliorem,propter humiditatem.Com.3.in lib. de Art.cap.81.
Ocium minimè uacuat ex natura ſua abundantiam humorum.Cō.3.in lib.6.Epi.c.2.
Ocium in cauſa eſt,cur nec augeantur,nec alantur mēbra. Com.3.in lib.de Art.c.80.
Ocium liquefacit.Comm.3.in lib.6.Epid.c.2.
Ocium extenuat partes.Com. 3.in lib.de Art.c.93.
Ocium diuturnum membra ſe ipſis graciliora reddit.Com. 2.in lib.de Frac.c.59.
Ocio extenuantur membra. Commen.1.in lib.de Art.ca. 58.& ca.61.
Ocioſam uitam extenuare corpus nonnullis,qui ab exercitationibus ad ocium ſe tranſtulerunt.Comm.3.in lib.6. Epid.cap.2.
Ocioſos & deſides minùs difflari,quòd ſint frigidiori tēperamento.Com.2.in lib.1. Epid.cap.78.
Ocioſis repletur corpus.Com. 1.in lib.3.Epid.c.4.
Octogeſimus dies eſt decretorius.Com.3.in Progn.c.1.& Com.3.in lib.1.Epid.c.22.et Com.in Aph.24.li.2.
Oculus concretus,propter mouentium oculos muſculorum immobilitatem fit.Com.2.in Prorrh.ca.11.
Oculus eſt genus uinculi, accommodatū ſui nominis parti.Lib.de Faſcijs,c.32.
Oculus ferox & clauſus,indicium phrenitidis eſt.Com.2. in Pror.cap.36.
Oculi conturbatio, phlegmones indicium exiſtit.Com.5. in lib.6.Epid.c.3.
Oculum reddi minorem,quàm pro naturæ habitu, indicat mortificationem facultatis eum diſpenſantis.Comm.1.in Progn.c.10.
Oculi laborantes ulcere,aut ſuppuratione,aut ſtaphylomate, aut phlegmone inſi=

gni, aut denique acri fluxione, ex quocunque uel paruo lumine offenduntur quàm maximè. Comm. 1. in libr. de Off. cap. 1.

Oculi ſupra modum relucentes, ſignum iraſcentium exiſtunt. Comm. 3. in Prorrhet. cap. 32.

Oculi rubri ſæpe ſanguinis eruptionem prænuntiant. Com. 3. in Prorrh. c. 45.

Oculi peruertuntur, conuulſis muſculis eos cõmouentibus. Commenta. 1. in Prognoſti. cap. 10.

Oculi inſtabiles, commotiq́;, ſignificant aut delirium, aut tremorem muſculorũ, à quibus mouentur. ibidem.

Oculi effundunt pituitam uel ob organorum affectum, uel ob imbecillitatem regentis eos facultatis. ibidem.

Oculi puluerulenti, puluiſculoſiq́;, commune indicium exiſtunt tabeſcentium, atq; phreniticorum. Comm. 1. in Prorrhet. cap. 17.

Oculi caui redduntur per omnes febres prolixas. Cõ. 2. in Progn. cap. 60.

Oculi firmiſſimam nobis notitiam adferunt corporis affectionum. Com. 4. in lib. 6. Epid. cap. 28.

Oculi concaui, ſquallidiq́;, ac decolores, uirium imbecillitatem indicant: ut benè colorati, & pleniores, humoreq́; ſplendente referti, robur earundem. ibidem.

Oculi, ob natiuam puritatem atq; nitorem, celeriùs quàm aliæ partes, mutationem colorum indicant. ibidem.

Oculi immobiles abſolutum monſtrant facultatis, quæ ſolet mouere muſculos, caſum: ægrè autem mobiles, proximè acceſſiſſe illam ad hunc affectum. Commentario primo in libr. 6. Epide. cap. 26.

Oculi qui contorquentur, delirium, aut tremorem muſculorum, à quibus mouentur, declarant. ibidem.

Oculorum ſuffuſiones, cæterique morbi, ut rectè curen

rentur, non debet æger ad lucem conuerſus eſſe, ſed obliquè illam reſpicere. Commentario 1. in lib. de Offic. cap. 9.

Oculorum abiectio, ſymptoma eſt audaci aſpectui contrarium: indicátque oculos diu apertos haud poſſe teneri, ob facultatis palpebras regentis infirmitatem. Commenta. 1. in lib. 6. Epidemion, capite uigeſimo-nono.

Oculorum dolor abſque plenitudine uniuerſi corporis, ab obſtructione & compactione craßi ſanguinis ortus, balneum & uinum poſtulat: ſi uerò plenitudo adſit, ſectionem quidem uenæ deſyderat, non autem uinum, aut balneum. Commentario in Aphoriſm. 46. lib. 7.

Oculorum alba ſubinſpiciuntur dormientibus, quòd oculi integrè claudi non poſſint, uel ob palpebrarum ariditatem, uel propter potentiæ mouentis ipſas imbecillitatem. Commentario in Aphoriſ. quinquageſimũſecundum lib. 6.

Oculorum affectibus non uſqueadeò conuenire medicamenta ſtupefacientia, minusq́; refrigerantia. Commentario in Aphoriſm. 31. lib. 6.

Oculorum rubor ſequitur diſpoſitionem cerebri phlegmonoſam. Commentario in Aphoriſm. tertium libri ſeptimi.

Oculorum alba, ſi rubra reddantur, ſanguinis copiam indicant in cerebro, & illius inuolucris conſiſtentis: interdum etiam inflammationem. Commentario primo in Prognoſtica, capite decimo.

Oculorum dolorem à fluxione acri ortum, corpore non exiſtente pleno, cuidam adoleſcenti Galenus balneo ſolo ſedauit. Commentario in Aphoriſm. trigeſimũprimum lib. 6.

Oculorum diutinas fluxiones reuellendas ad fauces eſſe, acribus medicamentis palato illito, iuſſoq; ægro gargarizare, niſi uereamur ne fluxio ipſa conuertatur ad aſperam arteriam, atque pulmonem. Com.2.*in libr.*6.Epid. *cap.*31.

Oculorũ *immobilitas torporem quendam functionum in neruorum primordio indicat.* Commenta.4.*in libr.de* Rat.*uic.in mor.ac.c.*26.

Oculorum *uenulæ rubent, uel ob plenitudinem, uel inflammationem eorum, quæ in cerebro ſunt: nigreſcunt autem, & liuent refrigeratæ: refrigerantur uerò extinctæ.* Commen.1.*in* Prognoſt. *cap.*10.

Oculorum *inſtabilitas cum præcordiorum palpitatione, delirium indicat.* Commentario 1.*in* Prognoſtica, *capit.*28.

Oculorum *muſculi primi ſentiunt affectiones cerebri. ibidem.*

Oculorum *peruerſio eſt ſymptoma principij neruorum.* Com.2. *in* Prorrhetica, *capi.*34.

Oculorum *diutinæ fluxiones ſæpius ſanatæ ſunt, ex partibus ſecundum occiput ſanguine miſſo, unà cum cucurbitulæ uſu.* Com. *in* Aphor. 68.*lib.*5.

Oculorum *cauitas penuriam humorum indicat, imbecillitatemq; maximam.* Commentario 1.*in* Prognoſtica, *cap.*10.

Oculis *laborantibus mollem ſpongiam admouemus: quum non ferant fomenta per ſacculos, & cataplaſmata.* Commentario 6.*in lib.*6.Epide. *cap.*5.

Oculis *eſt dolorificum frigus diuturnum.* Com.2.*in libr.*1. Epid.*cap.*6.

Oculos *mouentium muſculorum immobilitas fit, propter eorum uel reſolutionem, uel æquam, & quæ in neutram partem uergat, tenſionem: uel propter exactam mouentis muſculos facultatis imbecillitatem.* Comm.2. *in* Pror

Prorrh.cap.11.

Oculos *obſcurari in acutis morbis, uirium imbecillitatem ſignificat, uiſoriæq́; facultatis interitum.* Com.1.in lib.6.Epid.c.23.

Oculos *interius corrugari contingit, quum membrana adnata muſculis mouentibus illos, diſſoluta & laxata fuerit: id quod imbecillitatis & refrigerationis eſt ſignum.* Commen.1.in lib.6. Epid.cap.25.

Oculos *corrugari internè, in ualde ſenibus accidit.* ibidem.

Oculis *nigris præditos, minus diſflari, quòd ſint frigidiori temperamento.* Commenta.2. in libr.1.Epidem. cap.78.

Oculis *dolentibus in primis uniuerſum corpus purgamus: dein, ſi multitudo ſanguinis ſubſit, humerariam uenam pertundimus: mox medicamentis molliſsimis ac minimè acribus utimur: poſtremò, per totum diem abſque cibo ſeruatum ægrum, ad ueſperam in balneum ducimus.* Commen.6.in lib.6. Epid.cap.5.

Odoratorum *miſtio eſt neceſſaria purgantibus medicamentis.* Commen.2.in lib. de Rat.uict. in morb.acut. cap.11.

Odoris *imbecillitas ob frigidiorem temperiem accidit.* Commen.3.in lib.de Fract. cap.21.

Oedema *uocatur à recentioribus tumor indolens, digitisq́; inter premendum cedens.* Commentario 1.in Prognoſtica, capite uigeſimonono & 34.

Oedema *fuit commune nomen tumorum omnium præter naturam, atque ipſius inflationis.* Commentario 4. in lib.de Rat.uic.in morb. acu.cap.21.

Oedema *eſt tumor mollis, & indolens.* Commen.in Apho. 34.lib.4.

Oedematis *nomine appellari ab Hippocrate omnes*

tumores præter naturam. Commentario primo in librum ſextum Epidemion, capi.6. & Commentario in Aphoriſm.65.libr.5. & in Aph.66.eiuſdem.

Oedema uocari ab Hippocrate omnem tumorem præter naturam: à iunioribus autem, ſolum tumorem laxum. Commenta.3.in lib.6. Epidem.capit.12. & Commenta.3.in lib.de Officina, cap.30.

Oedema uſurpari ab Hippocrate pro omni tumore præter naturam. Commentario primo in lib.6.Epidemion, cap.1.

Oedemata propriè uocari tumores laxos abſque dolore. ibidem.

Oedemata laxa, citráque ulcus, dolore carent. Commentario primo in lib.1.Epide. cap.10.

Oedemata uocari ab Hippocrate omnes tumores præter naturam: à recentioribus autem, eos tantùm, qui & laxi ſunt, & citra omnem inflammationẽ, ac præterea dolore carentes. Commenta.4.in lib.6. Epidem. cap.1.

Oeſypus ex contrarijs facultatibus conſtat: nempe aſtringente, ac tepidè calfaciente. Com.4.in lib.de Arti.cap.44.

Oeſypus eſt tum caloris, tum frigoris particeps. Commentario tertio in lib.de Fract. cap.24.

Οἰωνοσκόποι, ſiue οἰωνιςαὶ, hoc eſt, auſpices, auguresq́; dicuntur, qui ex auium uolatu augurantur. Commentario primo in libr.de Ratione uict.in morb.acut.capit.16.

Ὀλέκρανον, inquire Ancon.

Oleoſa medicamenta ſordes gignunt. Commentario tertio in libr. de Fractur.capit.43.

Oleum uim habet leniendi dolorem, diſcutiendiq́;. Commenta.2.in libr.de Fractur. cap.72.

Oleum

Oleum acria lenit,placatq́;, & ſiccitatem emendat:uentremq́; moderatè ſubducit. Commen.4.in libr.de Rat. uict. in morb.acut.ca.107. & 110.

Oleum eſt alimentum flammæ lucernarum. Commentario in Aphoriſmum 14. lib.1.

Oleum calidum administratum, multiplicem nobis utilitatem in ſedandis doloribus,atque curandis, adfert. Commenta.6.in lib.6.Epid. cap.5.

Oleum prouocat uomitum. ibidem.

Olfactu circa ægros plurimùm utitur Medicus.Commenta.1.in lib.de Officina, cap.3.

Olfactu reficiuntur quàm citiſsimè,qui refectionem deſyderant.Com.in Aphor.11. lib.2.

Omentum excidens peritonæo,etiam ſi minimo fuerit nudatum tempore,reductum putreſcit:quare id quod elapſum eſt, medici ſolent abſcindere.Com.1.in Aphoriſ. 58.lib.6.

Omentum eſſe ſolidum,atque undequaq; firmum,ob idq́; in ipſum nihil poſſe ex aliqua parte incidere, niſi ex illis, unde enaſcitur. Commentario in Aphoriſm.55. lib.7.

Operationes fiunt per ſolidas animalis partes. Commentario in Aphoriſm.17. lib.3.

Ophiaſi deformatum caput, eſſe medicamentis exaſperandum.Comm.2.in libr.6. Epid.cap.4.

Ophthalmiam à craſſo ſanguine conteuto in oculorũ uenulis ortam ſanauit Galenus tum balneo,tum uini meracioris potione.Com.in Aph. 31.lib.6.

Ophthalmias ſanat diarrhœa. Com.6.in lib.6.Epid.c.8.

Opinatur nemo alia in anima, atque alia prædicit. in Procemio primi Cõmentarij in Prorrhetica.

Opiſthotonos eſt ad poſteriora conuulſio. Commentario in Aphoriſm.57.lib. quarti.

Οπισθοκύφωσις eſt peruerſio ſpinæ in poſteriorem partem. Commenta.3. in libr.de Arti.cap.2.

Οπλὰ uocari ab Hippocrate, Homeroq́;, rudentes nauiũ. Commen.4.in lib.de Artic. cap.64.

Opopanax dicitur ſuccus panacis. Commentario ſexto in librum ſextum Epidem. cap.5.

Opora ponitur pro ſecunda parte æſtatis. Com.in Aph. 14.lib.3.

Oreſtes fatebatur quidem ſe perpetrare impia: paternam tamen necem ulciſci. Commenta.1.in lib.de Arti. cap.52.

Oris ulcerationes fieri propter bilioſum humorem. Commen. in Aphoriſm.21. lib.3.

Oris fœtorem retundi amomo, folijsq́; malabathri commanſis. Comm.4.in libr.6. Epid.cap.9.

Ori ineſſe uim diſcretricem ſaporum. Commen.2.in lib. de Rat.uict.in morb.acut. cap.29.

Orobi in fomentum adhibiti, craſſos humores incidere, conficere, & euaporare poſſunt. Commentario ſecundo in libr.de Ratione uict.in morbis acutis, capite 5.

Orobis ſimilia ſedimina excerni, ſanguine craſſo in renibus, aut in hepate, exuſto. Commentario in Aphoriſm. ſeptuageſimoſextũ libri quarti.

Ορθόκυλλον eſſe uitium quo affecta membra, ita extenta permanent, ut flecti non poßint: fieri autem affectis muſculis exterioribus. Commentario tertio in lib.de Artic.c.100.

Ortophnœa, hoc eſt, recta ſpiratio, abſque febre omnino contingit, fitque à craßis & lentis humoribus,

uius

uias ſpiritus occupantibus, aut ab aliquo tuberculo cru= do in pulmonibus conſiſten= te. Comm. 4. in lib. 6. Epid. cap. 4.
Orthopnœa dicitur ea ſpi= randi difficultas, in qua ia= centes ſuffocantur, & uix recto thorace ſufficiunt, ni= hil dilatato dorſo. Com. 2. in Prorr. cap. 53.
Orthopnœa fit in peripneu= monicis, & in aſthmaticis, affectionibus, & in grauiſ= ſima angina. ibidem.
Orthopnœa intenditur cuban tibus. ibidem.
Orthopnœam ſiccam fieri ab anguſtia earum pulmonis capacitatum, quæ ſpiritum deferunt. Comm. 4. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. ca. 21.
Orthopnœa laborare dicun= tur, qui ſe erigunt, quòd de= cumbentes ſtrangulentur. Com. 2. in lib. 3. Epi. cap. 4.
Ortum primum habuimus ex ſemine & ſanguine men= ſtruo. Gal. contra Lycum.
Os uteri opprimitur, & anguſtatur à pinguitudine omenti iis quæ ſupra modũ ſunt craſſæ. Com. in Aphor. 46. lib. 5.
Os uteri dicitur orificium, in quod uterus deſinit: unde col lum incipit. Ibidem.
Os colli matricis dicitur ex= tremitas illa ceruicis uteri, quæ in muliebre pudendum deſinit. Com. in Apho. 46. lib. 5.
Os uteri comprimi & ob con ceptum ſemen, & propter ſcirrhũ, & propter inflam= mationem. Duritie autem diſtingui tumores à conce= ptione. Com. in Aph. 51. li. 5. & in Apho. 54. lib. 5.
Os uentriculi omnium ferè partium maximè ſenſile exi ſtit. Com. 3. in Prorrh. c. 38.
Os uentriculi maximè tum neruoſum, tum ſenſile exi= ſtit. Com. 2. in lib. de Ratio. uict. in morb. ac. cap. 11.
Os uentriculi & nerui con= doleſcunt mutuò. Comm. in Apho. 1. lib. 5.
Os uentriculi ſi mordeatur

uehementiùs, excitat con=uulſiones.ibidem.

Os *uentriculi quàm promptiſſimè infert delirium, quoties inſigni laborat inflamma=tione.*Com.1.in Prog. c. 28.

Os *uentriculi primùm atque præcipuè, ab intempeſtiuis tum inediis, tũ cibis, affligi=tur.*Comm.2.*in lib.de* Rat. *uict.in mor.ac.ca.*44.

Os *uentriculi excitatur ad uomitum, cerebro inſigniter læſo.*Com.1.*in* Pror.*ca.* 10.

Os *uentriculi oblectatur dul=cibus quæ deuorantur.*Com. 3.*in lib.de* Rat.*uict.in mor. ac.cap.*11.

Os *uentriculi, quum uitali fa=cultati ſuam affectionẽ com=municat, infert ſyncopas: quum uerò animali, deſipi=entias, uel cõuulſiones.*Com. 2.*in lib.de* Rat.*uict.in mor. ac.cap.*47.

Os *uentriculi maximè neruo=ſum quum ſit, confeſtim con doleſcit neruoſis partibus.* Commen.2.*in lib.de* Artic. *cap.*20.

Os *uentriculi ne paruos qui=dem dolores perferre poteſt. ibidem.*

Os *uentriculi præcipuum ha=bet ſenſum.*Com.*in* Aphor. 24.*lib.*3.

Os. *uentriculi animum in ſui affectus conſenſum trahit.* Tardiores *ſiquidem ad in=telligendum, agendumq́; nos reddit, quo tempore frigi=dius exiſtit: ut promptiores, atque iracundos magis, cùm calidius eſt calore aduenti=tio, atque præter naturam.* Com.4.*in lib.*6.Epid.*c.*25.

Os *uentriculi appellatur cor, ſentitq́; omnia quæ ipſum infeſtant, ob magnitudinem eorum, quos recipit, ſenſibi=lium neruorum.*Comm.3. *in* Progn.*cap.*30.

Os *uentriculi ſi imbecillum atque exolutum fuerit, ma=net in eo diutiùs, id quod in=geſtum eſt, ſupernatans.*Cõ. 1.*in lib.de* Rat.*uict.in mor. acu.cap.*18.

Os *committitur, aperiturq́;, intentis muſculis tempora=libus.*Com.2.*in lib.de Arti. cap.*3.

Oris

Oris uětriculi munus, eſt appetere, non concoquere. Cō. 1. in lib. de Rat. *uict. in morb. acu. cap. 16.*

Ori uentriculi inſeritur eſſatu digna coniugatio neruorum, deſcendens à cerebro. Com. *in* Apho. *50. lib. 6.*

Os uentriculi cor appellabant ueteres. Comm. *in* Aph. *65. lib. 4.*

Ore uentriculi affecto, animi defectus contingunt. Com. *2. in lib. de* Art. *cap. 20.*

Os iugale eſt ſitum in ea regione, quæ ſupra maxillæ cornicem ſituatur. Com. *2. in lib. de* Art. *ca. 12.*

Os iugale prope ſuperiorem malam eſt ſitum. ibidem.

Os iugale dicitur illud, quod ſuperiorem maxillam capiti annectit. ibidem.

Os rariùs prolabitur in eam partem, quæ aſtrictior eſt. Com. *3. in lib. de* Fract. *c. 61.*

Os, quod ſemel perijt, regigni ampliùs non poteſt. Com. *in* Apho. *19. lib. 6.*

Oßis fruſtum, ſquammámue, ſatius eſt paulatim ab ipſa natura expulſam excidere, quàm irritari medicamětis, aut inſtrumětis euelli. Com. *2. in lib. de* Offi. *cap. 23.*

Oßi ſacro, quod etiam latum uocatur, committitur extrema lumborum uertebra. Cō. *3. in lib. de* Arti. *cap. 41.*

Oßi ſacro, quod & latum dicitur, partes uicinæ excalfactæ exeduntur, torporeq́; afficiuntur, ac ſub ipſa cute ulcera contrahunt curatu quàm difficillima. Com. *3. in lib. de* Fract. *ca. 26.*

Os ſubditum eſſe uitiatum coniicies, ſi ex ulcere emanet pus multò uberius, quàm pro ulceris magnitudine. Com. *3. in lib. de* Fract. *c. 18.*

Os uitiatum iamiam eruptu-rum indicant diducta labra ulceris, quæ coire non poſſunt: necnon laborantis ſenſus. ibidem.

Oſſa nulla in corpore figurā columnæ referunt. Com. *2. in lib. de* Artic. *cap. 33.*

Oſſa infantium, tenera & quaſi cerea quum ſint, facilè diſtorquentur, dum prauè à nutr

à nutricibus figurantur.Cō. 4.in lib.de Art.*cap.5.*

*Oſſa in creſcentibus,ſi cogantur, inflecti poſſunt, & ea magis, quæ caua, fiſtuloſaq́; ſunt.*Com.1.*in lib.de* Artic. *cap.62.*

Oſſa mollia plus humiditatis ſortiuntur. Com.1.*in lib.de* Arti.*cap.65.*

Oſſa pedis atque manus extremæ, quū minuta, & quàm duriſsima ſint, rarò citra uulnus franguntur. Com.2. *in lib.de* Fract.*ca.9.*

*Oſſa manus extremæ, ſunt numero 27.*Comm.2.*in lib.de* Fract.*cap.8.*

Oſſa pedum & ſummæ manus, carent medulla, ſuntq́; minimè fiſtuloſa, atque imitantur lapillos.ibidem.

Oſſa undequaque & omnino abſoluta ſuis uinculis, ſi propria exciderint ſede, ægerrimè poſſunt reſtitui. Com. 2.*in lib.de* Fract.*cap.* 10.

*Oſſa reponi commodè in ſuas ſedes nequeunt, niſi adeò ſuſpendantur & diſiungātur, ut alterum alteri non adhæreat.*Com.2.*in lib.de* Fract. *cap.52.*

Oſſa pedis, inquire Pedis *oſſa.*

Oſsium exciſiones, ſi fieri poſſit, in articulis ipſis moliendas eſſe. Comm. 4.*in lib.de* Arti.*cap.36.*

Oſsium ſubſtantia oritur à capite, ſimulq́; cum capite augetur, atque corroboratur. Com.1.*in lib.6.*Epid.*ca.2.*

Oſsibus occalleſcētibus trāſire ſanguinem per cutē ſanā. Com.*in* Aph.54.*lib.7.*

*Oſsibus exutis rarò ſuperuenit eryſipelas.*Com.*in* Aph. 19.*lib.7.*

*Oſſa fracta haud omnino conſolideſcere, ſed callo circum exorto uniri.*Com.1. *in lib.* de Fract.*cap.57.*

Oſſa fracta, ſed malè unita, refringimus, ut rurſus conuenienter coaleſcant. ibid.

Oſſa luxata in adultis non æquè facilè componi poſſe, ut in infantibus. Com. 4.*in lib.de* Art.*cap.4.*

*Oſſa fracta minimè agglutinari, ſed callo quodam obduci, muniriue.*Cō.*in* Aph.19. *lib.*

lib.6.& Comm.1. in lib. de Fract.cap.41.
per Oſſa fieri abſceſſus ſecundum Hippocratem. Com. in Aph.54.lib.7.
Oſſa fracta extendenda in contrarias partes eſſe: dein conformanda: ac ultimò deliganda. Comm. 1. in lib. de Offi.cap.29.
Oſſa luxata, extendenda, reponenda, & apto uinculo deliganda eſſe.Com.1.in lib. de Offi.cap.19.
Oſcitatio fit, contenta in muſculis, per quos uoluntarius motus perficitur, aliqua ſiue humiditate flatulenta, ſiue uaporoſo ſpiritu. Comm. in Apho.56.lib.7.
Oſcitatio fit à natura, excrementorum excernendorum gratia.Com.5.in lib.6.Epi. cap.3.
Otium, Inquire Ocium.
Oua craßi ſunt ſucci, & boni, humorumq; acrimoniam infrænant.Com.4. in lib.de Rat.uict.in mor. ac. ca.113.
Oua quæ ſorbentur, languentibus adeò ſupinant ſtomachum, ut ſubuerſum ſibi eſſe exiſtiment.Com.1. in lib.de Rat.uict.in mor.ac.ca.18.
Ouilla caro parum nutrit. Com.3.in lib.6. Epid.ca.2.
Oxycratum acrius, conuenientius aquoſo eſt, incidendis ac per halitum digerendis tum craßioribus, tum tenacioribus ſuccis. Comm.2.in lib.de Ratio.uict.in mor.ac. cap.5.
Οξυγλυκει utebatur Hippocrates pro uictu tenuißimo. Fit autem oxyglyces ex dulcißimis fauis aqua maceratis, atque decoctis. Com.2.in lib.de Fract.cap.29.
Oxyglyces eſſe idem cum apomelite.Com.3.in lib.de Fra. cap.49.
Oxymeli ſectorium, inciſoriū, & abſterſorium dici poteſt: at nullo pacto attractorium. Com.4.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.cap.18.
Oxymeli conſtat ex mulſa parum aceti recipiēte. Com.3. in lib. de Rat. uict. in morb. acu.cap.24.
Oxymeli ad uiſcidorum humorum

morum expuitionē eſt quàm aptiſſimum. Com.3. *in lib.de* Rat.*uict.in mor. ac.cap.*2.

Oxymeli *æſtate propinatur febrienti, & frigidum, ante morbi coctionem.* Com.1. *in lib.de* Rat.*uict.in mor. acu. cap.*43.

Oxymeli *pleuriticis dandum.* Com.1.*in lib.de* Rat.*uict.in morb.acu.ca.*27.

Oxymeli *minimè aduerſatur ſtomacho, niſi affectis in languente neruis, aut in muliere utero.ibidem.*

Oxymeli *eſt tantùm medicamentum.* Comm.1. *in lib.de* Rat.*uic.in mor.ac.cap.*44.

Oxymeli *ualentiùs educit ſputum, quàm mulſa: tuſſes tamen excitat, tum irritans, tum exaſperans, quatenus uehementer detergit.* Com. 3. *in lib.de* Rat.*uict.in mor. ac.cap.*10.

Oxymeli *ſputum educit, facilemq́; reddit reſpirationē.* Com.3.*in lib.de* Rat.*uict.in mor.ac.cap.*24.

Oxymeli *non cōducit neruoſarum partium affectibus.* Com.2.*in lib.de* Frac.*c.*29.

Oxymeli *detergente præditū quum ſit facultate, inteſtinum abradit.* Com.3. *in lib. de* Rat.*uict.in mor.ac.c.*32.

Oxymeli *ſecandi uim habet.* Com.1.*in lib.de* Rat. *uict.in mor.ac.cap.*43.

Oxymelitos *potus eſt commodiſſimus iis, qui pituitæ uitio laborant.* Comm. 4.*in lib.de* Rat.*uict.in mor.ac.ca.*18.

Oxymelitos *compoſitio per coctŭram fit melior.* Com.3. *in lib.de* Rat.*uict. in morb. ac.cap.*24. *&* 37.

Oxymeli *admodum acre, uim habere ut ſecandi, ſic exiccandi: uti autem nos ipſo in craſſis pulmonis ſputis, non tanquam exiccãte, ſed tanquam incidente, detergenteq́;.* Com.3.*in lib.de* Rati. *uict.in mor.ac.cap.*26.

Oxymeli *ualde acre eſſe dandum paulatim, & perquàm tepidum, ſi æger ob ſputorum tum craſſitiem, tum uiſcoſitatem, nihil expuerit: uirtusq́; ualida fuerit.* Commen.3.*in lib.de* Ratione *uictus*

ctus in morbis acu.cap.29.

P

PAleſtini computāt menſes à Lunæ cō iūctione cum Sole, uſque ad aliam coniunctionem: ita ut duodecim menſes lunares contineāt dies 354. Com.in lib.1. Epid.cap.1.

Palladis & Dianæ Myſtæ, à Venere abſtinebant perpetuò. Com.1.in libr. 3. Epid. cap.4.

Pallidus color tantum à flauo diſtat, quantum à rubro flauus recedit uerſus albiorem. Com.2. in lib. de Rat.ui.in mor.ac.cap.22.

Palpebram contingit euerti, ſi eius exterior membrana ingenti torqueatur inflammatione, & quæ uicinas quoque corripiat partes: ſicuti peruerti ad interna, ſi interior tunica, quæ ad irim uſque pertingit, magna tentetur inflammatione. Quòd ſi ambas tunicas occupet inflammatio, Chymoſis affectus uocatur: quo detenti, nequeunt oculum aperire. Cō.2.in lib.de offi.cap.31.

Palpebræ ſunt ſiccæ naturæ. Com.in Aph.52.lib.6.

Palpebrarum ficoſa tubercula exaſperabat Galenus aſperis marinarum beſtiarum corijs, teſtiſq; ſepiarum, ac pumice, necnō ſcalpelli cyathiſco. Com.2.in lib. 6. Epi. cap.4.

Palpebrarum ficoſa tubercula, priùs aliquo exaſperanda eſſe: dein oblinenda erodentibus medicamentis. ibidem.

Palpebras claudi contingit, uel propter conuulſiuā claudentium oculos muſculorum tenſionem: uel propter aperientium imbecillitatem. Cō. 2.in Prorr.cap.36.

Palpitatio à flatulento ſpiritu proficiſcitur. Comm.1.in Prorr.cap.35.

Palpitatio fit ob flatulentum ſpiritum, congeſtum ſcilicet ob frigiditatem. Comm.1.in Prorrh.cap.20.

Palpitationi ſimilis creber cordis ac uelox motus, extremum malum ſignificat, ſcili

ſcilicet uitæ principium maximo conflagrare incendio. Com.in Aph.65.lib.4.

Pancratio certaturi,geſtabāt cubitos nudos.Com.1.in lib. de Offi.cap.16.

Pandiculatio fit,contento in muſculis, per quos uoluntarius motus perficitur,aliquo ſiue humore flatulento,ſiue uaporoſo ſpiritu. Comm.in Aph.56.lib.7.

Pandiculatio tale eſt in muſculis uniuerſis ſymptoma, quale id,quod per oſcitationem, in ſolis muſculis inferioris maxillæ ſolet contingere.Cō.5.in li.6.Epi.c.4.

Pandiculatione euacuātur halituoſa excrementa in muſculis compræhenſa.Ibid.

Panis, & chondrus,in acutis morbis adminiſtrātur.Com. 1.in lib.de Rat.uic.in mor. ac.cap.18.

Panis & chondrus uirtutem quidem roborant,ſed neque humectant,nec ſecant.Com. 1.in li.de Rat.ui.in mor.ac. cap.27.

Panis purus dicitur autopyros:ut ſynconiſtos,miſcellaneus. Com.2. in lib.de Rat. uic.in mor.ac.cap.34.

Papaueris ſuccus ſtupefacit. Com.6.in lib.6.Epid.ca.5.

Paracynanchen per c, & per ſ, dici inflammationem muſculorum extrinſecus incumbentium faucibus.Com. in Aph.34.lib.4.

Paraplegia unius partis corporis talis affectio eſt,qualis apoplexia totius. Com.3. in Prorrh.cap.26.

Paraplegia priuat motu partes affectas ibidem.

Paraplegiæ affectio contraria eſt conuulſio ibidem.

Paraplegiam uidetur iuuare conuulſio (ob concuſſionem, quam facit)ſi obſtructio,aut humidorum,aut craſſorum, aut glutinoſorum humorum impactio in neruis per ipſam paraplegiam adfuerit. ibid.

Paraplegiæ quibuſdam corporis partibus accidunt tales, qualis eſt totius corporis affectus apoplexia. Com.3. in Prorr.cap.68.

Paraplegias dici ab Hippocrate

crate illas reſolutiones, quæ ab apoplexia, uel epilepſia, aliquam ex ignobilioribus partem inuadunt. Com.4. in lib. de Rat. uict. in mor. acu. cap.27.

Paraplegias dici ab Hippocrate reſolutiones ex apoplexia in partem aliquam decumbentes. Com.2. in lib.1. Epid. cap.59.

Παρασιώπησις eſt hallucinatio ueris proxima, ac propterea probabilis. Com.3. in li. de Arti. cap.71.

Παρασιώπησις eam inſcitiam ſignificat, quæ uicina proximaq; cognitionis exiſtit. Commen.1. in li. de Artic. c.37.

Παραφρονοῦντες dicuntur, qui grauiter læſa ratiōe deſipiunt, & perturbantur. Commen.1. in Prorrh. c.4.

Pariendi tēpore, fœtus manibus pedibusq; calcitrans, aliquam intimarum membranarum diſcerpit: qua rapta, reliquæ ſimiliter diuelluntur. Com.1. in li.6. Epid. c.1.

Parotides conuulſiuis & comatoſis ſuperueniunt affectibus, ubi diutius traxerint. Com.3. in Prorrh. c.69.

Parotides ſi non ſuppurentur, ſed refluant, morbi recidiua ſignificatur. Com.4. in lib.6. Epid. cap.1.

Parotidum generationem affectus comatoſus prænuntiat. Com.3. in Prorrh. c.71.

Parotidas antegreditur comatoſum ſymptoma, ſi quod aliud. Com.3. in Pror. c.73.

Parotidas mouent, quæ conuulſiuo modo cum catoche exacerbantur. Com.3. in Prorr. capit.69. Aduertat tamen candidus Lector, caput 69. cum capite 68. in Græco codice eſſe unum & idem caput: tametſi ab interprete ſeparentur.

Parotidas futuras ſignificat coma, unà cum dolore capitis. Com.3. in Prorr. c.77.

Parotidas ſuppurari interdū, cauſis febrem gignentibus etiamnum remanentibus crudis. Commen.2. in li.1. Epid. cap.84.

Parotidas fieri ex catoche. Com.3. in Prorrh. c.70.

Parſimonia cibi,inquire Cibi parſimonia.
Partes ſingulæ ad propriam reducunt naturam ſibi appropinquantem humorem. Com.1.in Prog.c.42.
Partes unà cũ toto mouentur. Cõ.5.in lib.de Arti.c.61.
Particulare nihil cognoſci poſſe, abſque exquiſita naturæ uniuerſi notitia.Com.1.in li. de Nat.hum.c.51.
Particularia complent uniuerſitatem,conducuntq́; ad confirmationem eorum quæ fuerunt generatim inuenta.Cõ. 3.in li.1.Epid.cap.17.
Particulas corporis, carere intellectu,potẽtijs tamen naturalibus regi,tum alijs,tum alteratiua,per quam alimentum ſibiipſis aſſimilant.Cõ. in Apho.30.lib.5.
Partus ut proſper fiat,duorũ corporum robur deſyderatur, grauidæ nempe,& infantis.Com.in Aph.55.lib.5.
Παρύγρον medicamentũ,mẽbrũ quidẽ affectũ ab inflãmatiõe tuetur:ſed ulcus ſordidũ reddit.Com.3.in li.de Fract. cap.43.
Paſſer autumno probatiſſimã habet carnẽ.Cõ.4.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.c.101.
Patellam latus quidam tendo extrinſecus arctat,ex anterioribus femoris ligamentis ortus.Cõ.3.ĩ li.de Frac.c.61.
Patellã,ſiue μύλλω, ſiue ἐπιγονατίδα, ſumi pro illo oſſe, quod in genu conſiſtit.Cõ.2. in lib.de Frac.c.66.
Pathemata uocant Græci omnes, quæcunque in corpore contingunt præter naturam. Com.1. in lib.1.Epid.c.22.
Pathognomonica ſyndrome, morbi ſpeciem demonſtrat. Com.4.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.c.62.
Pauores nocturni oriri interdum,quum multi & uitioſi humores grauãt mordicãtq́; orificium uentriculi.Com.in Aph.24.li.3.
Pectoris os ſibiipſi, & ſpinæ dorſi commiſſum eſt.Com.1. in li.de Art.c.68.
Pectoris dolor quidẽ fixus & obfirmatus,thoracis phlegmonen indicat:torpor autẽ,

cere

cerebri humiditatem,uel fri=gus,uel utrumq;. Com.2.in Prorrh.cap.35.
Pectus homo inter animantia omnia ſortitur latiſsimum. Com.3.in lib.de Art.c.38.
Pectus anguſtum habentes, magis in phthiſim incidunt, magisq;, ubi inciderunt,pe=riclitantur. Comm.in Apho. 34.lib.2.
Πεδίον *dicitur pars ea plan=tæ eminens, quæ ad radices digitorum conſiſtit.* Com.3. in lib.de Art.c.92.
Pemphingodes febres dicun=tur,quæ ſpiritibus ſunt re=fertæ. Com.1.in lib.6.Epid. cap.28.
Peplium eſt ſimile helleboro, poteſtq; ſimiliter nigrũ ſub=ducere humorem. Com.2.in lib.de Rat.uict.in morb.acu. cap.11.
Peracutus dicitur morbus,qui ſeptimum diem non tranſcẽ dit,ſed aut in eo,aut etiam maturius ſoluitur. Com.3.in Prognoſt.c.10.
Peracutus morbus ſtatim in primis diebus uiget,grauiſ=ſimaq; ſortitur ſymptomata. Com.in Aph.7.lib.1.
Peracuti morbi plurimi,qui cum ſudore iudicãtur,tertio & quinto die,magis quàm quarto,iudicium ſuſcipiunt. Com.in Aph.36.li.4.
Peracuti morbi ſunt,angina, paracynanche, cholera, & diſtentio neruorum. Com.in Aph.12.lib.1.
Peracutorum morborum iu=dicationis terminus eſt pri=ma ſeptimana. Com.in Aph. 10.lib.4.
Peracutorum morborum ter=minus eſt ſeptimus dies. Com. in Aph.59.lib.4.
Peregrina,inuſitataq;,et non=dum,an utilia ſint,explora=ta,laudari magis,quàm aſſue ta,& quæ iam utilia ſunt co gnita. Com.1.in li.de Rat.ui. in mor.ac.c.17.
Peregrina,quæ ignorant,ma=gis celebrant mortales,quàm id quod familiare eſt,quodq; eſſe præclarum norunt. Cõ. 1.in li.3.Epid.c.4.
Perfuſio calidæ,inquire Aquæ calidæ perfuſio.

Perfuſio calidæ euacuat humores albos atque ſeroſos, in loco perfracto contentos, egentesq; perſpiratione: ac præterea dolorem lenit, tollitq; pruriginem. Com.1.in li.de Fract.c.40.
Perfuſio calidæ lenit dolorem, corporumq; tenſionem relaxat. Cõ.2.in li.de Frac.c.15.
Perfuſionem aquæ calẽtis intercipiendã eſſe, antea quàm perfuſum membrum extenuari incipiat. Com.3.in lib. de Off.c.16.
Perfuſum membrum attollitur primùm, ac mox extenuatur. ibidem.
Pergamenſes Pontifices æſtate ſingulis annis proponere ſingularia gladiatorum certamina ſoliti erant. Cõ.3.in li.de Frac.cap.21.
Periclem Athenienſem fuiſſe prudentiſſimum uirum, habuiſſeq; caput admodum magnum. Commen.1.in libr.6. Epid.cap.2.
Periclitari minùs eos, quorum naturis conuenit morbus: ut magis, quibus non conuenit. Commen.2. in Prorrh. cap.17.
Periculum de illorum animis, qui quamuis artem ſunt percepturi, hac uia fieri, ſi magnam atque difficilem eſſe eius perceptionem oſtendamus. Commen.in Aphor.7. lib.1.
Pericranij finis ad coronam oculi permeat. Comm.1. in Progn.cap.10.
Pericranio annectunt craſſius cerebri inuolucrum quædam membranulæ, per caluariæ ſuturas prodeuntes, cum quibus etiam plura uaſa minutula emergunt. Com.1.in li. 6.Epid.cap.1.
Perinæon uocari partem illã, quæ inter ſedem, originemq; pudendi, eſt media. Com. 2. in lib.de Frac.c.43.
Perinæum eſſe regionem à radice pudendi, uſq; ad anum extenſam. Com.4.in lib.de Arti.cap.45.
Peripneumonia non repente, ſed paulatim ſtrangulat. Cõ. 4.in Aph.34.li.4.
Peripneumoniæ pleuritis non admo

admodum ſuperuenit. Com. in Aph. 11. lib. 7.
Peripneumoniam ſanat pleuritis. Commenta. 6. in libr. 6. Epid. cap. 8.
Peripneumonia forti affligente, ſi abſceſſus ad crura deſcendat, bonum ſignum cenſetur. Com. 2. in Prognoſtica, cap. 67.
Peripneumonia ad ſuppurationem perducta, in utraq; thoracis parte colligi pus. Com. 2. in Progno. c. 59.
Peripneumonias grauißimas eſſe, in quibus nihil expuitur. Com. 1. in li. 3. Epi. c. 4.
Peripneumonici quàm rarißimè ſpumoſum expuūt. Com. in Aph. 30. lib. 7.
Permanere in eodem ſtatu corpora in morbis accidit, ob cutis ſpißitudinem, & humorum craßitiem: id quod indicat longitudinem morbi. Commen. in Aphoriſm. 28. lib. 2.
Permūtationes contingentes in morbis quadrupliciter fieri: nempe ad ſalutem, aut mortem: aut ad melius, aut ad peius. Commen. in Apho. 23. lib. 2.
Pernicioſa ſymptomata, ſi abſque ſignis uel excretionis, uel concoctionis miteſcant, mortem indicant. Com. 2. in Prorrh. c. 16.
Perſpirari quibus contingat minus, inquire Difflari.
Perſpiratio corrigit lapſus in qualitate ſubſtantiæ noſtræ. Commen. 5. in li. 6. Epidem. cap. 1.
Perſpiratio dicitur duplex arteriarum motus per totum corpus editus. Com. 5. in lib. 6. Epid. cap. 5.
Perſpiratio inſenſilis in nobis uniuerſis per totum fit uitæ curriculum: uerùm ſecundum ætates, anni tempora, uitæ inſtituta, ac breuiter, omnem uictus rationem, plurimum differens eſt. Comm. 4. in lib. 6. Epid. cap. 21.
Perſpiratio eſt, quæ per totum corpus fit ſpiratio. Com. in lib. de Salub. diæ. c. 2.
Perturbatio inſignis, ſi in corpore accidat, nullo à natura ad inſtantium excretio-

nem facto apparatu, ſignum periculoſiſſimum eſt. Com. 2. in lib. de Rat. uict. in morb. acu. cap. 45.

Perturbatur uenter à cibis, uel mordentibus, uel inflantibus, uel ijs quæ pugnantibus facultate partibus conſtant. Com. 1. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. c. 18.

Peruerſio palpebræ, tenſionem conuulſificam, aut reſolutionem alterius muſculorum claudentium oculum, indicat. Com. 1. in Prognoſt. cap. 10.

Peruerſiones particularum fieri, extentis atq; contractis ijs, qui ad eas nerui pertingunt, ad propria principia. Com. in Aph. 49. lib. 4.

Peruerſiones fieri, interdum quidem corporis aliqua parte à ſua ſede in externam regionem dimota: nonnũquam uerò introrſum, in cauitatem aliquam prolabente. Commentario 2. in li. de Officin. cap. 31.

Peruertere non peruerſa mẽbra, quæcunq; poſſunt, poſſunt & illa dirigere, quæ ſunt in partem contrariam diſtorta. Comm. 2. in libr. de Off. cap. 32.

Peruigilantes abſque comate, ſi id per initia cum neruoſarum partium dolore perpeſſi fuerint, neceſſariò phrenitici exiſtunt. Comm. 1. in Prorrh. c. 1.

Pes ſi deligandus ſit, æquabili deligatione eſſe utendum. Commen. 2. in lib. de Fractu. cap. 14.

Pes extremæ manui proportione reſpondet. Comm. 2. in lib. de Frac. c. 18.

Pedis oſſa de ſuo dimouentur loco, dum ligamenta abrumpuntur, per quæ annectuntur uicinis oſſibus. Com. 2. in lib. de Frac. c. 10.

Pedis oſſa rarò in partem ſolent infernam prolabi. ibidem.

Pedis uniuerſa oſſa erunt 27. ſi inter illa aſtragalum numeres: ut 26. ſi illum excipias. Commenta. 2. in libr. de Frac. cap. 8.

Pedem malè affectum, ſublimio

miorem tenendum eſſe reliquo corpore. Com.2.*in li.de* Fract.*cap.*56.

Peſtilens febris,inquire Feb. *peſtilens.*

peſtilens febris putridum habet calorem. Com.1.*in li.*6. Epid.*c.*28.

peſtilentis febris calor, præ alijs habet,ut inſigniter putridus ſit.ibidem.

Peſtilentes morbi, omnium popularium pernicioſiſsimi ſunt, à cæliq́; ſtatu proficiſcuntur. Præfatio.*in libr.*1. Epidem.

Peſtilentes morbos,è uulgarium genere exiſtere. Præf. *in lib.*1.Epidem.

Peſtis eſt unus de uulgaribus morbis. Commen.3.*in lib.*3. Epid.*cap.*20.

Peſtis dicitur,quicunque morbus plures eodem in loco inuaſerit, peremeritq́; ibidem.

Peſtis eſt epidemia pernicioſa. Commentario primo *in lib.de* Rat.uic.*in mor.acut. cap.*9.

Peſtem uocari ab Hippocrate *morbos multos pernicioſos, uno eodemq́; graſſantes tempore.ibidem.*

Phagedænæ dicuntur ea ulcera,quæ ſubiectam cuti carnem depaſcunt. Commen.*in* Apho.45.*lib.*6.

Phagedænas uocari erodentia ulcera. Com.3.*in lib.*6.Epi. *cap.*37.

φαρμακεύειν ſignificat apud Hippocratem, *uti medicamento purgante.* Commentario *ſecundo in lib.de* Fractur.*cap.*29.

Pharmaceutice , medicinæ pars dicitur,quæ per medicamenta abſoluitur. Commenta.1.*in lib.de* Rat.uic.*in morb.ac.cap.*6.

Pherea uocari oblongas excreſcentias. Com.3.*in lib.*6. Epid.*cap.*14.

Philonium medicamen. ſtupefaciendo ſenſum,tollit dolorem. Commen.6. *in libr.*6. Epid.*cap.*5.

Philoſophus curat,ut apud uulgus fiat plurimi,idq́; meritò, quum ſi ipſum omnes ſuſpiciant & admirentur,futurũ

haud dubiè ſit,ut eius facta imutentur,ipſiusq́; inſtitutis, ueluti alicuius numinis iuſsis, pareant, & obſecundent. Commen.2.in lib.de Offic. cap.1.

Phlegmone, *inquire* Inflammatio.

Phlegmone,*eſt tumor præter naturam,durus,dolensq́;*.Cō men.1.in lib.6.Epid.c.1.

Phlegmone *tumorem minimè durum excitat,ſed renitentem,ac ſimilem utribus humore,aut aëre prægnātibus.* Com.1.in li.6.Epid.c.29.

Phlegmone *omnis deſiderat emollientia abſq; manifeſta caliditate.*Com.4.in libr.de Rat.uic.in mor.ac.c.49.

Phlegmone,*eſt affectus plethoricus,nō modò uaſa ipſa,ſed uacua etiam in muſculis ſpatia,appræhendens.*Gal.contra Iulianum.

Phlegmones *conſiſtentis in aliquo uiſcere calor,ſi ingēs fuerit, ad ſeſe trahit,inſtar cucurbitulæ,ex uniuerſo corpore ſanguinem,ita ut perurantur quidem uiſcera;extrema autem refrigerentur.* Commentario in Aphoriſ.1. lib.7.

Phlegmonen *dici tumorem durum, dolorificum, & cum multa caliditate: licet nomen illud extendatur ad alios flagrantes affectus.*Commen.4.in lib.de Rat.uict.in mor.acu.c.21.

Phlegmonen *gignētes humores,ex præcedente uictus ratione,anni tempore,ætate,et regione, deprehendi.* Com. 2.in lib.de Rat.uic.in mor. acu.cap.5.

Phlegmonen *gignens humor cognoſcitur, ex laborantis ætate, naturali temperie, anni tēpore, locis, anteacta uita,atque ipſius phlegmones tum colore,tum magnitudine,tum duritie,tum mollitudine.*Commenta.2.in lib. de Ratione uict.in mor.ac. cap.2.

Phlegmone *obſeſſæ partes acria medicamenta non perferunt.* Commentario ſecundo in li.de Rat.uict.in mor. acu.cap.5.

phlegmonæ proximæ ut in gangrænam trãſeant, quæq; iam inceperunt putreſcere, primò quidem haudquaquam egent coctione. Quare illas ſcarificationibus, inciſuris, pharmaciſq; ualidiſſimis curare ſolemus: has uerò, quæ iam putreſcunt, abſcindimus, urimuſq;. Cõ. 2.in lib.6.Epid.c.30.

Phlegmonas uocari ab Hippocrate quidem, inflammationes quaſcunq;, etiamſi abſq; tumore infeſtent præter naturam: à recẽtioribus uerò, eos tumores præter naturã, quibus tum inflammatio adeſt, tum renitentia, adeoq; dolor pulſatilis. Comm.4.in lib.6.Epid.cap.1.

Phrenitis à mania, ſola febre differt. Com.3.in lib.3. Epi. cap.45.

Phrenitis à bilioſo ſucco ducit originem. Cõ.1.in Prorr. cap.33.

Phrenitis non uocatur, niſi febriat æger, & cõtinuè deliret. Com.1.in Prorr.cap.1.

Phrenitis dicitur affectio, qua mens oblæditur. Comm.1.in Prorrh.cap.4.

Phrenitis eſt læſio mentis febri coniuncta. Com.3.in lib. 3.Epid.cap.45.

Phrenitis, calida & ſicca eſt affectio. Com.1.in Prorrhe. cap.19.

Phrenitis ſuperuenit peripneumoniæ ortæ à calido humore, dum multis uaporibus implet cerebrum. Comm.in Apho.12.lib.7.

Phrenitis, quòd perduret, obfirmatum eſſe in capite humorem, qui affectionem gignit, ſignificat. Commẽ.1.in Prorr.cap.27.

Phrenitis ſi in lethargũ uertatur, non bono eſt. Com.6. in lib.6.Epid.c.8.

Phrenitis exquiſita, nulliq; affectui permixta, fit, quum flaua bilis occupauerit principis animæ ſedem. Com.1. in Prorr.cap.1.

Phrenitidis acceſſiones exiſtunt magna ex parte tertianæ. Com.in Aph.12.lib.1.

Phrenitidis non eſt propria alienatio mentis, nec uox

clangoſa, nec rauca. Com.1. in Prorr.cap.19.
Phrenitidi eſſe obnoxios rubicundos, atque ad melancholiam aptos, necnon craſſo ſanguine & calido præditos. Com.3.in lib.3. Epid. cap.70.
Phrenitim fieri, excrementis bilioſis petentibus cerebrũ. Com.3.in lib.3. Epi.cap.11.
Phrenitim eſſe febris ſpeciem uoluit Hippocrates, quòd cõtinua ſit, deliriumq́; perpetuum habeat. Comm.3. in lib.3.Epid.cap.46.
Phrenitim eſſe morbum acutum, atque periculoſum.Cõ. 3.in lib.1.Epid.cap.1.
Phrenitim uocat Hippocrates, cõtinuam eam, quæ cum acuta febre eſt, dementiam. Com.1.in Prorr.cap.1.
Phrenitim oriri, ſpiritus magnus & rarus indicat.Com. 5.in lib.3.Epid.cap.34.
Phrenitim ex perpetuo delirio cognoſci.Com.3.in lib.3. Epid.cap.34.
Phrenitim futuram licet ex inſomnijs prænoſcere. Com. 1.in Prorr.cap.5.
Phrenitim excitari ab humoribus ſiccis, mordacibusq́;, ſi efferantur ad cerebrum. Com.1.in lib.3.Epid. cap.5.
Phrenitim neque ab Hippocrate, neque ab alio ullo, dici febris ſpeciem. Com.1.in lib.6.Epid.cap.28.
Phrenitide acuta ſtatim à principio correptos, quarto die & quinto Galenus uidit exanimatos: tertio unquam non uidit: ſicuti nec uigeſimum diem attigiſſe. Com.3. in lib.3.Epid.cap.75.
Phrenitidas eſſe è numero cõtinuarum febrium, ſecundũ Hippocratem.Com.3.in lib. 3.Epid.cap.65.
Phrenitidas excitari, ubi multa bilis in cerebri regiones influxerit. Com.2. in lib.1. Epid.cap.74.
Phrenitidas fieri calfactis regionibus cerebri. Com.2.in lib.1.Epid.cap.19.
Phrenitidas inducit flaua bilis impacta in cerebro, eiúſque inuolucris.Com.2.in lib. 1.Epid.cap.73.

Phre

Phrenitidas uehementes conſequitur tremor. Comm. 1. in Pror. cap. 9.
Phrenitica affectio eſt ſicca. Com. 2. in Prorr. cap. 3.
Phrenitica affectio, quam flaua bilis parit, & calida, & ſicca eſt. Com. 1. in Pror. c. 3.
Phrenitica ſigna affectionem cerebri oſtendunt. Com. 1. in Prorrh. cap. 4.
Phrenitica ſigna non reperiri in urinis, neque in deiectionibus, neq; in ſudoribus, neque in ſputis, neque in uomitibus. ibidem.
Phrenitici non omnes tremorem incurrunt, ſed qui deterrimè habent. Comm. 1. in Pror. cap. 16.
Phrenitici ſunt βραχυπόται, hoc eſt, paucæ potionis, & ſi calido & ſicco affectu laborent, linguamq; præ ariditate aſperam habeant. ibi.
Phrenitici oculum habent puluiſculoſum, aſpectuq; ferocem. Com. 1. in Pror. ca. 17.
Phrenitici ob ſtrepitus tumultuantur, non ſecus, quàm timidi. Com. 1. in Pror. ca. 16.
Phreniticorum ſignorum ea ſunt certiſſima, quæ perpetuò, & ſolis inſunt phreniticis. Com. 1. in Pror. c. 4.
Phreniticorum febris mordacem habet calorem, & perpetuò ſimilem. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 28.
Phreniticorum eſt multum loqui. Cõ. 3. in li. 3. Epi. c. 86.
Phreniticis commune ſymptoma eſt, cũ malignis quibuſdam febribus uomitus faſtidioſus, ueluti & uox clangoſa. Com. 1. in Pror. ca. 17.
Phreniticis diutiſſimè inſunt infirmitates neruorũ, propter affectionis ſiccitatem. Com. 1. in Pror. ca. 9.
Phreniticis ſolent alba deijci, confluente tota bile ſurſum ad caput. Cõ. 1. in Pror. c. 13.
Phreniticis caput eſt affectũ per ſe. Com. 3. in lib. 3. Epid. cap. 62.
Phreniticos non ſitire interdum, quòd ſiticuloſam affectionem non ſentiant, facultatemq; ſtomachi appetitricem habeant extinctam. Cõ. 3. in lib. 3. Epid. cap. 44.

Phthiſis & Phthoe, idem. Cõ. in Apho. 16. lib. 7.
Phthiſis eſt pulmonis ulcus immedicabile, quod conſequitur totius corporis extenuatio cum febre exigua. ibidem.
Phthiſis, inquire Tabes.
Phthiſis, cùm alias cauſas, corporisq; ſtatus, tum præcipuè deſtillationem à capite ortam conſequitur. Com. 3. in lib. 3. Epid. cap. 32.
Phthiſim oriri à deſtillatione à capite deſcendente in pulmonem. Com. 3. in lib. 3. Epi. cap. 66.
Phthiſi exitiali ſuperuenit capillorum defluuium, atq; deiectio humida: illud quidẽ ob ſiccitatem, hæc uerò ob imbecillitatem potentiæ. Cõ. in Apho. 16. lib. 7.
Phthiſi præhenduntur magis qui anguſtum pectus ſortiuntur, arreptiq; magis periclitantur. Cõ. in Aph. 34. li. 2.
Phthiſi opportuni ſunt alati homines. Comm. 3. in lib. 6. Epid. ca. 18.
Phthiſici moriuntur ſtrangulati. Cõ. in Apho. 16. lib. 7.
Phthoe, & Phthiſis, idem. Com. in Apho. 16. lib. 7.
Phymata uocantur ij tumores præter naturam, qui abſq; ulla externa cauſa ortũ habent: ac præcipuè illi, qui ad exteriora procumbunt. Cõ. 1. in lib. 6. Epid. c. 12.
Phymata ex ſuccis craſſis & lentis orta, lata ſunt, nec longo tempore concoctionẽ recipiunt, ſed putrefiunt. ibid.
Phymata, quæ deorſum tendunt, meliora ſunt, quòd ibi nimirum aperta, puris effluxui facilem exitum præbeant. ibidem.
Phymata ſpecie plurimùm inter ſe diſtantia, uiribus quoque plurimùm, & moribus etiam diſſident. ibid.
Phymata, inquire Tubercula.
Phymatum, quæ exterius exuberant, acuta & turbinata, meliora ſunt latis, utpote quæ à calidioribus & tenuioribus ſuccis gignantur, ac proinde citò ſuppurentur. ibidem.
Pica fit læſo ore uentriculi.

Com.in Apho.61.lib.5.
Picatio calfacit, reficitq́; extenuata.Cõ.3.in lib.de Off. cap.35.
Picrocholi dicuntur, qui amara bile redundant. Com.3.in lib.de Rat.uic.in morb.acu. cap.2.
Picrocholi ſubitariam eam, quæ à uictu ad abſtinentiam fit, digreßionem, pituitoſis multò ægriùs perferunt.Cõ. 2.in lib.de Rat.uict.in mor. acu.cap.29.
Picrocholi, præter conſuetudinem permanẽtes impranſi, cibos auerſantur, faſtidiuntq́;. Comm. 2.in lib.de Rat.uict.in mor.acu. ca.25.
Picrocholi uincunt cæteros caliditate tẽperamenti. Cõ. 3.in lib.de Rat.uict.in mor. acu.ca.38.
Picrocholos dici ab Hippocrate illos, qui amara bile redundant.Comm.3. in lib. de Fract.c.49.
Pictoriæ artis ſubiectum, eſt color. Gale. contra Lycum.
Pili exoriuntur ex cute nec præhumida, nec plurimùm areſcente. Com.3. in lib. 6. Epid.cap.1.
Pilorum caſui conferre exaſperantia medicamẽta, qualia in arcis adminiſtrantur. Com.2.in lib.6. Epid.ca.4.
Πηλοπάτιδες ab Hippocrate uocantur ſocci, quibus in locis lutoſis utimur. Cõ.4. in lib.de Arti.ca.13.
Pinguis ſiue urina, ſiue alui deiectio, ex colliquatione adipis fit, non magis in renibus, quàm in toto exiſtentis corpore. Comm. in Aph.35. lib.7.
Pingue ſumi non modò pro oleaginoſo, ſed pro dulci etiam, adeoq́; pro illo omni, quod naturaliter affectis apparet ſuaue.Com.5.in lib.6. Epid.cap.14.
Pingue omne reliquis inuehitur humoribus.Com.3.in li. 3.Epid.cap.72.
Pingue non modò pro oleaginoſo adipoſoq́;, accipitur, ſed etiam pro dulci omni. Com.6.in lib.6.Epid.ca.3.
Pingues cibi fauces exaſperant, mouentq́; tußiculam.

Com.3.in lib.de Art.ca.61.
Pinguia omnia inſident ſemper urinæ,& non ſubſident. Com.in Apho.35.lib.7.
Pinguia & bilioſa excremẽta, febris fundentis pinguitudinem ſunt conſequentia. Com.3.in lib.3.Epid.c.72.
Pinguia excrementa, eſſe colliquationis ſigna. Com.3. in lib.3.Epid.cap.55.
Pinguitudo innatans urinæ, colliquationẽ ſignificat. Cõ. 2.in Progn.cap.35.
Pinguitudo extra corpus,pro ceſſu temporis priorem colorem mutat, ſubcroceáque redditur.Com.2. in Progn. cap.21.
Pinguitudo omnis, carne ſui generis deterior tum ad con coctionem, tum ad nutritionem,exiſtit.Com.4. in lib. de Ratio.uict.in morb.acut. cap.102.
Piper ſi ſolum per ſe,uel ex melle deglutiatur, ac poſt id uinum ſuperbibatur aqua calida temperatum, ſingultum excitat. Cõ.in Aph. 39.lib.6.
Pituita,quæ à uehemẽte quidem fit frigore,euadit acida:quæ uerò à calore replente caput,ſalſa:ſicuti & quæ à modica oritur frigiditate, uel paucam ſortitur dulcedinem,uel nullam manifeſtã qualitatem. Com. in Apho. 12.lib.3.
Pituita præ craßitie & lentore inhæreſcit corporibus: non,ut flaua bilis, ſtatim per meat.Com.3.in lib.3. Epid. cap.70.
Pituita eſt excrementum ſemicocti alimenti. Com.1. in Progn.cap.10.
Pituita progreſſu temporis coquitur, bilisq́; efficitur. Com.2.in lib.de Ra.uict.in mor.acu.cap.30.
Pituita reliquum coctionis aſſecuta, corpus alere poteſt. Com.2.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.44.
Pituita eſt frigida & humida. Com.1.in lib.de Nat.huma. cap.44.
Pituita frigida & humida exiſtens, cur gignatur hyeme,quo præcipuè tempore uentres natura calidißimi ſunt, Galen. explicat.Cõ.1.

in lib. de Nat. hum.ca.44.
Pituita eſt ad formandum mores inutilis. Com.1.in lib.de Nat.hum.cap.47.
Pituita eſt ſuccus humidus, frigidúſque. Com. 1. in lib. 3. Epid.cap.5.
Pituitæ ſunt genera tria, acidum nempe, dulce, & ſalſum. Com.4. in lib. de Rat. uict.in morb.ac.ca. 13.
Pituitæ generatio in pituitoſis edulijs ſanguinē perpetuò antecedit. Cō.2.in li.de Rat.uict.in mor. ac. ca.39.
Pituitam abundare arguunt œdemata, albentes puſtulæ, febres quotidianæ, mentis ignauia, & torpor, ſomnus profundus, capitis grauitas, & quidam acidi ructus. Cō. in Aph.2.lib.4.
Pituitam eſſe triplicem, acidam, ſalſam, & dulcē. Gal. contra Iulianum.
Pituitam albam uocari à Medicis quandam ſpeciem hydropis. Cō.in Aph.29.li.7.
Pituitam in ſpatio infra ſeptum tranſuerſum, & ſub peritonæo, deliteſcentem, poſſe ad ueſicam tranſſumi. Com.in Apho.54.lib.7.
Pituitoſus humor ſyncerus per uomitum redditus, indicat frigiditatem. Com. 3. in Progn.cap.88.
Pituitoſus humor nō uacuatur per cutē, ut bilioſus. Cō.3.in li.de Ra.ui.in mor.ac.c.62.
Pituitoſus humor inteſtinis adhærens, nunquam eſt per ſuperna purgandus. Com.in Apho.12.lib. 4.
Pituitoſus humor plerunque in uentriculo ex plenitudine gignitur. Com.1.in lib.6. Epid.cap.5.
Pituitoſum humorem uacuandum eſſe in epilepſia, apoplexia, & aſthmate. Comm. in Aph.47.lib.6.
Pituitoſum humorem gigni ab humida & frigida conſtitutione temporis. Com.2. in lib.1.Epid.cap.22.
Pituitoſi picrocholis facilius inediam perferunt. Com. 2. in lib.de Rat.uict.in morb. ac.cap.30.
Pituitoſiores optimè degunt æſtate. Cō.in Aph.18.lib.3.
Pix eſt cera calidior, et acrior. Cō.3.in li.de Frac.ca.16.

Plagulæ, inquire Splenia.

Πλάδον uocat Hippocrates humiditatē ſuperfluam. Cō. 2.in lib.1.Epid.cap.10.

Planci, ſiue planipedes nominantur, qui mediam pedis regionem, ab interiori parte non cauam, ſed elatam, habent. Com.3.in lib.de Arti. cap.92.

Planipedes, inquire Planci.

Plantapedis ſuperat metacarpium oſſe uno. Com.2.in lib. de Fract.cap.8.

Plantæ omnes à natura regūtur. Gal.contra Iulianum.

Plebeij admirantur, quæ non intelligunt. Com.4.in lib.de Rat.uict.in morb.ac.ca.62.

Pleiadis ortus, principium eſt æſtatis. Com.in Aphor.14. lib.3.

Pleiadū occaſus, hyemis principium facit. ibidem.

Plenitudo eſt duplex: altera ad uires, altera ad uaſa: quarum illa quidem, humores ad corruptionem producit: hæc uerò, ora uaſorum aperit, eaq́; ſæpe diſrumpit, mortēq́; repentinā inducit. Com.in lib.de Nat.hum.c.1.

Plenitudo conciliat dolorem imbecillioribus partibus. Com.6.in lib.6.Epid.ca.5.

Plenitudo curatur euacuatione. Com. in Aph.22.libr.2.

Plenitudo non modò reddit artus, carnéſque difficiles ad motiones, uerùm & fluxiones commouet, unde dolor ſuboritur. Com.5.in lib. 6.Epid.cap.10.

Plenitudo iuxta uires poteſt abſque corruptione incipere: uerùm non poteſt optima permanere: nam proceſſu temporis corrumpetur. Cō. in Aph.17.lib.2.

Plenitudinem eſſe duplicem, nempe ſecundum uires, & ſecundum uaſa, Gal.contra Iulianum.

Plenitudinem ſecundum uaſa, dici dupliciter, quia aut ea menſura æſtimatur, quæ naturæ debetur: aut hoc nudo ſolóque, quòd uidelicet contineri iam nequeat, ibidem.

Plenitudinem iuxta uires, curari quàm primū per euacuationem non poſſe. ibid.

Pleni

Plenitudinem indicant rubor perpetuus in facie, oculorum dolor, & capitis grauitas. Cō.3.in lib.3.Epid.c.83.

Plenitudinem eſſe cauſam antecedentē. Gal.contra Iulia.

Plenitudine uera, comprehenſaq; uaſis per uniuerſum corpus, ſi quis laboret, ſubitò liberatur, facta eius euacuatione. ibidem.

Plethoram uacuari per uenæ ſectionem. Com. in Aph.31. lib.6.

Plethoram uacuandam eſſe per uenæ ſectionem. Com.in Aph.47.lib.6.

Plethorica diſpoſitio, nec uinum, nec balneum, tolerat, abſq; maximo detrimento. Com.in Aph.46.lib.7.

Pleuritici doloris eſſe remedia tria: nempe fomenta calida, ſanguinis detractionem, & purgationē. Com.1.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.c.33.

Pleuriticum quendam fuiſſe à Galeno curatum abſq; ſanguinis detractione. Com.3.in lib.6.Epid.cap.44.

Pleuritici facilius decumbunt in latus affectum, quàm in alterum. Commen.in Aph.12. lib.1.

Pleuritici aliquando, ſed rarò, ſpumoſum expuunt. Com. in Aph.30.lib.7.

Pleuritici, ſi prius quàm uacuati ſint, uinum ſumpſerint, aut mulſam, aut oxymeli, oblæduntur. Com.1.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.c.34.

Pleuriticis conferre confectionem ex marrubio, & iride, cum hydromelite propinatam. Com.1.in lib.de Rat.ui. in mor.ac.cap.27.

Pleuriticis in declinatione piſces ſaxatiles eſſe maximè idoneos, ex aqua, marrubio, anetho, & ſale, paratos. ibi.

Pleuritis crudiſſima eſt, in qua nihil omnino expuitur. Com. in Aph.12.lib.1.

Pleuritis ſi in peripneumoniā uertatur, non bono eſt. Com. 6.li.6.Epid.c.8.

Pleuritis fit, ob inflāmationem eius, quæ coſtas ſuccingit, membranæ. Com.1.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.c.33.

Pleuritis cui nigra ſputa acci-

dunt, ex melãcholico oritur humore: cui uerò rubea, ex ſanguine. Commen. in aphoriſmum. 33. lib. 6.

Pleuritis eſt inflammatio coſtas ſuccingentis membranæ. Cõmenta. in aphoriſ. 33. lib. 6.

Pleuritis cum ſputis flauis aut rufis accidens, ex bilioſis oritur humoribus. ibidem.

Pleuritis, cui ſputa ſpumoſa accidunt, ex pituitoſis oritur humoribus. ibidem.

Pleuritidis purgationi terminum ab Hippocrate conſtitui diem quartumdecimum. Commenta. in aphoriſmũ. 15. lib. 4.

Pleuritidis terminum indicatorium magna ex parte eſſe diem ſeptimum, uel uigeſimum. Commen. in apho. 12. lib. 1.

Pleuritidis acceßiones magna ex parte exiſtunt tertianæ. ibidem.

Pleuritidis malignantis naturæ eſt nota, ſi ſputum admodum glutinoſum exiſtẽs, infarctumq; affectis partibus, euacuari non poßit. Com. in li. de Rat. uic. in mor. ac. c. 33.

Pleuritidi ſuperuenit peripneumonia, dum noxij humores, qui contineri à membranis ſuccingentibus coſtas nequit, pars aliqua ad pulmonẽ fertur. Cõ. in Aph. 11. li. 7.

Pleuritidi confert ſanguinis mißio, ſi uires, aut ætas, aut anni tẽpus, non reluctentur. Com. 3. in lib. 6. Epid. c. 44.

Pleuritidem Anaxionis productam fuiſſe uſq; ad trigeſimumquartum diẽ. Commẽ. in Aphoriſ. 12. lib. 1.

Pleuritidem fieri hyeme, ob refrigerationem partium ſpiritualium. Com. in Aphoriſ. 25. lib. 3.

Pleuritide ad ſuppurationem producta, in altera potius quàm in utraq; thoracis parte, pus colligi. Commen. 2. in prognoſtica, c. 59.

Pleuritide affecta pars cognoſcitur ex differentia caloris: & quia cubans æger in latus oppoſitũ, onus ſublimiori parti inſidẽs perſentiſcit. ibi.

Pleuritide laborantes, ſi per ſputa

ſputa non repurgentur, fiunt purulenti. Com. in Apho. 8. lib. 5.

Pleuritide corripi rarò, quibus naturaliter pituita ſuperabundat, præſertim ſi acrimoniam, aut ſalſedinem, ſibi aliquam acquiſierit. Com. in Apho. 33. lib. 6.

Pleuritide infeſtante infernas uerſus diaphragma partes, purgatione uacuare expedit. Com. 2. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. c. 10.

Pleuritide infeſtante ſupernas thoracis partes, uenã in cubito eam ſecare oportet, quæ ſanguinem ab affecta parte & magis, & uelocius, tum reuellere, tum euacuare, poßit. ibidem.

Pleuritide urgente, uenam ſecandam eſſe in cubito affecti lateris. Com. 4. in li. de Rat. uic. in mor. ac. c. 78.

Pleuritides mitißimas eſſe, quum cruenta expuuntur. Com. 3. in lib. 6. Epi. c. 44.

Pleuritidas grauißimas eſſe, in quibus nihil expuitur. Cõmen. 1. in lib. 3. Epid. c. 4.

πληχάδες ſignificant eam regionem, quæ inter utrumq; crus compræhenditur. Com. 2. in lib. de Fract. c. 70.

Plus omne, ſemper ad aliquid dicitur. Commenta. in Apho. 17. lib. 2.

Pluuiæ multæ fiunt tripliciter, interim imbre ipſo decidente cõfertim: interim diuturnitate temporis, licet guttatim tantùm ſingulis diebus decidat: interdum ambobus coniunctis. Commẽ. 1. in li. 1. Epid. c. 1. & Commenta. 2. in lib. 1. Epid. c. 4.

Pocula multa neruis nocent, & origini eorum cerebro. Com. 3. in lib. 3. Epid. c. 87.

Podagra fit, influente ſuperfluo aliquo humore ad pedes. Commenta. in Apho. 28. lib. 6.

Podagræ gignendæ confert plurimum uenereorum uſus. Commenta. in Aphoriſ. 30. lib. 6.

Podagræ à biliosa fluxione ortæ, medetur affuſio roſacei. Commenta. 6. in lib. 6. Epid. c. 5.

Podagram manare à parentibus ſemper in liberos, ob uitiatum ſemen. Com. in Aph. 28. lib. 6.

Podagra laborabant pauci Hippocratis tempeſtate, ob temperantiam uitæ: Galeni uerò tempore, ob cõtrariam uictus ratione͂, infinita erat multitudo podagricorum. Ibidem.

Podagra ſi quis ſit laboraturus, neceſſum eſt, illi ſint imbecilliores pedes. ibidem.

Podagrica inflammatio ultra quadrageſimum diem non prorogabitur, niſi quippiam delictum ſit. Com. in Aphor. 49. lib. 6.

Podagricus pati cõuulſionem uiſus eſt nunquam. Comm. in Aph. 49. lib. 6.

Podagricorum inflammatio, fluxione fit ad pedum articulos decumbente. ibidem.

Podagricis nocent potus multorum & fortium uinorum, quum præcipuè aliquis ea ieiunus potarit. Com. in Apho. 28. lib. 6.

Podagricis nec inflãmari neruos, nec tendines. Comm. in Aph. 49. lib. 6.

Podagricis nocent deſidiæ, & crapulæ. Com. in Apho. 28. lib. 6.

Polemo orator, inquire Romam.

Poples eſt locus uacuus, oppoſitus genu. Comm. 2. in lib. de Frac. cap. 66.

Poplitem inflectit muſculus intra articulatione͂ abditus. Com. 5. in lib. 6. Epid. c. 2.

Poplitũ uenas, aut prope malleolos ſitas, ſecabat Galenus, partibus infra hepar poſitis requirentibus ſanguinis detractionem. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 5.

Popularis morbus, inquire Vulgaris morbus.

Popularis morbi cauſam poſſe eſſe hauſtum aquæ infectæ, atque etiam loci naturam. Præf. in lib. 1. Epid.

Populares morbi, lege Epidemij. nam ſunt ijdem.

Popularium morborũ genera coniungi ab Hippocrate cũ intemperie ambientis nos aëris. Com. 2. in lib. 1. Epid. c. 5.

Popularium morborum cauſam eſſe aërem. Præf.in li. 1. Epid.

porcellorum nuper natorum caro longè humidiſſima eſt: plurimumq́; ob id gignit pituitæ. Comm.4.in li.de Rat. uic.in mor.ac.c.102.

porcellos abſq; pelle eſſe edendos. ibidem.

porcorum,qui mediam ætatē ſunt aſſecuti, caro, tum ad ſuauitatem,tum ad concoctionem,eſt optima: ut deterrima uetuſtiſſimorum,& eorum qui confeſtim à partu uorantur. ibidem.

Porus affluentiæ Deus apud Platonem. Cō.2.in Prorrhe. cap.28.

Poſteriora corporis ſunt neruoſa. Com.in Aph.65.lib.5.

Poſteriores partes, neruoſæ cùm ſint,ſi refrigerētur,ſunt conuulſioni obnoxiæ. Com. 2.in Prorrhe.cap.32.

Potentiam eſſe unam genere: eius autem ſpecies plures. Com.in Aph.16.lib.2.

Potus,dum corpus ſecundum naturā ſe habet,ſimul tranſmutatur & ipſe,quum humores gignuntur: coloratusq́;, eas lotij differentias efficit,quæ neq; in rerū hauſtarum,neq; in liquefactimēbri qualitates,ſed in procreatorū humorum formas, referri poſſunt. Com.5.in li.6. Epide.cap.15.

Potum reſilire in nares ijs,qui deglutire ipſum non poſſunt, uel quòd gulæ tranſitus ſit reſtrictior, uel quòd emortua ipſa,reſolutaq́; ſit: quorum eſt utrunq; exitioſum. Com.2.in lib.3.Epid.c.4.

Potu ſolo eſſe fouēdum ægrū, ſi ad morbi uſq; uigorē abſq; cibo poßit durare. Commen. 2.in lib.de Rat.uict.in mor. acu.cap.37.

Præcognitio non ex ijs quæ rarenter contingunt,ſignis fit, ſed ex ijs quæ continua ſunt, uel magna ex parte,ueritatem exprimunt. Comm.2.in Prorrh.cap.3.

Præcognitio in anima noſtra eſt. Gal.in Procemio primi Commentarij in Prorrhetica.

Præcognitionis uſus eſt, noſſe diem, quo iudicandus eſt morbus. Commen.3.in Prognoſti.c.10.

Præcognitionem uerſari circa tria tẽpora. Commẽ.2.in lib.1.Epid.c.48.

Præcordia apparent contenta molliter, ubi nullo muſculi in uitio ſunt, ſed partes ſubiectæ abdomini exiſtunt læſæ. Commenta.3.in lib.3. Epid. c.87.

Præcordiorum palpitationẽ, ſignum turbationis eſſe, aut delirij. Commen.3. in lib.1. Epid.cap.19.

Præcordiorum ſine dolore cõtentio, ſignum eſt, quòd humores irruant in caput. Cõmenta.2.in lib.1.Epid.c.55.

Præcordiorum palpitatio fit, ob ſpiritum flatulẽtum. Cõmen.1.in Prognoſti.c.28.

Prædicere nemo ualebit futura, niſi ea præcognouerit. Commen.1. in Prorrh.circa principiũ Proœmij.

Prædictio eorum quæ multis ſunt præcogniti, per uocem efficitur. in proœmio Cõmentarij primi in Prorrh.

Prædictionem extendi ad præterita, præſentia, & futura. Commentario primo in Prognoſti.c.4.

Prædictiones ſemper debent eſſe ueridicæ, aut rarò fallere. Commen.1.in lib.6.Epi. c.15.

Prædictionibus adhibuiſſe fidem Hippocratem in omnibus morbis chronicis: in acutis uerò, non omnibus. Commenta.in Aphoriſmum 19. lib.2.

Prædictiones in morbis acutis eſſe interdum fallaces, propter ſubitam in iudicatione permutationem: & quia non nunquàm noxius humor ex uno loco tranſfertur in alterum. ibidem.

Prægnantes, quòd meliorem ſanguinem ad ſeſe fœtus, ut nutriatur, alliciat, ac deteriorem relinquat, prauis implentur humoribus, quos à partu euacuat natura. Commen.3.in lib.3.Epid.c.73.

Prægnantibus, dum acuto morbo laborant, inſtituere probam

bam uictus rationem,nõ par ui negotij eſt.Commen.3.in lib.1.Epid.cap.39.

Prænotio ad curationem eſt commoda. Cõmẽ.1.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.c.3.

Prænotiones non eorum ſunt quæ rarò accidũt,ſed eorum quæ ſemper, uel magna ex parte. Commen.4.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.c.58.

Præſagationes in ijs morbis eſſe difficiles, qui paulatim & longo tempore fiunt,nec ſui ortus apertam aliquam cauſam habent.Commẽ.2.in lib.de Nat.hum.cap.17.

Præſeruatricis medicinæ partis eſt tollere cauſas,quæ nõdum producunt morbũ,poſſunt tamen illum producere. Commen.in Apho.22.lib.2.

Præſumenda perpetuò eſſe, quæ corrumpuntur facilius, & quæ ſubducuntur magis. Commenta.3. in lib.de Rat. uic.in mor.ac. c.22.

Præter naturã quod eſt,quãtũ receßit ab eo,quod ſecundum naturam, tantùm prauitatis ſortitur. Commen.in Aphoriſ.63.lib.7.

Præter naturam propriam omne eſt malum.Commen.2. in Prorrh.c.9.

Præteritorum prædictio, ſoli medico eſt utilis,artem oſtentaturo.Commenta.1.in Prognoſti.c.4.

Prandere ob negotium aliquod prohibiti, egent quidem alimonia omiſſa, dum cœnant:ſed uẽtriculus ipſam nequit conficere, ob longiorem abſtinentiam læſus,afflictuſq;.Commenta.2.in lib. de Rat. uic. in morb.acutis, c.28.

Prandium relinquentibus iam conſuetum , corpus magis ſicceſcit , igneſcitq;. Commentario 2.in lib.de Ratione uictus in morbis acutis, c.24.

Primaria ratione medentur morbo,quæ id citra medium agunt.Commen.3.in lib. de Offic.c.32.

Primogenia naturæ noſtræ, eſſe ſanguinem menſtruum, & ſemen.Galc. contra Lycum.

Principium morbi accipitur pro primo ipſius morbi inſultu, qui latitudine careat, & pro primo quidem, ſed qui ad tempus aliquantulum extendatur: necnon pro primo ipſius morbi tempore. Commen.1.in Prognoſtica, cap.9.

Principium morbi dicitur totum illud tempus, in quo nõdum apparent coctionis notæ. Commenta.2. in libr.de Rat.uict.in morb.acut.cap. 45.

Principium dicendorum optimum eſt, notitia rei quæ inquiritur. Com.1.in Prorrhe. cap.4.

Principium morbi dicitur eius primus inſultus, qui nullam latitudinem habet: & id quod eſt ſicuti pars totius morbi, quando in quatuor diuiditur tempora: & quod uſque ad tertium extenditur diem. Com.in Apho.12. lib.1.

Principio morbi ſemper cruditatis ſigna adſunt. Commenta.in Aphor.22.lib.4.

Principia diſpenſantia animal, eſſe tria. Com.3.in lib. 6.Epid.cap.18.

Principia diſpenſantia animal, eſſe tria, cerebrum quidem functionum uoluntariarum: cor uitalium: hepar naturalium. Com.2.in Prorrh. cap.5.

Principia facultatum ſunt tria, cerebrum, cor, & hepar: ex quorum functionibus, ipſarum facultatum robur & infirmitas cognoſcetur. Commentario 2.in Prognoſtica, cap.6.

Principia rerum poſſe etiam dici elementa. Commentario 1.in lib.Hip.de Nat.huma. cap.1.

Procatarcticæ cauſæ ſuapte natura excitare uehementem languorem non poſſunt. Commentario quarto in lib. de Rat.uict.in morb.acut. cap.115.

Procellas dici uentos repentinos, uehementesq́; , præſertim quum ſunt imbri largo coniuncti. Commen.2.in lib. 1.Epid.cap.4.

Proœmium oportet ijs quæ ſunt in libro conſcribenda, cohærere. Com. in Apho.1. lib.1.
Profluuia uentris accidũt uel coctione, uel alimenti diſtributione, fruſtratis: uel propter bilis acritudinem. Com.in Apho.30.lib.3.
Prognoſtica in morituris nos reddunt à culpa immunes. Com.in Apho.8.lib.1.
Prognoſticis ſuis Hippocratem egiſſe de acutis morbis. Com.1.in Progno.cap.5.
Promptitudo ad cibos oblatos, quæ ad uentrem attinẽt, & hepar, & cor, ſana eſſe ſignificat. Com.in Apho.33. lib.2.
Pronubarum maximum opus eſſe, ſcire copulare inuicem corpora ad conceptionem aptiſsima: ſimulq́; poſſe diſcernere, qui uiri ſint infœcundi, & quæ mulieres ſteriles. Com.in Apho.62.li.5.
Pronubarum optimarum eſſe ar tem, noſſe, uter ex coniugatis in cauſa ſit, ut conceptio non fiat. ibidem.
Pronum decũbit corpus, quum uenter quidem, inferiùs, dorſum uerò, ſuperiùs eſt ſitũ. Com.1.in lib.de Frac. ca. 3.
Prophetas eſſe inter ſe diſcordes. Com.3. in Prorr.c.24.
Proportionẽ in mĩſtione exactè ſeruari, eſſe difficile. Cõ. 5. in lib.de Rat.ui.in morb. acu.cap.21.
Proprietates quæ ex tota rei ſubſtantia prodeuntes, noſtris corporibus aut familiares ſunt, aut alienæ, quatuor compræhenduntur materijs. Nam aut ſunt purgatoria medicamenta, aut cibi, aut malefica, aut maleficorum remedia. Com. 6. in lib. 6. Epid.cap.5.
Prorrheticorum librum ſecundum non eſſe Hippocratis. Com.2.in Prorr.ca.53.
Prorrheticorum librum tertium, non eſſe Hippocratis. Com.3. in Prorr.cap.12.
Prouidentiam eſſe curam & diligentiam. Com.1.in Prognoſt.cap.4.
Prouidentiam pro præcognitione uſurpauit Hippocra.

Com.1.in Progn.cap.4.

Prurigo eſt pruritus quidam cum pauco dolore.Comm.in Apho.25.lib.3.

Pruriginem tollit perfuſio calidæ.Com.1.in lib. de Fract. cap.40.

Pruritus excitatur à uapidis excrementis, quæ mediocriter inter expirandum mordicant. Commen.1.in lib.de Fract.cap.41.

Πτερυγώδεες, hoc eſt, quibus ſcapulæ in modum alarum prominent, obnoxij ſunt tabi, idq; non propter temperamentum, ſed propter uitioſam thoracis figuram. Com.3.in lib.3.Epi.ca.70.

Ptiſana, quàm mulſa, difficiliùs corrumpitur, & deſcendit tardiùs. Com.3.in lib.de Rat.uict.in morb.ac.ca. 22.

Ptiſana effugit exaſperantiũ malitiam, eſtq; uiſcoſitas eius continua. Com.1. in lib. de Rat.ui.in morb.ac.c. 18.

Ptiſana panem ſuperat ſuauitate.ibidem.

Ptiſana probè cocta, lubriciſſima eſt, maximeq; ab inferenda ſiti aliena, infirmiſſimaq;.Com.1. in lib.de Rat. uict.in morb.ac.ca.30.

Ptiſana, quòd ſitim minimè inferat, longè melior exiſtit, quàm aqua mulſa. Cõ.1.in lib.de Rat.uict.in mor.acu. cap.18.

Ptiſana pertranſit thoracem, in nulla eius parte adhærens.ibidem.

Ptiſana tota eſt utilis acuto morbo laborantibus, qui neque alio quopiam antè egẽt remedio, quale uel per ſectã uenam, uel uẽtris ſubductionem, uel quippiam ſimile, fieri ſolet: modò eis non inſit aliquod periculoſum ſymptoma.Com.1.in lib.de Rat. uict.in mor.ac.cap.19.

Ptiſana humectat, mediocriterq; incidit, quæ expui debent humida: ac uirtutem roborat.Com.1.in lib.de Rat. uict.in morb.ac.c.27.

Ptiſana inter coquẽdum quoad maximè potuit, intumuit. Com.1.in lib.de Rat. uict.in morb.ac.cap.18.

Ptiſana exterit uitioſos cutis

colo

colores.ibidem.

Ptiſana dum coquitur, nullam in uentre facit perturbationem. Ibidem.

Ptiſana eſt pleuriticis nutrimentum ſimul & medicamentum. Comm.1. *in lib.de* Rat.*uict.in mor.ac.ca.*44.

Ptiſanæ à cremore, ad ipſam ptiſanam paulatim tranſeundum eſſe. Comm.1. *in lib.de* Rat.*uict.in mor.ac.ca.*47.

Ptiſanæ cremor uomitum excitat. Com.2.*in lib.de* Artic. *cap.*48.

Ptiſanæ cremor eſt commodū alimentum ijs, qui pituitæ uitio laborant. Com.4.*in li. de* Rat.*uict.in mor.ac.c.*18.

Ptiſanæ uiſcoſitas lenis, continua, iucunda, lubrica, & modicè laxa eſt: ſitimq́; arcet, facileq́; deſcendit, neque in uentre intumeſcit. Com. *in lib.de* Salub.*diæta,c.*21.

Ptiſanæ oblationem augendā eſſe, quum & morbi conſtitutio, & uirtutis robur, uergere ad melius uidētur. Cō. 1.*in lib.de* Rat. *uict.in mor. acu.cap.*47.

Ptiſanæ *ſuccus non multo poſt aſſumptionem tempore, nutrire confertim uidetur: non tamen multum corpori alimentū largitur.* Cō. *in* Aph.18.*lib.*2.

Ptiſanæ *uiſcoſitas humēs eſt, non tamen uehementer: ac proinde ſorbitio eius minimè ſubuertit ſtomachum.* Com.1.*in lib.de* Ratio. *uict. in mor.ac.cap.*18.

Ptiſanæ *deterſoria pars, ad deiectionem, diſtributionemq́; eſt idonea.ibidem.*

Ptiſanæ *cremore uti debent, quibus morbo acuto laborantibus, aliquod ſymptoma periculoſum, ſed quod uacuationem non poſtulet, adſit.* Com.1.*in lib.de* Rat.*uict. in mor.ac.cap.*19.

Ptiſanæ *ſorbitio exhibenda non eſt, quum uel morbum ante iudicationem nulla ſorbitione indigere ſperabimus: uel in quibus ſumma eſt humoris qui phlegmonen facit, cruditas.* Com. 2. *in lib.de* Rat.*uict.in mor. acu. cap.*13.

Ptiſanæ ineſt lubricum & detergens. Com.1. in lib.de Rat.uic.in morb.acu. ca.18.

Ptiſanam aut cremorem eius, propinare non expedit ijs, quos uel ſanguinis miſsione, uel purgatione, uacuare oportet: uel quorum dolores ſedare, priùs nempe quàm talia fiant. Com.1. in lib.de Rati.uict.in mor.ac. ca. 19.

Ptiſanam ſi ualde coxeris, cibum haudquaquam flatuoſum efficies. Comm. 1.in lib.de Rat.uict.in morb. ac. cap.18.

Ptiſanam rectè præferri pani, chondro, & zeæ. ibid.

Ptiſanam nec ſtatim multam, nec admodum craſſam, eſſe exhibendam, quum æger primùm ipſa egere uidebitur. Com. 1. in lib.de Rat. uict. in morb.ac.cap. 21.

Ptiſanam offerens, ex longo tempore haudquaquam aluo ſoluta, lateri offenſam inferet. Com.1. in lib.de Rat. uict.in mor.ac.cap.32.

Ptiſanã mulſa poſteriùs exhibendam eſſe. Comm.4. in lib.de Rat.uict.in morb.ac. cap.44.

Ptiſanam ſi quis dederit, quũ in uigore ipſa lateris inflammatio conſtiterit, ægrum offendet grauiter. Comm.1.in lib.de Rat.uict.in morb. ac. cap.33.

Ptiſanam dare oportet ijs, qui probè expurgantur, ut uirtus facta robuſtior, ſufficiat ad eas quæ per tuſſes ex pulmone fiunt humidorum expuitiones. Com. 1. in lib. de Rat.uict.in mor.ac.ca.23.

Ptiſanam totam porrigũt medici ijs, qui mitiùs habent: ſolùm eius cremorem illis, qui degunt deteriùs: ut ijs qui periculoſiùs laborant, decoctum tantùm. Com. 3.in lib.de Rat.uict.in morb.ac. cap.61.

Ptiſanam quidem ipſam, ad corporis nutrimentum, uirtutiſq; robur exuberare: cremorem autem ipſius, ad concoctionẽ, cõfectionemq;, eſſe facilem. Commen. 1. in lib. de Ratio.uict.in morb. acu.cap.47.

Ptiſanam bis die dari ijs, qui citra periculũ agunt, Hippocrates iubet. Com.1. in li. de Rat. uict. in morb. acut. cap.21.

Ptolemæus Aegyptiorũ Rex, eo ſtudio conquirendi ueterum libros flagrauit, ut cùm ab Athenienſibus accepiſſet Sophoclis, Euripidis, Aeſchyliq́; opera, quò illa tantùm tranſcriberet, ſaluaq́; poſtea redderet, dediſſetq́; illis quindecim talenta argenti in pignus: magnificè quidem ornauerit, pulcherrimisq́; membranis compegerit, quæ ipſe tranſcribi curauit, eáq́; Athenienſibus miſerit, retinens quos ab ipſis commentarios acceperat, rogansq́; ut commutationis nomine, quindecim ſibi talenta illa ſeruarent. Com.2. in lib.3. Epid. ca.4.

Pubertatis tempus inchoari poſt ſeptimanam ſecundam: produci autem, uſque ad annum uigeſimumquintum. Com.in Aph.7.lib.5.

Pubeſcere incipiũt pueri poſt quartumdecimum annum. Com.in Apho.27.lib.3.

Pubeſcunt citius calidi, tardiùs frigidi. ibidem.

Pubeſcunt tardiùs ij, quibus ſpina infra præcordia ſita, gibbum contraxit. Com.3. in lib. de Art. ca.13.

Pudendum neruoſum quum ſit, non eſt natura humidum. Com.in Apho.21.lib.3.

Pudenda ſi inflammatio obſederit, aut eryſipelas, facillimè computreſcunt, unaq́; ſibi adiacentes partes afficiunt. Quare ſæpe cogimur, ubi putrida præciderimus, radicem ipſam exurere. Com.3. in lib.3. Epid. cap.26.

Pudibundas partes, ſi affectæ ſint, non eſſe palàm curandas. Com.1. in lib. de Offic. cap.13.

Puer non eſt abſolutè calidior iuuene, ſed ea ratione, qua plus habet innati caloris. Comm.1. in lib.6. Epid. cap.4.

Puer non eſt abſolutè calidior eo qui uiget ætate, ſed innato

to calore calidior eſt. Com. 3.in lib.6.Epid.cap.15.

Pueri ob ætatis humiditatem, & quia plus cibi ſumentes, nutrimenta ſæpe corrumpunt, tineſmo corripi ſolent. Com.3.in lib.3.Epid.ca.53.

Pueri cum uehementiùs tenduntur, minùs læduntur cæteris, ob corporis humiditatem, atque mollitiem. Com. 3.in lib.de Offi.ca.23.

Pueri plurimum habent ſubſtantiæ blãda caliditate præditæ.Com.in Apho.14.li.1.

Pueri gradientes, crura circumagũt ob muſculorũ imbecillitatem. Com. 3. in lib. de Art.cap.73.

Pueri quanquàm uitali facultate ualeant, non ferunt tamen ſanguinis detractionẽ, quia prõptè ſubſtantia ipſorum reſoluitur. Com. 4. in lib.de Rat.uict.in morb.ac. cap.19.

Pueri concoquunt omnia ocyſſimè, præ robore facultatis alteratricis. Cõ.2.in Progn. cap.33.

Pueri, quòd calidum plurimum habeant, pluribus indigent, & plura concoquũt. Com.in Apho.15.lib.1.

Pueri, quàm ſenes, magis appetunt, & plus offenduntur longis inedijs. Com.in Aph. 13.lib.1.

Pueri ſortiuntur abundantiorem calorem, quàm iuuenes. Com.in Apho.14.lib.1.

Pueri ſunt epilepſiæ obnoxij. Com.5.in lib.6.Epid.ca.26.

Pueri, propter neruoſi generis infirmitatem, conuulſionibus ſunt opportuniſſimi. Com.2.in lib.1.Epi.ca.24. & cap.57.

Pueri ex tribus facultatibus, quæ corpus ipſum diſpenſant, duas fortiores ſortiuntur, quàm cæteri: tertiam, quæ neruis ineſt, imbecilliorem.Com.3.in Prog.ca.34.

Pueri promptiſſimè conuelluntur, facillimeq; ad naturalem habitum remeant. ibid.

Pueri ſoli, per ſomnos altiores atque longiores, interdum, licet rarò, fecerunt celeres morbi mutationes in melius.Cõ.3.in Progn.ca.1.

Puerorum diſpoſitiones alterantur citiſſimè, propter corporis humiditatem, & naturalis potentiæ imbecillitatem. Comm. in Aph. 27. lib. 3.

Puerorum ſubſtantia mollis & humida, præcipua uiriũ exolutionis eſt cauſa. Cõ. 1. in lib. de Rat. uict. in morb. acu. cap. 45.

Puerorum ſubſtantia eſt humida. Com. in Apho. 14. li. 1.

Pueris craſſiora ſunt lotia, tum ob eorum edacitatem, tum ob motiones intempeſtiuas, quas à cibo ludentes, & proſilientes, moliuntur. Com. 3. in lib. 6. Epid. ca. 15.

Pueris gignitur calculus in ueſica, non tamen æquè multis, ut epilepſia. Comm. 5. in lib. 6. Epid. cap. 26.

Pueris ocyſſimè digeritur cõcoquiturq; cauſa morborũ. Com. 2. in lib. 1. Epid. ca. 85.

Pueris propter mollitiem habitus, ſucci perſpirabili cute facilè digeruntur. Com. 4. in lib. de Rat. uic. in mor. acu. cap. 25.

Pueris in adoleſcentes tranſeuntibus, ut ſemen gigni, ac pili circa genitalia oboriri incipiunt, ſic teſtes confertim augentur: unde & eo tempore uox mutatur. Com. 4. in lib. 6. Epid. cap. 27.

Pueris naturales functiones omnes robuſtæ ſunt, ac proinde ſuccorũ craſſitudo funditur, ac diſſoluitur. Com. 3. in lib. 6. Epi. cap. 15.

Pueros laborantes podagra non uidit Galenus. Comm. in Aph. 30. lib. 6.

Puerile corpus multum in ſe ipſo continet aëriæ atque aquoſæ ſubſtantiæ: minimum terreſtris. Com. in Aph. 14. lib. 1.

Puerilis ætas eſt calida & humida. Com. in lib. de Salub. diæta, cap. 7.

Puerilis uirtus laborat citò, propter effluuij copiam. Cõ. 1. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 45.

Puerilia corpora, quanquàm habeant plus humiditatis, quàm ſalubris habitus poſtulat, non tamen ſiccanda

ſunt

ſunt: alioqui incrementum prohibeas. Comm. in lib. de Salub.diæta, cap.7.

Puerilia corpora, ut quæ calida & humida ſint, in halitum digeruntur facillimè. Gal.contra Lycum.

Puerilia corpora ob calidam humidamq; temperiem, in morbis multum diffluunt, atque extenuantur. Com.in Apho.28.lib.2.

Puerpera febricitante, numerandum nobis à partu eſſe, non à die qua cœpit febrire, ad prænoſcendum criſim. Com.3.in Prog.cap.10.

Puerperæ, ſi à partu illis cohibeatur purgatio, nonnullæ quidem in extremū mortis ueniunt diſcrimen: perpaucæ autem ſunt, quæ infeſtentur mediocriter, quòd earum plurimis inflammetur uterus: omnibus ſanguis effuſus in uterum, quum nūquàm ſit inculpatus, ſi non expurgetur, plurimum faceſſat negotij. Com.3.in lib. 1.Epid.cap.21.

Puerperis qui effunditur ſanguis, melancholicus planè uidetur: urinæq; adeò infectæ, acſi fuligo in eas incidiſſet. Com.3.in lib.3. Epid. cap.73.

Pueruli plurimum ſanguinis obtinent: quamuis ob colluuiem alimentorum, ſucci crudi aliquid etiam accumulant. Com.3. in Prognoſtica, cap.28.

Pulmo ſi phlegmone arripiatur, letale. Com. 2.in lib.6. Epid.cap.14.

Pulmo exiſtit rarus & laxus. Com.in Aph.33.lib.6.

Pulmo areſcit à crebra reſpiratione. Comm.5. in lib. 6. Epi.cap.32.

Pulmo inflammatus excernit humorem quendam in arteriam aſperam: qui tuſſedine excuſſus, naturam fluxionis indicat. Com.2.in Prognoſ. cap.50.

Pulmo non à grauedine, ſed à defluxione afficitur. Com.2. in Prog.cap.49.

Pulmo uel omnino non ſentit, uel difficulter ſentit. Com.3. in Prog.cap.30.

Pulmoni à corde ſanguinem per unam uenam ſubminiſtrari. Commenta.2.in lib.de Nat.hum.cap.6.
Pulmoni promptum eſt omnes ſuſcipere humores. Commẽ. in Apho.33.lib.6.
Pulmoni minimè nocet humoris pauxillum, etiam ſi delabatur per aſperã arteriam. Commenta.in Aphoriſ. 17. lib.2.
Pulmonẽ expurgari per tuſſes. Commẽ.3.in lib.de Rat. uic.in mor.ac.c.2.
Pulmone laborantibus ſuperueniunt grauedines, & defluxiones, cerebro recipiente uapores calidos. Commẽta.2.in Prognoſti.c.49.
Pulmone ulcerato non ex neceßitate ſpumoſum ſanguinẽ reijci. Commen.in Apho.13. lib.5.
Pulmones ſunt ueluti promptuarium quoddam ſpiritus: qui dum dilatãtur, attrahũt: dum comprimuntur, expellunt. Commenta.6.in lib.6. Epid.c.2.
Pulmonum magnitudo neceſſariò magnitudini thoracis reſpondet. Commẽta. 4.in lib.6.Epid.c.24.
Pulſatilis dolor percipitur in particulis inflãmatis, non ferentibus arteriarum motus. Commen.in Apho.21.lib.7.
Pulſationes ſenſibiles arteriarum capitis, caliditatis multæ ſymptomata exiſtunt: ob quas ſæpenumero deliria fiunt. Commẽta.4.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.c.42.
Pulſus ortum habet à plenitudine. Commenta.3. in lib.de Fract.c.8.
Pulſus dicitur arteriarũ motus. Commenta.in Apho.21. lib.7.
Pulſus in quibuſdam inflammationibus concitare dolores ſolet. Comm.3. in lib.de Offi.c.36.
Pulſus cordis & arteriarum, proficiſcitur à facultate uitali. Commẽ.2.in lib.de Nat. hum.c.5.
Pulſus habere aliquid commune cum palpitatione uidetur. Commenta.1.in lib.3. Epid. c.4.

Pulſum eſſe naturale opus. Commentario tertio in lib. de Off.cap.36.

Pulſum maiorem atque uehementiorem effici, tum cordis, tum arteriarum, in excandeſcentijs. Com.5.in lib. 6.Epid.cap.9.

Punicorum malorum quædam acida eſſe, quædã aſtringentia, quædam dulcia. Gale. contra Lycum.

Purgandi occaſio in acutis morbis, datur ſolùm circa principia. Commenta. 2. in Prorrh.cap.36.

Purgandos eos non eſſe, in quibus ſumma eſt cruditas. Commentario quarto in lib. de Rat.uict. in morb. acut. cap.44.

Purgandos non eſſe ægros, dum procedente morbo perniciosiſsimè habent. Commentario 2.in Prorrhetica, cap.36.

Purgandos non eſſe, qui uiribus ſunt imbecilles. Ibidem.

Purgans medicamentum propinauit Galenus pleuritico prima die, & ſecunda, & quarta & interdum quinta. Commentario 4. in librum de Ratione uictus in morbis acutis, cap.76.

Purgans medicamẽtum, quum non reperit in corpore humorem, quem eſt aptum elicere, ſanguinem colliquat, & carnes. Commentario in Aph.37.lib.2.

Purgantis medicamenti potionem ſequi debet ſorbitio cremoris ptiſanæ: ut deorſum trahat, quod in tranſitu ex ipſo medicamento adhæret: & qualitatem illius temperare, permutaréque poſsit. Commentario 2.in libr.de Rat.uic.in mor. ac. cap.12.

Purgantis medicamenti adminiſtratio uitanda eſt in acutis morbis, ut eſt pleuritis: & in iis, quos comitatur acutiſsima febris: utendúmque uenæ ſectione. Commentario 2. in libr. de Ratione uict. in morbis acutis, cap.11.

Purgan

Purgante pharmaco utendum eſſe, ſi febris uehemens non ſit, naturáque ægri explorata iam fuerit. ibidem.

Purganti pharmaco utentes, non modò ea die, qua medicamen aſſumunt, lauari eſt expediens, ſed ſuperioribus etiam, quando uidelicet, ſe ad purgationem præparant. Commentario quinto in librum ſextum Epidemion, cap.29.

Purganti pharmaco utentes bis, aut ſemel, in menſe, ueriti, ne ſuperfluitatum multitudo aggregetur, præterquam quòd nocebunt, corpora etiam in malam conſuetudinem pertrahent. Commentario in Aph.15.lib.3.

Purgantia medicamēta, acria & calida exiſtunt. Commentario 4. in librum de Ratione uictus in morbis acutis, cap.7.

Purgantia medicamenta familiares ſibi ſuccos attrahunt. Galenus contra Iulianum.

Purgantia medicamenta, ſi liberaliùs ſumantur, nos perimunt. Commentario ſexto in librum 6. Epidem. cap.5.

Purgantium medicaminū uſus ualde indigentibus, & ex longis interuallis, eſt utilis: excremēta autem, quæ quotidie gignuntur in corpore, pauciora ſunt, quàm ut exigant purgantis pharmaci operationem. Commentario in Aph.15.lib.3.

Purgantium medicamentorū læſiones in morbis acutis, non facilè corriguntur. Commentario 2. in librum de Ratione uictus in morbis acutis, cap.11.

Purgantium omnium medicamentorum natura, expurgandis corporibus contraria, letalis, & deleteria exiſtit. Commentario ſecundo in librum de Ratione uictus in morbis acutis, cap.12.

Purgãtium medicamentorum miſcellæ dicimus controuerſiam ineſſe, dum aliud quidẽ protinus, aliud longo à propinatione tempore purgationem molitur. Commen. 2. *in lib.* de Rat. *uic. in mor. ac. c.* 12.

Purgãtibus medicamẽtis miſceri aliqua odorata ſemina, quæ malitiam ipſorum frangãt, minimeq́; operationem prohibeant, ſed tenuent, incidantq́;, ut & craſſos comminuant humores, & uias quibus fiat uacuatio, aperiant, pateſaciantq́;. ibidem.

Purgantia medicamenta inueniri per experientiam. ibidem.

Purgantia omnia medicamenta eſſe potentia calida. Commentario *in* Aphoriſm. 24. *lib.* 1.

Purgantia medicamenta eſſe corrigenda alijs, quæ ipſorum malitiam retundere poſſint. Commentario *ſecundo in libr. de* Ratione *uictus in morbis acutis, capite duodecimo.*

Purgantia medicamenta omnia, quòd uentrem, præſertimq́; os ipſius, affligant, miſtionem eorum quæ ſuauiter oleant, deſyderare: ne ſola, ſynceraq́; purgantium medicaminum uis, os uentris tangat. ibidem.

Purgatio ut commodè fiat, oportet præparatos fluxui eſſe humores purgãdos: hoc eſt, tenues, & ab omni lentore alienos: foramina autem, per quæ fieri debet uacuatio, & aperta, & minimè obſtructa. Commen. *in* Apho*riſ.* 24. *lib.* 1.

Purgatio eſt, qua alieni humores, qualitateq́; oblædentes, ſoluuntur. Commentario *ſecundo in* Prognoſtica, *capite decimoquarto.*

Purgatio eſt corporis, quum excernuntur, quæ ſunt corrupta. Commen. 3. *in* Prorrh. *c.* 18.

Purgatio eſt humorum qui qualitate infeſtant, uacuatio.

tio.Commenta.in Aphoriſ.2. lib.1.

Purgatio tunc neceſſaria eſt, quum redundantes humores deorſum repunt.Commentario ſecundo in lib.de Ratione uictus in morbis acutis,capite.12.

Purgationi idonei non ſunt, qui cruditate laborant, uel qui tenaces & craſſos cibos ſumpſerint, & quibus ilia extenta inflataq; ſunt, aut ſupra modum calida & ignea,uel inflammata.Commentario in Aphoriſm.24. lib.1.

Purgationem æſtate quidem, per uentrem ſuperiorem: hyeme autem, per inferiorem moliendam eſſe. Commen.in lib. de Salub.diæta, cap.16.

Purgationem interdicendam eſſe priùs quàm ſanguis mittatur in tumoribus præter naturam. Commenta. 4. in lib.de Rat.uict.in mor.acu. cap.21.

Purgatione abſoluta medicamenti,ptiſanæ minus eſſe offerendum,quàm ſi æger uacuatus non fuiſſet.Commenta.2.in libr. de Rat.uict.in mor.acut.cap.13.

Purgationes promouentur à motibus: ſiſtuntur à ſomno & quiete. Com.in Aphor. 15.lib.4.

Purgationes eſſe contrarias concoctioni humorum.Commentario quarto in lib.de Ratione uictus in mor.acu. cap.44.

Purgationes in acutis morbis ſunt obnoxiæ diſcrimini:præcipuè ſi laborantis naturam quis expertus non fuerit. Commentario ſecundo in li. de Ratio.uict.in morb.acut. cap.11.

Purgationes ferre difficulter eos,qui bene ſe habent, nempe uertigines,torminaq; pati,exoluiq; celeriter.Commentario in Aphoriſm.37. lib.2.

Purgare utiliter in principio,tantùm contingit in acutis morbis. Commentario in

Aph.24.lib.1.

Purgari interdum totum corpus per renes, atq; ueſicam. Commenta.2.in lib.1.Epide. cap.8.

purgari uniuerſum corpus, ut per uentrem, ſic per renes atque ueſicam. Com.2. in libr.primum Epidemion, cap.41.

purgata corpora, ſtatim poſt purgationem, quòd exoluta à pharmaco ſint, tolerare alimoniam non poſſunt, nec probè conficere, niſi fuerit exigua. Commen.2.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.c.13.

Purpura ob coloris ſimilitudinem, fluentis ſanguinis opinionem adferet. Comm.2.in Pror.cap.11.

Pus in aliqua parte collectum, oneris ſenſum infert. Commenta.2.in Prognoſt. cap.59.

Pus album quidem, eſt bonum: fæculentum autem, & fætidum, prauum. Com.in Apho. 44.lib.7.

Pus à crudo humore, colore, ſubſtantia, & odore diſtinguitur. Commentario ſecundo in libr.de Natu.huma. cap.16.

Pus nullam nutrit particulam. Commenta.2.in libr.de Ratione uictus in mor.acut. cap.44.

Pus quũ gignitur, dolores & febres accidunt, quòd natiuus calor ſuccos tumoris autores immutet. Commentario primo in lib.3.Epide. cap.8.

Pus ex ſanguine gignitur, qui ſeminalem habet transmutationem. Commen.in Apho. 47.lib.2.

Pus gignitur ex ſanguine trãſmutato, neque à ſolo calore præter naturam, neque à ſolo ſecundum naturam. ibidem.

Pus quodammodo ſolidioribus aſsimilatur corporibus. Commentario primo in Prognoſt.cap. 42.

Pus colligitur inter thoracem atque pulmonem, rupta pleuritide, uel peripneumonia.

nia.Commenta.2.in Progn. cap.60.

Puris generatio, tantùm abeſt,ut conuulſionem ſignificare poßit, ut etiam in aliquo,qui conuulſionis incurrit ſuſpicionem, ſit bonum ſignum, morbum concoqui oſtendens.Commentario tertio in Prorrhetica, capite 20.

Puris color eſt cinereus.Commenta.2.in lib.de Fractur. cap.32.

Puris imaginem referunt mucoſi humores ſub cute deliteſcentes: quo fit ut Chirurgos ad inciſionem inuitent.Commentario 2.in lib. de Art.cap.53.

Pus gignentia medicamenta debent ui emplaſtica,non diſcuſſoria,eſſe prædita.Commentario ſecundo in lib.6. Epide.c.30.

Pus & ſanguinem ubi quis immixerit, omnium inſtrumentorum,quæ urinæ inſeruiunt,ſunt ſigna communia. Commentario in Apho.81. lib.4.

Pus cum urinis aliquando excerni, rupto aliquo abſceſſu in partibus ijs, quæ ſuperiores ſunt renibus.Commentario in Aphoriſm.75. lib.4.

Pus fieri partim à cauſa naturali,partim à cauſa præter naturam. Commentario primo in Prognoſtica,capite 42.

Pus eſſe debere candidum, æquale, læueq́;, & minimè fœtidum.Commentario primo in Prognoſtica, capite 42.

Purulenti expurgantur tußi. Commen.in Aphoriſm.54. lib.7.

Purulenti nihil excreant, tũ ob lentorem puris & craſſitudinem, tum ob ambientis pulmonem membranulæ denſitatem: tum ob uirium imbecillitatem. Comm.2.in Progn.c.60.

Purulenti, niſi citò excreetur pus, tabidi intereunt, febricitantes tenuiter quidem,

iugiter autem, calore quodāmodo noctu creſcente. ibidem.

Purulenti, quibus nulla ſpes eſt, ut poßint per ſputa expurgari, uſtione indigēt. Cōmentario in Aphoriſm. 27. lib. 6.

Purulentorum pus, nō eſſe ſimul & confertim uacuandū. ibidem.

Purulentorum purgationi terminum conſtitui ab Hippocrate *diem quadrageſimum.* Commen. in Aphoriſm. 15. lib. 5.

Purulentis, ſi non euacuetur pus, ut plurimum intra 40. dies per ſputa, neceſſum eſt pulmonem exedi, pure proceſſu temporis putreſcente. ibidem.

Purulentis procedēte tempore intumeſcunt pedes, totius corporis extinctione ab eis incipiente: quum nimirum quàm lōgißimè à principio, hoc eſt, à corde, abſint. Commentario 2. in Prognoſtica, c. 60.

Purulentis puſtulæ oriuntur, erodente ſanie per uniuerſum corpus collecta. ibidem.

Purulētis accidit difficilis reſpiratio, ob anguſtiam pulmonis. Comm. 2. in Prognoſti. cap. 61.

Purulentos præcipuè appellat Hippocrates, *quibus inter thoracem atque pulmonem aceruatum eſt pus.* Cōmenta. in Aphoriſm. 44. lib. 7.

Purulentos ſolebant Medici *ueteres urere.* ibidem.

Purulentos comitatur difficilis reſpiratio. Commenta. in Apho. uigeſimumſeptimum, lib. 6.

Purulentos dici ab Hippocrate *eos, quibus collectum eſt pus in uacuitate thoracis.* ibidem.

Purulentos cōſueuerunt præcipuè appellare Medici *eos, qui in thorace ac pulmone puris copiam collectam habent.* Com. 2. in Prognoſtica, c. 60.

Puſtu

Puſtulæ latæ nõ pruriunt admodum: quia in latitudinem extentæ difflantur: & humorem ipſas gignentem, minus acrem ſortiuntur. Com. in Apho. 9. lib. 6.
Puſtulæ ſublimiores, à calidiori humore gignuntur. ib.
Puſtulæ uniuerſo genere à tuberculis minimè differunt, ſed qualitate tantùm humoris ipſas gignentis. Fiunt autem natura ipſa propellente ad cutem internarum corporis partium. Com. 2. in lib. 6. Epid. cap. 29.
Puſtulas eſſe tenui acu pungendas, humoremq́; ab illis leuiter exprimẽdum. Quòd ſi concluſo foramine, iterum eodem impleantur, rurſus eſſe aperiẽdas, comprimendasq́;, ac ſic faciendum, donec ſubdita caro ad cicatricem perueniat. Comm. 3. in lib. de Fract. cap. 43.
Puſtulas fieri à craßioribus ſuccis cuti impactis. Com. 2. in lib. 6. Epid. cap. 29.
Putredo ex materia quidem gignitur humida: cauſa uerò efficiẽti, extraneo, & præter naturam calore: augetur porrò quiete. Com. 3. in lib. 3. Epid. cap. 1.
Putredo humorum, cuius eſt cõmune munus, ut illas partes, in quas impingit, corrumpat, terribiliorem in capitis partibus imaginẽ præbet: periculum uerò minus, quàm ſi pudẽda, aut guttur, aut thoracẽ, aut aliam principem partem is affectus infeſtet. Com. 3. in lib. 3. Epid. cap. 28.
Putredo magis humidis adueniet corporibus. Comm. in Apho. 11. lib. 3.
Putredo auget morbi malignitatem. Com. 2. in Progno. cap. 42.
Putredo abſq; ulcere in multis corporis partibus conſiſtere poteſt. Com. in Aphor. 45. lib. 6.
Putredinis humorum, calor externus eſt autor. Com. 3. in lib. 3. Epid. cap. 22.
Putredinis materia eſt humiditas: cauſa efficiens, calor præter naturam. ibidem.

Putredini obnoxia diutiſsimè renituntur in temperamentis frigidis, potiſsimũ ſi eiuſmodi flatibus uentilentur. Com.3. in lib.3. Epid.ca.1.

Putredini eſſe magis obnoxia humida, quàm ſicca. Comm. in Apho.16. lib.3.

Putredines per pluuioſas anni conſtitutiones accidunt. Com.3. in lib.3. Epid. cap.1.

Putrefacit cauſa præter naturam. Com.1. in Prognoſt. cap.42.

Putrefactas partes expedit quàm citiſsimè excidere. Cõ. 2. in lib. de Offi. c.23.

Putrefieri nonnulla à medicamentis emplaſticis, uel ob uitium humorum à quibus oriuntur: uel ob affecti membri imbecillitatem: in quibus ſæpe altioribus ſcarificationibus, inciſionibusq́;, ac medicamentis quàm maximè reſiccantibus, utimur. Com. 2. in lib.6. Epid. cap.30.

Putreſcentia ſingula peculiarem differentiæ ſpeciẽ ſortiuntur, à cõmuni putredinis cauſa. Com.3. in lib.3. Epid. cap.24.

Putreſcẽtes phlegmonas haud quaquàm coquendas eſſe, ſed incidendas, urendasq́;. Com. 2. in lib.6. Epid. cap.39.

Putreſcere nihil planè uidemus, quod omni ex parte ſit ſiccum. Com.3. in lib.3. Epi. cap.1.

Putreſcere, quæcunque in alieno loco incaleſcunt uehementius. Com.1. in Prognoſ. cap.42.

Putridæ excretiones, letales. Com.3. in lib.3. Epi. ca.72.

Pythagoras nullos commentarios edidit. Com. 1. in lib. de Nat. hum. cap.34.

Q

Quadrageſimus dies, primus eorum eſt, in quibus morbi diutini iudicantur: ultimus autem inter illos, qui acutos ex intercidentibus iudicant. Com. in Apho.28. lib.3.

Quadrageſimus dies, non quadrageſimus primus, eſt decretorius. Cõ.3. in Prog. cap.1.

Quadrageſimum diem eſſe decre

decretorium. Com.1. in lib. 3.Epid.cap.4.& Com.3.in lib.1.Epid.cap.22.

Quadrageſimum diem principium diuturnorum morborum Hippocrates exiſtimauit. Comm.in Apho.36. lib.4.

Quadrageſimo die iudicantur morbi,qui,nec ſunt diuturni exquiſitè, & acutorum limites præterierunt. Com.in Aph.49.lib.6.

Qualitatem qualitate nõ poſſe maiorẽ, minorémue eſſe, licet talibus abutamur uocabulis:ſed ualidiorem,uel languidiorem. Galenus contra Lycum.

Qualitates propriæ, inſeparabiles ſunt à ſubſtantiis. Gal.contra Lycum.

Qualitates primæ,ac tum effectrices, tum alteratrices corporum, ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, atque ſiccitas. Com.1.in lib. Hip. de Nat.hum.cap.6.

Qualitates elementorum moderatè contemperatæ,ſanitatem efficiunt; immodicè autem,dolorem.ibidem.

Qualitates primas ſequuntur qualitates ſecundæ. ibid.

Qualitates elementorum eſſe formas eorundem. Com.1. in lib.de Nat.hum.cap.2.

Qualitates elementorum ſolas miſceri,tenuerunt Peripatetici:at Stoici, etiã ipſorum ſubſtantias.ibid.

Qualitates elementorum eſſe rerum omnium principia. ibidem.

Quantitas euacuationis faciendæ iudicabitur ex facilitate tolerãtiæ. Com.in Aph. 23.lib.1.

Quantitas præſidiorum ſingulorum,artificioſa indiget coniectura.Com.2.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.ca.37.

Quantitati ſoli conueniunt paucum & multum.Com.in Apho.14. lib.1.

Quantitatem ſubſtantiæ, mole corporis iudicari, ſi ſimplex ſit: ſi uerò ex pluribus conſtet,relatione ad ea, quæ unà ſunt commiſta. Gal.contra Lycum.

Quarta dies eſt index ſeptima

mæ.Com.in Aph.71.lib.4.

Quarta dies protinus ab initio iudicatoria exiſtit. Com. in Apho.61.lib.4.

Quarta die ſignum coctionis effatu dignum ſi appareat, criſim futuram die ſeptimo indicat.Com.in Aphor.71. lib.4.

Quartana eſt longior, quàm quotidiana.Com.in Aphor. 12.lib.1.

Quartana febris, quæ non intermitteretur integrè rariſſimè uiſa eſt.Com.3.in lib.1. Epid.cap.2.

Quartana oritur ab atra bile.Com.in Apho.2.lib.1.

Quartana per ſe periculo uacat, aliiſq; etiam morbis liberat.Com.3.in lib.1.Epi. cap.4.

Quartana diuturna aliquando morbos comitiales diſcuſſit.ibidem.

Quartana febris epilepſiam præſentem ſolet acceſſu ſuo abigere. Comm.6.in lib.6. Epid.cap.7.& 8.

Quartana humorem epilepticum diſcutit. Comm.6.in lib.6.Epid.cap.7.

Quartanam tunc fieri eſt neceſſe, quum atra bilis exundans, putreſcit, feruetq; per omneis uenas. Com.3.in Progn.cap.27.

Quartanam exquiſitam eſſe diuturnam. Com.3.in lib.1. Epid.cap.1.

Quartanam exquiſitam à periculo eſſe remotam. Com.3. in lib.1.Epid.cap.1.

Quartanam ſuapte natura ſecuram eſſe.Com.3.in li.3. Epid.cap.71.

Quartana moderata detentis, licet ſolita munia obire per eos dies, qui acceßiones interiacent. Comm.3.in lib.1. Epid.cap.4.

Quartana ex liene ſæpe grauiter laboraſſe homines, ac dein collecta aqua inter cutem, obiiſſe.Com.3.in lib.1. Epid.cap.4.

Quartana correptus, fieri nõ poteſt ut epilepſia corripiatur.Com.6.in lib.6 .Epid. cap.7.

Quartanæ acceßiones, ſi cum ualido rigore inuaſerint, qui

qui nihil remittatur, fieri nequit, ut iam morbus ad ſtatum peruenerit: nec ſperandum eſt, ut inclinatio accedat, priùs quàm rigores mitescant. Cō.1. in lib.6. Epid. cap.8.

Quartanæ clarè deſinunt ad integritatem. Com.3. in lib.1. Epid. cap.2.

Quartanæ habent generationem duplicem: unam ex flaua bile ſuperaſſata: alteram ex ſanguine craſſo. Com. in Apho.22. lib.3.

Quartanæ æſtiuæ magna ex parte ſunt breues: autumnales longæ: ac præcipuè, quæ attingunt hyemem. Com. in Apho.12. lib.1.

Quartanarū initia ſæpe Gal. prima ſtatim die cognouit. ibidem.

Quartanarum iudicationem fieri ſecundum numerū non dierum, ſed circuituum. Cō. in Apho.59. lib.4. & Com.3. in Progn. cap.7.

Quartanas oriri à melancholicis ſuccis. Com.3. in Prog. cap.27.

Quartani circuitus cauſa eſt melancholicus humor. Com. in Apho.40. lib.6.

Quartus dies ſeptimi eſt index. Com.1. in Prorr. cap.1.

Quartus dies uidetur eſſe primus iudicatorius. Comm. in Aph.36. lib.4.

Quartusdecimus dies eſt terminus acutorum morborum. Com. in Apho.59. lib.4.

Quartum diem, qui ſeptimi index eſt, rem nouam edere, ex grauibus eſt indiciis. Cō.4. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap.57.

Quartum eſſe ſeptimi indicem. Com.3. in Prog. cap.1. & cap.7. & Com. in Aph.24. lib.2.

Quartum eſſe ſeptimi indicem, quòd bonorum uel malorum, quæ ille prænuntiat, euentus, magis ſeptimo die, quàm ſexto, eluceat. Com.2. in lib.3. Epid. cap.5.

Quaternariū circuitum obtinere ſecundas partes poſt ſeptenarium. Cō.3. in Prog. cap.1.

Quaternarios dierum circuitus

tus in uigeſimum, non in uigeſimum primum, incidere. Com.1.in lib.3.Epid.cap.8.

Quies humiditatem conſeruat.Com.in Aph.13.lib.4.

Quies humectat ex accidenti,quia humorem ab alimento profectum non abſumit. ibidem.

Quies eſt oppoſita motui.Cõ.3.in lib.6.Epid.cap.33.

Quies in eodem ſtatu conſeruat corpora. Com. in Apho.14.lib.4.

Quiete opus habet, quod ſanari debet. Com.in Aph.6.lib.6.

Quietes ſiſtunt purgationes. Com.in.Aph.15.lib.4.

Quintanos febris circuitus uidit Galenus, ſed ſubobſcuros.Comm.3. in lib.1. Epid. cap.2.

Quintus, medicus Pergamenus,quum uinum adhuc ualde olens inuiſiſſet quendam febrientem,ægerq; ipſe ferre uini odorem non potens, rogaret illum, ut ſecederet aliquantulum procul, præcepit ei, ut toleraret odorem uini,quandoquidem & ipſe febris nidorem ab eo profectum,ferebat.Com.4.in lib.6.Epid.cap.9.

Quotidiana eſt longa. Cõ.in Apho.12.lib.1.

Quotidiana oritur à pituita. Com.in Apho.2.lib.1.

Quotidianam febrem eſſe longiorem tertiana. Com.2.in lib.de Nat.hum.cap.22.

Quotidianas febres oriri à pituitoſo humore. Com.2.in lib.1.Epid.cap.22.

Quotidianas febres compræhendit Hippocrates ſub nomine nocturnarum.Cõ.3. in lib.3.Epid.cap.64.

R

Rabidus canis,inquire Canis rabidus.

Rabiem efficiẽs cauſa, longo tempore augetur in corpore:quæ ubi magnũ incrementum ſuſcepit,mortem repentinam infert. Cõ.3.in lib.3.Epid.cap.75.

Radicula ualenter uomitum excitat, præcipuè tranſfixa ſurculis albi ueratri, ac illis poſtridie abiectis, exhibita

aut

aut ſola, aut ex oxymelite. Com.2.in li.de Arti.ca.48.
Radiculæ, *in quibus die ac noċte ſurculi radicum ueratri fuerint infixi, ſi ex oxymelite propinentur, leuiter purgant.* Comm.3. *in lib.de* Fraċt.*cap.48.*
Radius *committitur cum exteriori tuberculo brachij, atque circa ipſum mouetur.* Commen.2. *in lib.de* Fraċt. *cap.66.*
Radius, *inquire* Cubitus.
Radij *os, breuius exiſtit cubito.*Com.1.*in li.de de* Frac. *cap.1.*
Rarenter *contingentia, deſciſcunt à* Prorheti *ca ſpeculatione.*Com.3.*in* Pror.*c.11.*
Raritas *corporis in calidioribus & humidioribus prouenit temperaturis.* Com.*in* Apho.63.*lib.5.*
Ratio *cùm ſit duplex, una quidem, quæ uoce exprimitur: altera, quæ in ſola cogitatione conſiſtit:* Philoſophi *quidem, ut hanc ab illa diſtinguerēt, appellarūt ipſam* Ενδιάθετον, *hoc eſt internam: qua nimirum conſequentia & repugnantia cognoſcimus, in quibus diuiſio, compoſitio, reſolutio, & demonſtratio comprehenduntur.*Com.1.*in lib.de* Offi.*c.3.*
Ratio *quærit, cur id, quod in confeſſo eſt fieri, fiat.* Com.3. *in lib.6.*Epid.*cap.19.*
Ratio *eſt iudicium: quoniam per eam, quæ ſunt facienda, iudicantur.*Com.*in* Apho.1. *lib.1.*
Ratio *iudicium accipit à mentis conceptu.*Com. 4.*in lib. de* Rat. *uiċt. in morb. acu. cap.13.*
Rationis *atque ſapientiæ ſedes eſt caput.* Cō.3.*in lib.de* Rat.*uiċt.in mor. ac. ca.41.*
Rationes *omnes experientia diiudicantur.*Com.5. *in lib. 6.*Epid.*cap.32.*
Ratiocinia *appellari cogitationes.*Com.5.*in lib.6.*Epi. *cap.11.*
Raucedines *in ualde ſenibus non coquuntur.* Commen.*in* Apho.34.*lib.2.*
Raucorum *humiditatem & frigiditatem ob delapſum ad*

guttur rheuma ſanare conuenit, exiccatis topicorum auxiliorum uſu tum capite, tū cæteris, quæ affecta ſunt, membris. Com.4. in lib.de Rat.uic.in morb.ac.ca.115.

Recaleſcentes, hoc eſt febrientes poſt ſudorem, ex perfrictione, non uacant periculo. Com.2.in Prorr.ca.31.

Recidiuam facere, quæ præter rationem fiunt leuia, etiam in decretoriis diebus. Com.3.in Prog.cap.22.

Recidiuas faciunt, quæ relinquuntur poſt iudicationes. Com.in Apho.20.lib.1.

Rectitudinis rationem eſſe difficilem cognitu. Comm. 2.in lib.6.Epid.cap.14.

Refrigerantes caput per ſanguinis profuſiones, interdū ægris conuulſionem conciliant. Com.3.in Pror.ca.53.

Refrigerantia exprimunt humores, retrudúntq; ab affectis ad uicinas partes. Com. 4.in lib.de Arti.ca.21.

Refrigerantia cum humiditate medicamenta, altiùs ipſa corpora penetrant, citiúsq; ac magis quàm expediat, refrigerant, uiresq; regentes corpus, ſtupefaciunt. ibi.

Refrigerantia medicamenta in affectibus oculorum habuit ſuſpecta Galenus, quòd non reprimerent uehementes fluxiones, ſed eas excerni prohiberent, ob idq; occaſionem darent, ut ſi humores acres exiſterent, eroderent cornea: ſin multi, uehementer tenſa diſrumperetur. Cō. in Apho.3.lib.6.

Refrigeratio partium largior, affert torporem mediocrem. Com. in Apho. 25. lib.5.

Refrigeratio adeò uehemens ut tota refrigerentur corpora, extinctionis ſignum exiſtit. Com. 2. in Prorrhe. cap.44.

Refrigeratio ſolas eas intemperies calidas curat, quæ citra materiæ multitudinem fiunt. Com.6.in lib.6.Epid. cap.5.

Refrigeratio quæ in terreſtri ſubſtantia eſt ſita, repellendis confluētibus ſuccis, maximè

ximè accommodatur. Commentario 4. in libr. de Art. cap.21.
Refrigeratio externarum quidem partium ſemper uentrem indurat: internarum uerò, humectat, cœliacóſque affectus inducit. Commentario quinto in libr. 6. Epid. cap.27.
Refrigeratio inſignis in particulis ulceratis, in diſcrimẽ conuulſionis adducit. Comm. 3. in lib. de Frac. cap.24.
Refrigeratio extremorum inſignis, uires ualde imbecillas ſignificat. Com. 4. in lib. de Ratione uic. in morbis ac. cap.47.
Refrigeratione rarius ad partium dolores tollendos utimur, quum externam ſuperficiem condenſet, ac proinde difflationes impediat, intentáque tenſiora reddat. Com. 6. in lib. 6. Epid. cap.5.
Refrigerationes quæ ex rigore non recaleſcunt, languorem, extinctionemq; natiui caloris indicant. Com. 2. in Prorrh. cap.30.
Refectio primò quidem tendit cutem: dein uerò eam laxat. Com. 3. in lib. 6. Epid. cap.29.
Refectionis commune ſignum eſt floridum corpus. Com. 3. in lib. 6. Epid. cap.7.
Refectiones extremas eſſe periculoſas. Comm. in Aph. 3. lib. 1.
Refecti corporis ſignum eſt, color rubeus. Com. 3. in lib. 6. Epid. cap.29.
Refelli non debent, ſed contemni, quæ prorſus ſtulta exiſtunt. Com. 1. in lib. de Fract. cap.9.
Ῥήγματα, inquire Auulſiones.
Reges Alexandriæ & Pergami, plurimùm de comparandis libris ueteribus, inter ſe contendiſſe. Com. 1. in lib. de Nat. hum. cap. 51. & in Proœmio ſecundi Comm. in lib. de Nat. hum.
Regius morbus febrientibus ſuperuenit, interdum quidem affectionis hepatis ſymptoma: interdum uerò natura bilem per cutem excerne

re cõtendente, ſed nequeunte. Commentario quarto in librum de Ratione uictus in mor. ac. cap. 81.

Regius morbus, inquire Icteritia.

Regium uinculum, eundem uſum præſtat, quem Thais. lib. de Faſc. cap. 15.

Regnorum olim etiam erat hæreditaria ſucceßio. Commen. in Aph. 59. lib. 5.

Remedia eſſe debent contraria, non ſimilia affectioni infeſtanti. Com. 3. in libr. 6. Epid. cap. 31.

Renes quicquid ſeroſi ac tenuis humoris in uenis commixtum ſanguini comprehenditur, ad ſeſe trahunt. Commenta. 1. in lib. 6. Epid. cap. 5.

Renes colo inteſtino annectuntur opera peritonæi. ibidem.

Renes exiguorum neruorum participes ſunt. ibid.

Renum dolor ab alui excrementis illatus, ubi primùm æger deiecerit, ſoluitur. ibidem.

Renum dolor ob plenitudinem in uenis collectam ortus, non ſoluitur ſtatim, etiamſi uena ſecetur: tum propter denſitatem ſubſtantiæ renum: tum quòd ob multa incumbentia eis corpora, remediorũ quæ extrinſecus adminiſtrantur, uires exolutæ ad ipſos perueniant. ibidem.

Renum dolores uomitus ſoluit. ibid.

Renum doloribus adeſt uomitus. Comm. 1. in lib. 6. Epid. cap. 6.

Renum ſubſtantiæ indicia ſunt carunculæ paruæ: minimè autem fibræ capillis ſimiles. Com. in Aph. 76. lib. 4.

Renum in uentriculis craßus & lentus humor exuſtus, exiccatúſq; ſpatio temporis in ſubſtantiam ſimilem toſo conuertitur: quo quidem tempore, ſi uel obſtructio in ipſis aliqua, uel mediocris alioqui phlegmone ſit, grauitatis potiùs, quàm doloris, ſenſus excitatur. Commentario primo in lib. 6. Epid. cap. 5.

Renum

Renum affectuum ſunt comites arenulæ rufæ, qualis color in ſandaracha cernitur.ibid.

Renum opus perpetuum eſt. Com. in Aphoriſ.6.lib.6.

Renum affectiones dignoſcendas eſſe ex, urinis.Com.2.in Prorrh.cap.7.

Renum affectus, inquire Nephritis.

Renum pars carnoſa inflammata, dolorem inducit grauem.Com.in Aph.5.lib.6.

Renum partibus membranoſis phlegmone affectis, acris gignitur dolor.ibid.

Renum dolore incipiente quidem, pituitoſi excitantur uomitus, increſcente autem, ac trahente diutius, æruginoſi: ſanguine nimirum tum ob dolorem, tum ob uigilias, corrupto: præcipuè ſi febris acceſſerit, cibiq; abſtinentia. Commentario primo in libr. 6.Epid.cap.5.

Renibus malè affectis, ſi humor aliquis per lotium uacuari incipiat, deriuandum ad aluum eſſe.Com.2. in lib. 6.Epid.cap.7.

Renibus inſeruntur à uena caua & arteria dorſi, uaſa quædam inſignia. Com.1.in lib.6.Epid.cap.5.

Renes potiſsimùm torqueri dolore, dum ægri cibis repleti ſunt.ibid.

Renitens ut ſit tumor, fieri nõ poteſt, membri natura probè coquẽte humores ad ipſum confluentes. Com.in Aphor. 68.lib.5.

Renitẽs ſimile duro apparet, plurimum tamen ab eo ſecundum propriam naturam diuerſum eſt.Com.1.in li.6. Epid.cap.29.

Renixus ortum habet à plenitudine.Commẽ.3.in lib.de Frac.cap.8.

Repellere fluxiones à dolente particula, ſi ante uacuationem tentaueris, corpore pleno exiſtente, humorum abundantiam ad principes partes retrudes.Commentario tertio in lib.3. Epidem. cap.76.

Repellentia, inquire Diſcutientia.

Repentinas repletiones & uacuationes dānari ab Hippocrate. Comm.1. in libr. de Frac.cap.48.

Repletio non lædit primò actionē, ſed intercedente alia affectione. Com.1. in libr. de Nat.hum.cap.1.

Repletio alimenti eſt duplex: una iuxta capacitatem uaſorum : altera iuxta naturam nos diſpenſantem. Comm. in Aph.17.lib.2.

Requies cruditatibus cōgruit. Com.4. in lib.de Rat.uictus in mor.ac.cap.108.

Res ubi eſt confeſſa, abſurdum eſſe, de nominibus litigare. Commenta.3.in Progn. cap.18.

Reſidere appetunt ægri in morbi ſtatu, aut ob reſpirandi difficultatem, aut ob inquietationem, aut ob delirium. Comm.1. in Prognoſt. cap.20.

Reſina eſt calidior quàm aut manna, aut gummi. Com.2. in lib.de Art.cap. 42.

Reſoluta & languida iacere uidentur ægrorum corpora, imbecilliori reddita facultate, quæ ſolet mouere muſculos. Comm.1. in lib.6.Epid. cap.29.

Reſpirantes dolent, paruamq; & crebrā edunt reſpirationem, ob inflammationem lienis, aut uentriculi, aut iecoris, aut muſculorum abdominis. Com.2. in Prognoſt. cap.71.

Reſpirare nonnullos uelo naribus admoto, ut aëris frigiditatem retundant. Com.2. in lib.6.Epid.cap.23.

Reſpiratio fit per neruos à cerebro ad thoracis muſculos peruenientes. Commen.1.in Prorrh.cap.4.

Reſpiratio tuetur moderationem caloris inſiti. Comm.5. in lib.6.Epid.cap.5.

Reſpiratio ſublimis etiam citra febrem accidit iis, qui propriè orthopnoici, aſthmaticique uocantur. Commen. 2.in libr.3.Epid.cap.4.

Reſpiratio eſt, quum ſpiritus intrò & foràs per os fertur. Commentario in libr. de Salub.diæta, cap.2.

Reſpir

Reſpiratio inculpata magni eſt ad ſalutem ponderis. Cõmentario 3. in libr. 3. Epid. cap. 80.

Reſpiratio corrigit lapſus in qualitate ſubſtantiæ noſtræ. Commentario quinto in libr. ſextum Epid. cap. 1.

Reſpiratio parua redditur propter meatus anguſtiam. Commentario quarto in librum de Ratione uictus in mor. ac. cap. 33.

Reſpirationis munus eſſe, ut moderatio caloris in ipſo corde ſeruetur. Commentario ſexto in libr. 6. Epidemion, cap. 1.

Reſpirationis neceſſitas in apoplexiis, excitat neruos thoracis, ut illum attollant. Commentario in Aphor. 42. lib. 2.

Reſpirationis defectus in periculum ſuffocationis adducit. Commẽ. 2. in lib. 3. Epid. cap. 4.

Reſpirationi adeſt duplex motus, inſpiratio ſcilicet, & expiratio. Com. in Aph. 68. lib. 4.

Reſpirationem ſublimem dici ab Hippocrate illam, qua ſublimes thoracis partes, ad ſcapulas uſque mouentur: qualis accidit non in angina modò, uerùm etiam in peripneumonia, & in purulentorum affectibus. Commentario ſecũdo in lib. 3. Epid. cap. 4.

Reſpirationẽ uocari eam delationẽ ſpiritus, quæ in uniuerſo corpore ab arteriis fit uerſus aërem ambientẽ. Commentario 6. in libr. 6. Epid. cap. 3.

Reſpirationem eſſe naturalẽ actionem. Com. 3. in libr. de Off. cap. 36.

Reſpiratione priuatum animal ſuffocari, non ob ſubſtantiæ penuriam, ſed quòd calor natiuus tunc uentilatione deſtituatur. Commentario 4. in librum de Ratione uictus in morb. ac. cap. 35.

Reſponſio quidem ferox in eo qui naturâ ſatis compoſitâ eſt, prænũtiat phrenitidem;

compoſita uerò in feroci natura, quòd æger in cataphoram, uel lethargum uenturus ſit, ſuſpicionē iniicit. Commentario 2. in Prorrh. cap. 9.

Reſtituenda in naturā priſtinam, eandem uiam, quam confecerant, recurrere debent, hoc eſt, contraria uia regredi. Commen. 1. in lib. de Art. cap. 7.

Retenta excrementa, inquire Excrementa retenta.

Retentrix facultas ineſt uehemens iuuenibus, quòd uergant ad ſicciorem temperaturam. Comm. in Aph. 20. lib. 2.

Retentricis potentiæ imbecillitas, conſequitur ad omnium quæ ad aluum pertinent inſtrumentorum intemperantias. Commen. in Aphor. 12. lib. 1.

Retentricis potentiæ imbecillitas in ueſica fit ab intemperie præſertim frigida. Cōmentario in Aphoriſm. 48. lib. 7.

Reuellenda eſſe, quæ non probè feruntur. Comm. 2. in lib 6. Epid. cap. 28.

Reuulſio fit ad contraria: ſecundum longitudinem quidem, ſupra infráque: ſecundum latitudinem à dextris & à ſiniſtris: ſecundum profunditatem, antè & retro. Commentario in Aph. 68. lib. 5.

Reuulſio humoris molienda eſt, non ſolùm ad uicinas loco affecto partes, ſed etiam ad remotiores. Commentar. ſecundo in libr. de Fract. cap. 54.

Reuulſionem eſſe in contrarium moliendam. Comment. ſecundo in libr. 6. Epid. cap. 9.

Rhombales figuras dici eas, quæ ſunt æquilateræ, non tamen rectangulæ: ſic enim Rhombum definiri ab Euclide. Comm. 2. in lib. de Art. cap. 37.

Rhombus eſt genus uinculi ad ſuturas, quæ diductæ ſunt, agglutinandas, exprimendumq́; humorem. lib. de Faſciis, cap. 6.

Rhom

Rhombum dici primam omnium deligationum. Com. 2.in lib.de Art.cap.37.

Rhombo utimur in capite, ſi uel ſuturas relaxatas adducere, uel expanſas ulceris oras conſtringere, animus ſit: nonnunquàm etiam, ubi cutem retractam reducere uolumus, & agglutinare. Comment.2. in lib.de Off. cap.2.

Rhyas, hoc eſt, diutina oculorum fluxio, fit tripliciter ſecũdum Lycum: nempe meatu quodam, qui à magno oculi angulo ad palatum deſcendit, aut præcluſo, aut obſtructo, aut multis excrementis collectis, adeò ut meatus ipſe præ anguſtia non ualeat omnia tranſmittere: aut denique cicatrice aliqua ipſi angulo obducta. Commentario 2.in lib.6.Epidemion, cap.32.

Rigent qui uruntur, atque ſecantur. Cõ.3.in lib.6. Epid. cap.19.

Rigentibus cum deſipientia ob multam uini potionem, calor natiuus non accenditur, ſed à plenitudine extinguitur, ut ignis, tignorum magna congerie iniecta: & lucernæ flamma, oleo conſertim affuſo. Com.in Aph. 7.lib.7.

Rigere nõnullos ob acre pharmacum ulceri impoſitum. Comment.3.in lib.6. Epid. cap.19.

Rigor ualidus, ex pituita ualde frigida, quæ uitrea dicitur, gignitur: aut ex atra bile. Qui tamen ex frigida fit pituita, is eſt, qui non uehemens ſit, ſed qui ægrè incaleſcit: qui uerò ex atra bile, quandoque utraq; illa, quandoque alterutrum habet. Com.1. in li.6.Epid. cap.8.

Rigor ſæpe bonam aliquam uacuationem præcedit. Commentario tertio in Prorrh. cap.14.

Rigor & febres fiunt, dum ſuppurantur inflammationes. Comm.2.in Prog.ca.58.

Rigor paruus parum ab horrore diſtat. Com.2.in lib.1. Epid.cap.25.

Rigor à frigida uel mordaci cauſa excitatur, quum per ſentiẽtia corpora uehementi motu mouetur. Commentario quinto in libr.6.Epid. cap.31.

Rigor ſolet iudicare febres ardentes. Commentario 2. in lib.1.Epid.cap.75.

Rigor ſingultum efficit, quòd difflationem impediẽs in neruoſis corporibus, ſit in cauſa ut ipſa repleantur. Commentario in Aph.13.lib.6.

Rigor criticus interdum phrenitim per ſudores conſucuit ſoluere. Commentario 1. in Prorrh.cap.13.

Rigor tunc pernicioſus eſt, quum deiiciuntur alba. ibidem.

Rigor eſt concußio partium præter uoluntatem oborta, contrariis motibus, magnis interuallis ſeſe mutuò excipientibus, unà cum frigoris ſenſu. Commentar.1. in libr. 3.Epid.cap.4.

Rigor ſuperueniens lateri cũ dolore æſtuãti, phlegmonen ſuppuraturam indicat. Commentario ſecũdo in Prorrh. cap.31.

Rigor in morbi proceſſu apparens, ſi non attulerit criſim, deterrimus. Commentario 2.in Prorrh.cap.32.

Rigor, ſi incipiat quum iam ægri excernunt, malus. Commentario tertio in Prorrh. cap.14.

Rigor magna ex parte ſolet uomitum bilis efficere. Com. 3.in Prognoſt.cap.39.

Rigor ſine ſudore maius malum. Commen.2. in Prorrh. cap.26.

Rigor iudicatorius ſi ex inquietatione fiat, morbum ſoluit, ſuperuenientibus ſudoribus, uel uomitionibus cõmodis, uel aluo ſoluta. ibid.

Rigori fieri poſſe ut nõ ſuperueniat febris, contrà quàm exiſtimarunt ueteres. Com. in lib.1.Epid.cap.22.

Rigori meritò ſuperueniunt ſudores, atque interdum bilioſi uomitus, deiectionéſque. Commentario 2. in libr.1. Epid.cap.64.

Rigorem nequeuntẽ calfieri, malign

malígniorem eſſe illo, qui tametſi uehementior exiſtat, citiùs tamen diſſoluitur. Cõ. 1.*in lib.*6.Epid.*cap*.8.
Rigorem *fieri ob amaram bilem, quæ cum impetu per ſenſibilia & carnea corpora ad excretionem fertur.*Com. 2.*in lib.*1. Epid.*cap.*64.
Rigorem *atque febrem inducunt acriora medicamenta, quoties in maligna ulcera, aut putrilaginoſam aliquam diſpoſitionem incidunt.* Cõ. 2. *in* Prog.*cap*.58.
Rigorem *fieri, quum flaua bilis corpora permeat ſolida, neque in uaſorum cauitatibus continetur.*Com.2.*in lib.*1.Epid.*cap.*86.
Rigorem *excitari etiam à flaua bile, motu ueloci per mẽbra ſenſibilia delata.* Com. *in* Apho.58.*lib.*4.
Rigorem *efficit flaua bilis, ſolidas permeans corporis partes.*Com.2.*in lib.*1. Epi. *cap.*73.
Rigorem *inducit acrimonia puris, mordens atque corrodens adiũcta corpora.* Cõ.2. *in* Progn.*ca.*58.
Rigorem *cui febris non ſuperuenit, frigidorum eſſe & crudorum ſuccorum ſobolem.* Com.3. *in lib.*1. Epid. *cap.*22.
Rigorem *ſi conſequatur deſidia, mentis læſionem arguit.* Com.1.*in* Pror.*cap.*34.
Rigores *quibus ſuccedunt febres, ex refrigeratione oriuntur.* Comm.*in* Apho. 17. *lib.*5.
Rigores *critici, qui in acutis, ac præcipuè ardentibus febribus, fiunt, flaua bile per ſenſibilia membra exteriùs delata, excitantur.*Com.1.*in lib.*6.Epid.*ca.*9.
Rigores *ſuboriuntur, non modò ex ulceribus, ſed ex abſceßibus etiam, ubi iam ſuppurantur.* Com.3.*in lib.* 6.Epid.*cap.*19.
Rigores *omnes à lumbis & dorſo exoriuntur.* Com.3. *in lib.*6.Epid.*cap.*19.
Rigores *accidunt, bile per uniuerſum corporis habitum mota.* Comm. *in* Apho. 63. *lib.*4.

Rigores omnes incipiunt cum ſenſibili frigore. Comm. *in* Apho.69.*lib*.5.
Robur facultatis indicat cibandum eſſe uberiùs,ſed rariùs.Com.2. *in lib. de* Rat. *uict.in mor.ac.ca*.36.
Robuſtum dicitur eſſe, quod minimè à morbificis cauſis offenditur, & quà premitur,redundantiam, in aliud quodpiam membrum, ope expultricis facultatis, propellit.Com.2.*in lib.de* Nat. *hum.cap*.5.
Robur ad uirtutis functionum uehemētiam refertur. Com. 4.*in li.de* Rat.*uict. in mor. ac.cap*.25.
Robur corporis ut maius reddamus, quàm acceperimus, rarò in ægrotis curamus. Com.*in* Apho. 4.*lib*.1.
Robur naturæ ſeruare, uel augere alimentis, non demoliri, in ſanis corporibus conuenit.ibidem.
Robur extenuatis augentia, inquire Calfacientia *ſimul.*
Romæ ſeptē colles habitabantur Galeni *tempore*. Cō.2. *in lib.de* Nat.*hum.ca*.6.
Romæ, ſicuti aliarum quàm plurimarum rerum præſtantia eſt, ita & fontium pulchritudo & frequētia:quorum nullus aquam aut fœtidam,aut medicatam,aut turbidam, aut incoctilem reddit : quemadmodum neque Pergami. Com.4.*in lib*.6. Epid.*cap*.10.
Romam olim fuiſſe populoſiſsimam. Comm.1.*in lib.de* Arti.*cap*.24.
Romam totius terræ habitabilis,dixit eſſe compendium Polemo Orator.Ibidem.
Romanæ urbis uicus unicus tot incolas continebat olim, quot ſingulæ earum ciuitatum Græciæ, *in quibus fuit uerſatus* Hippocrates. *ibid.*
Rorem uocari nebulam decidentem in terram. Com.1. *in lib*.1.Epid.*ca*.8.
Roſaceum affuſum medetur capitis dolori ab æſtu Solis *illato, febriliq; ardori, nec non eryſipelati ob eximiam caliditatem orto, podagræq; genitæ à biliosa fluxione*. Com.

*Com.6.in lib.6.*Epid.*ca.5.*
*Rubens nimis proluuies, hepatis imbecillitatem ſignificat.*Com.1.*in* Prorr.*ca.2.*
Rubeus color ex ſolius ſanguinis abundantia naſcitur. Com.5.*in lib.6.*Epid.*c.14.*
Rubeus color calidum temperamentum denotat. Com.3. *in lib.3.*Epid.*cap.70.*
*Rubeum urinæ colorem, ſalutarem eſſe: diutinum tamen morbum ab eo ſignificari.*Com.*in* Aph.71.*lib.4.*
*Rubor, ex calore nimio ortum habet.*Com.3.*in lib.de* Frac. *cap.8.*
Rubor in ſuggillatis eſt indicium inflammationis. Com. 2.*in lib.de* Fract.*cap.* 28.
Rubores faciei ſolius, ſanguinis copiam indicant. Cō. 4.*in li.de* Rat.*uict. in mor. acut.cap.26.*
Rubrum ualde quod eſt, eſſe aptum ad melancholiā. Cō. 2.*in* Prorr.*cap.13.*
Ructus eſt flatus per gulam excuſſus. Com.5. *in lib. 6.* Epid.*cap.4.*
*Ructus acidus minimè fit per eas cruditates, in quibus cibi nullum habent concoctionis initium: niſi pituita, præſertim acida, in uentriculo abundet.*Com.*in* Aph.1.*li.6.*
*Ructus, in genere ſpirituum ſunt, flatulentumq́; ſpiritum in ſuperiori uentre generari ſignificant.*Com.3.*in li.1.* Epid.*ca.1.*
Ructus acidi fiunt propter uentriculi frigiditatem, & propter pituitam ſæpius in eo coaceruatam, & propter ciborum multitudinem, aut frigiditatem. Com.2. *in lib. de* Rat.*uict.in mor.ac.c.22.*
Ructus excitari bibētibus ex anguſti orificij uaſculis: idq́; ex ſententia Sabini.Com.2. *in lib.6.*Epid.*cap.31.*
*Ructus acidos fieri per imperfectas coctiones ex frigiditate ortas.*Com. *in* Aph.1. *lib.6.*
Rufa dicuntur medicamenta, quæ decoctam recipiūt æruginem. Cō.3.*in lib.de* Frac. *cap.3.*
Ruminantia animalia, inferiorem tantùm dentium ordinem

dinem habent. Com.1.*in lib.* de Arti.*ca.*29.

Ruminantibus *ineſſe quatuor uentres.* Comm.2. *in lib. de* Nat.*hum.cap.*6.

Ruptio *fit, diuulſa & rupta muſculi parte carnoſa.* Cō. *in* Aph.22.*lib.*6.

Ruptionum *omnium partium ſuppuratarum cōmune ſymptoma eſt exolutio, atq; defectus animi, propter uitalis ſpiritus excretionem.* Com. *in* Apho.8.*lib.*7.

S

SAcer *ignis, inquire* Eryſipelas.

Sacerdotum genus apud gentes olim deſyderabatur, ut liberi in parentum ſacra munia ſufficerentur. Com.*in* Apho.59.*lib.*5.

Sal uim poßidet abſumendi uniuerſam maleficorum humorum ſubſtantiam. Com. 6.*in lib.*6.Epid.*ca.*5.

Sali peculiariter ineſt ſiccitas. Com.2.*in lib.de* Ratio. *uict.in mor.ac. ca.*6.

Salſum nō ad tactum, ſed tantùm ad guſtū pertinet. Cō.1. *in lib.*6.Epid.*cap.*28.

Salſa acribus magis ſiccant, ſed minus calfaciunt. Com. 4.*in lib.de* Rat.*uic.in mor. ac. ca.*8.

Salſuginoſas febres quo ad tactum dici eas, quæ inſtar muriæ morſum quendā tangenti inferunt. Com.1.*in lib.* 6.Epid.*ca.*28.

Sanguificæ facultati ancillatur concoctrix uirtus uentriculi. Com.5.*in lib.*6.Epi. *cap.*1.

Sanguis menſtruus, alterum noſtræ generationis principium, humidus naturaliter eſt. Com. *in* Apho.14.*lib.*1.

Sanguis multus & calidus quibus gignitur, promptè in melancholicam cacochymiam incidunt. Comm.3. *in lib.*3.Epid.*cap.*70.

Sanguis propria uaſa egreſſus, non permanet amplius ſanguis: ſed interdum ſuppuratur, interdum liueſcit, interdū in grumos cogitur, dū præſertim in magnā cauitatē exciderit præter naturā. Cō. *in* Aph.20.*li.*6.

Sanguis

Sanguis coaleſcit, cõcreſcitq́;, quum priuatus perſpiratione, in meatibus hæret, atque refrigeratur. Com. 4. *in lib. de* Rat. *uict. in morb. acut. cap.* 27.

Sanguis plurimus ineſt agentibus quintum & trigeſimũ annum. Com. 1. *in* Prognoſt. *cap.* 33.

Sanguis ſpumoſus expuitur, ſi pituitoſus is fuerit: pallidus, ſi bilioſus: niger, ſi melancholicus: quemadmodum ruber, ſi purus ad thoracem irruerit. Comm. 3. *in lib.* 6. Epid. *cap.* 42.

Sanguis contentus in phlegmone, colorem mutat, ob abundantiam caloris. Cõ. 2. *in lib. de* Rat. *uict. in morb. acu. cap.* 10.

Sanguis extra uenas nigreſcit. Com. 2. *in lib. de* Fract. *cap.* 16.

Sanguis extra corpus in grumum cogitur, atque nigreſcit, deindeq́; praua quadã putredine afficitur. ibid.

Sanguis quibus eſt craßior, dum uenam ſecare uolumus, lauandos præcepit Hippocrates. Com. 5. *in lib.* 6. Epi. *cap.* 29.

Sanguis bonus ut gignatur in hepate, ex cibis in uentriculo non probè concoctis, ſed corruptis, eſt impoßibile. Commen. 4. *in lib.* 6. Epid. *cap.* 25.

Sanguis multus ſi deiiciatur repentè, uenarum ora adaperta fuiſſe à natura, ut abiiceret onus, ſignificat. Cõ. 4. *in lib. de* Arti. *ca.* 41.

Sanguis poſtremus omnium à medicamẽto uacuatur, quòd ſupra alios humores omnes, naturæ familiarißimus ſit. Com. 1. *in lib. de* Natu. *hum. cap.* 38.

Sanguis eſt nobis innatũ corpus. Gal. *contra* Lycum.

Sanguis calore æſtiuo efferueſcens diffunditur: & licet modicus antea fuerit, uix contineri poteſt à uenis, ac proinde graues morbos producit. Cõ. *in* Apho. 15. *lib.* 1.

Sanguis copioſus ſubminiſtrabitur extenuatis particulis, ſi deligẽtur ita, ut plurimum

*rimum integræ partis com=
præhẽdatur:adhibita etiã in
calidæ perfuſione, motione,
ac frictione, omnibus ſcili=
cet moderatis.*Com.3.*in lib.
de* O*ffi.ca.*32.

*Sanguis à pulmone excuſſus,
ſpumans eſt, ſimilis uiſceri.*
Com.*in* Apho.43.*lib.*2.

*Sanguis extra corpus putre=
ſcit.*Com.2.*in lib.de* Fract.
*cap.*28.

*Sanguis niger & fæculentus,
ſi diutius moretur in corpo=
re, & computreſcat, fit ex=
quiſitè atra bilis.* Commẽ.*in*
Apho.24.*lib.*5.

*Sanguis eſt ſuccus mitiſsimus,
familiariſsimusq́; nobis.* Cõ.
1.*in lib.*3.Epid.*ca.*5.

*Sanguis à pulmone reiectus,
neque multus eſt, neque craſ
ſus.*Com.2.*in* Prog.*cap.*51.

*Sanguis gignitur à natiuo ca=
lore: quo extincto, non ge=
nerabitur amplius.* Com. *in*
Apho.12.*lib.*6.

*Sanguis extra uenas ſi diu mo
retur, concreſcit.* Com.2.*in*
lib.de Fract.*ca.*28.

*Sanguis extra corpus ſuppu=
rari non poteſt.ibid.*

*Sanguis extra uenas, ſi à na=
tura quidem uincatur, in
pus conuertitur, ſin autem
eam ſuperet, computreſcit.
ibidem.*

*Sanguis antiquus, floridum
non habet colorem.* Com. *in*
Apho.23.*lib.*5.

*Sanguis menſtruus poſt puer=
perium retentus, aut uterũ
in phlegmonen agit, aut in
aliquam ſuperiorem partẽ
perreptans, proprium illi af
fectum, periculumq́; conci=
liat.*Com.2.*in* Pror.*ca.*47.

*Sanguis ſi deiiciatur in acutis
morbis, poſt deiectiones ni=
gras, pernicioſum.*Com.3.*in*
Prorr.*cap.*37.

*Sanguis extra corpus in ter=
ram fuſus, pro ratione aë=
ris ambientis, uarios ſibi co=
lores contrahit.* Com.2. *in
lib.de* Fract.*cap.*32.

*Sanguis eſt nobis amicus.*Cõ.
in Apho.64.*lib.*5.

*Sanguis non eſt detrahendus
fluente aluo.* Com.4.*in lib.
de* Ratio.*uict.in morb.acu.
cap.*116.

Sanguis

Sanguis ubi inflammatione exuſtus ex toto fuerit, reſiduum eius fit pus, quemadmodum ex lignorum uſtione cinis. Com. in Aph. 47. *lib.2.*

Sanguis ſpumoſus per tuſsim reiectus, ſolius pulmonis portendit ulcera. Comm. *in* Apho.13.*lib.5.*

Sanguis compræhendit in ſe pituitam, atramq; bilem, ac ſeroſum humorem. Com.4. *in lib.6.*Epid.*ca.29.*

Sanguis propriè dictus, non poteſt alter quàm rubeus eſſe.ibidem.

Sanguinis è naribus, ſtillicidij inſtar fluor, cùm iis quæ cerebrum affectum eſſe indicant, ſignum letale exiſtit. Com.3.*in* Pror.*ca.49.*

*Sanguinis è naribus immodicam profuſionem ſiſti, ſecta humerabili uena, quæ è directo reſpondet nari fluxum patienti.*Com.3.*in* Prorrh. *cap.53.*

*Sanguinis miſsio in acutis morbis, etiam ſi dolor hypochondria infeſtet, licet non uſqueadeò iuuet, eſt tamen minus periculoſa, quàm exhibitio pharmacorum.*Com. *2.in lib.de* Rat.*uict.in mor. ac.cap.11.*

Sanguinis detractionem in morbis acutis nullum periculum ſequitur.ibidem.

*Sanguinis ſcopi ſunt tres, magnitudo morbi, florens ætas, & uirium robur.*Com. *4.in lib.de* Rat.*uic.in mor. ac.cap.19.*

Sanguinis detractionem nec puer, nec ſenex, ſuſtinet, etiamſi graui laborent morbo.ibidem.

Sanguinis uacuationem per hæmorrhoidas expectare oportet, ſi & lumbi, & os uentriculi, doleant. Com.3. *in* Prorr.*cap.38.*

*Sanguinis per utranque narem immodicas profuſiones reuelli, ſecta utraque humerali uena.*Com.3.*in* Prorr. *cap.53.*

Sanguinis miſsio præſentiſsimum remedium exiſtit, ubi calor natiuus propè extinguitur, ob ipſius ſanguinis copiam

copiam. Comm. 4. in lib.de Rat.uict.in mor.ac.ca.111.

Sanguinis eruptiones in diuerſum latus partis affectæ, noxias exiſtere.Comm. 3.in Prorr.cap.33.

Sanguinis eruptiones uehementes ſiſtuntur à perfrictionibus.Com.3. in Prorr. cap.42.

Sanguinis alterationi contingit,quod in uinis aceſcentibus accidit. Nam quemadmodum illa,ubi modicè aceſcere incipiũt, poſſunt facilè corrigi:ubi uerò iam ſunt acida reddita, non poſſunt recuperari: ſic ſanguis, ubi magnam corruptionem expertus eſt, non redit amplius ad habitũ naturalem: ſi uerò parum putreſcat,ubi quod ſuperfluum in eo eſt, euacuatum fuerit, quod reſiduum exiſtit,ad ſuam naturam reuertitur.Cõ.in Aph. 17.lib.2.

Sanguinis detrahendi ſcopi ſunt tres,morbi magnitudo, habitus corporis,& uirium robur.Com. 4.in lib.de Ratio.uic. in mor.ac.cap.25.

Sanguinis profluuia in ardentibus febribus, ob præpollentem fiunt bilem,quæ mixta ſanguini,ipſumq; adurens,atque unà cum eo plurimum caloris ad caput ſubuehens,tandem ruptis nariũ uenis,hæmorrhagias efficit. Com.2.in lib.1.Epi.ca. 66.

Sanguinis miſsione non eſſe utendum,ambiente exiſtente abundè calido & ſicco, etiamſi morbus magnus fuerit,florensq; ætas. Com.4. in lib.de Rat.uict.in morb. acu.cap.19.

Sanguinis miſsionẽ priùs celebrandam eſſe, ubi uitioſi aliqui humores in partem aliquam cõfluunt,quàm purgationem.Com.4.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.ca.22.

Sanguinis detrahendi ſcopos dixerit aliquis duos,magnitudinem morbi, & uirium robur.Com.4.in lib.de Rã. uic.in morb.acu.cap.19.

Sanguinis profluuia iuuenibus accidunt, aut quia uulnerãtur,aut quia frangun- tur

tur,aut ſaliunt,aut clamant, aut refrigerantur, aut humi cubant,aut replentur. Com. *in* Aph.29.*lib*.3.

Sanguinis è naribus fluxus, maximè uiget in adoleſcentibus.ibid.

Sanguinis fluxus per nares ardentibus febribus familiariſſimus eſt. Commẽ.2.*in lib*.1. Epid.*cap*.75.

Sanguinis prima quidem die, ſeſquilibram, poſtridie libram, tertia die uncias octo detraxit Galenus *mulieri cuidam extenuatiſsimæ, cui menſes ſuppreſsi fuerant per octo menſes.Com.3.in lib.6.* Epid.*cap*.29.

*Sanguinis immoderatæ profuſioni è naribus, uenæ in cubito ſectio confert plurimũ, ueluti reuellens præſidium. Cõ.3.in li.6.*Epid.*cap*.21.

*Sanguinis diſpenſationẽ fieri à regiõibus,quæ iuxta hepar ſunt. Cõ.5.in li.6.*Epi.*ca*.6.

Sãguinis miſsione mederi Hippocratem *iis,in quibus ſeruata proportione humores omnes augentur.Cõ.in* Aph. 8.*lib*.2.

Sanguinis uomitus abſq; febre periculo uacat, aſtringentibusq́; curatur:cum febre autem,nõ uacat periculo.Com. in Aph.37.*lib*.7.

Sanguinis naturalis color eſt ruber.Com.1.in lib.3. Epid. *cap*.16.

Sanguinis trãſmutatio ſimpliciter mala, cum putrefactione fit olida:ſicuti quæ optima eſt,exiſtit ipſa partium animalis nutritio. Com.in Aph. 47.*lib*.2.

Sanguinis per nares uacuatio ſola eſt innoxia. Cõ.*in* Aph. 33.*lib*.5.

*Sanguinis ſtilla per nares, comitatur ardẽtes febres malignas:ut mites profluuia ſanguinis.Cõ.3.in li.3.*Epi.*c*.35.

Sãguinis omnis ſtilla è naribus pernicioſum eſt ſignũ.ibid.

Sanguinis eruptiones non fiunt,qui antea ſunt arefacti. Com.2.*in* Prorrh.*cap*.6.

Sanguinis rubri ſtilla,haud eſt in morbo exitiali uiſa unquã, ſed atri ſemper.Com.3.in li. 1.Epid.*cap*.18.

Sanguinis detractio iuuat iecinoris ſpleniſq; dolores, atq;

z

uniuerſas collectiones morborum. Com.4.in li.de Rat.ui. in mor.ac.cap.21.

Sanguinis detractio debet præcedere purgationem in tumoribus præter naturam. ibid.

Sanguinis profluuia, quæ non fiunt recto tramite, ſunt mala. Com.in Aph.21.li.1.

Sanguini ſi præcludatur aditus ad alterum coniugatum membrum, confluit ad alterum. Cō.3.in li.de Off.c.32.

Sanguinem interdum mitti, etiamſi plethora non adſit. Com.4.in li. de Rat.uic.in mor.ac.cap.19.

Sanguinem nō eſſe neceſſariò mittendum, ubi adeſt plethora.ibid.

Sanguinem detrahebant ſibi & iumentis homines ætate Galeni, ad finē ueris, ut æſtiuos morbos, effugerent. Cō. in Aph.15.li.1.

Sanguinem detrahendum non eſſe in illis, in quibus in aliū humorem inſigni mutatione conuerſus fuerit. Com.3. in li.6.Epid.cap.43.

Sanguinem detrahendum non eſſe in calidioribus anni temporibus, ut ſub exortu Canis: neq; in naturis biliosis admodum. Com.3.in lib.6. Epid.cap.44.

Sanguinem ſi quis tuſsiens ex pulmone emiſerit, uel abſq; febre, uerēdum eſt, ne curari non poſsit: quod ſymptoma ſi perdurauerit, febris etiam ſuccedet. Comm.in Aph.37. lib.7.

Sanguinem expui à nonnullis ob coſtarum affectus, citra læſionem pulmonis. Com.3. in lib.de Art.cap.58.

Sanguinem uberiùs quidē detrahimus, ſi dolor acutus ſit uſque ad animi autem deliquium, non quòd acutus ſit dolor, ſed ſi uirtus uegeta fuerit, floruerit ætas, ſanguis abundauerit, & laborantis natura tum denſior, tum durior, ægriúſq; perſpirabilis, & copioſi ſanguinis fuerit: anni etiam tempus & temperamentum eucraton, regióq; ſimiliter temperata. Com.4.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.cap.74.

Sanguinem reddunt craßiorē medicamenta aſtringentia, quæ cōcoquēdi uim poßidēt. Cō.3.in li.6.Epid.cap.22.

Sanguinem uitioſiorem excerni ſingulis mēſibus, fœminis. Cō.2.in Prorrh.cap.47.

Sanguinem eſſe nō calidum et humidum, ſed temperatum. Com.1.in lib.de Nat.hum. cap.44.

Sanguinem & pus, ubi quis minxerit, omnium inſtrumē torum, quæ urinæ inſeruiūt, ſunt ſigna communia. Com. in Aph.81.lib.4.

Sanguinem detracturus Hippocrates, ætatem & uires ægri conſyderabat.Com.1.in li.3.Epid.cap.3.

Sanguine copioſo detracto reſtituit Galenus matronam quandam, cui iam per octo menſes ſuppreſſæ erant menſtruæ purgationes, quæq; extenuatiſsima erat.Com.3. in lib.6.Epid.cap.29.

Sanguine qui in totum ſpargitur corpus, pituitoſiore exiſtente, rubicundior ſanè erit, qui in inflammato latere continetur: ut nigrior, ſi rubidus ille uideatur. Com.2.in li.de Rat.uic.in mor.ac.cap.10.

Sanguine ceu inſtrumento natura utitur, ad expellēda infeſtantia.Cō.in Aph.53.li.5.

Sanguine alicui detracto, inedia iniungenda eſt, uinúmq; circuncidendum. Com.4.in lib.de Rat.uic.in morbis ac. cap.116.

Sanguineum humorem ultimum omnium excerni, in purgationibus immoderatis. Commentario 3. in Prorrh. cap.37.

Sanitas eſt naturalis temperies. Com.in Aph.39.li.4.

Sanitas moderantia quædam exiſtit.Commen.in Aph.4. lib.2.

Sanitas primorum corporum, eſt commoda temperatura. Præfat. Commentarij lib.1. Epid.

Sanitas conſtat ex ſymmetria quatuor elementorum, caliditatis, nempe, frigiditatis, humiditatis & ſiccitatis.Cō. ſecundo in libr.1. Epidem. cap.7.

Sanitatis autores eſſe quatuor humores, ubi ex æquo ſunt inter ſe moderati, ex ſententia Hippocratis. Com.1.in li.3.Epid.cap.4.
Sanitatem eſſe calidi, frigidi, humidi, & ſicci temperiem. Gal. contra Iulianum.
Sanitatem eſſe bonã ſimilariũ partium temperaturã. Com.2.in lib.1.Epid.cap.46.
Sapa (quam ſiræon & hepſema uocant) ex cocto muſto conficitur: & quò dulcior uino redditur, eò & colore nigrior, & ſubſtantia craſſior apparet. Cõ.3.in lib.de Rat. uic.in mor.ac.cap.2.
Sapor dulcis quidem à modica proficiſcitur caliditate: acris autem, in uehementer conſiſtit calfacientibus. ibidem.
Sapores ſunt ſenſibilia guſtus. Cõ.1.in li.6.Epi.c.28.
Σαρκάζειν eſt utroq; dentium ordine aliquid apprehendere. Cõ.1.in li.de Art.ca.29.
Satyrum Quinti diſcipulum, ante Pelopem, habuit præceptorem Galenus. Comm.1.in Prorrh.cap.5.
Satyri pinguntur oblongas quaſdam eminẽtias propter aures habentes. Comm.3.in lib.6.Epid.cap.14.
Scalptus dicitur frictio quædã & motus, quem per ungues in pruriẽtibus particulis animalia moliuntur, ab ipſa natura edocta. Com.5.in lib.6. Epid.cap.4.
Scalpũt ægri particulas, à ſuccis mordentibus, ut faciãt id, excitati. Com.3.in li.1.Epi. cap.1.
Scapha genus eſt uinculi, ad diductam frontis cutem adducendam. li.de Faſc.cap.12.
Scarificatio euacuat omnes humores ex æquo. Commen.in Aph.17.lib.2.
Scirrhoſi affectus uiſcerum per abſceſſus ſoluuntur magis quàm per ſanguinis eruptiones. Com.3. in Prorrh. cap.72.
Scirrhus eſt tumor præter naturam, durus, abſq; dolore. Com.1.in lib.6.Epid. cap.1.
Scirrhus eſt tumor durus & indolens. Com.in Aph.34. li.4.& Com.4.in li.de Ra. uic.

uic.in mor.ac.cap.21.
Scirrhus hepatis morbus diutinus exiſtit. Comm.in Aph. 62.*lib.*4.
Σκολίωσις *eſt peruerſio ſpinæ in latera.* Commẽ.3.*in lib.de* Art.cap.2.
Screari difficulter non modò materiã glutinoſam, et craſſam, ſed etiam admodum tenuem, aquoſámq; ut quæ ipſi ſpiritui circunfluat. Com.2. *in* Prog.cap.43.
Screatio fit prompta & facilis, quoties nec uehemens in thorace dolor infeſtat, nec uires deſunt.ibidem.
Screatio ſpumans ex acri & pituitoſa ſubſtantia conflatur. Com.2.*in* Prognoſtica, ca.47.
Screationis prima & continua cauſa eſt ſpiritus. Com. 2.*in* Prog.cap.43.
Screatus frequens inaníſq; eſt phreniticus. Commenta.1.*in* Prorrh.cap.6.
Screatus eſt uoluntaria functio.ibid.
Screatus frequens, & propter os uentriculi ex humiditate imbecillũ: & propter cerebrum humore prægnãs, oritur. Com.1.*in* Prorrhet. cap.12.
Scripturas ueterum in obſcuris libris, recentiores pro arbitratu mutabant. Com.3. *in* Prorrh.cap.21.
Scythæ ſunt temperamento humidiori. Com.3. *in lib.*3. Epid.cap.70.
Scythia eſt regio frigida. Cõ. 2.*in* Prog.cap.40.
Sectio corporum plurimum ad artem conducit. Com.3.*in li. de* Art.cap.28.
Sectio dolorem à membris, in quibus multum puris eſt collectum, explodit. Com.6.*in lib.*6.Epid.cap.5.
Secundæ pendent ex oris uaſorum quæ in uterum deſinunt. Comment.*in* Aph.45. *lib.*5.
Secundæ contentæ in utero, ab ſternutatione rũpuntur. Cõ. *in* Aph.34.*lib.*5.
Secundæ inter purgationes puerperæ annumerantur. Commentario 2. *in* Prorrh. *cap.*47.

Secundæ pendent à uenis illis, quæ aperiuntur in uteri capacitatem. Com. in Aph. 60. lib. 5.

Secundas à quibuſdam uocari uteros. Com. in Aph. 35. li. 5.

Sedimentum tenue eſt album, quia recipit in ſe ſplendorem circunfiui aëris. Comm. 2 in Prog. cap. 28.

Sedimenti concocti integrè, proprium indicium eſt ipſa æqualitas. Com. 2. in Prog. cap. 28.

Sedis muſculo nerui inſerti, ſi reſoluantur, præter uoluntatem effluet ſtercus. Comm. tertio in lib. 6. Epidemion, cap. 17.

Sedis muſculi, quorum munus eſt ſedem claudere, per frigora conſtringuntur: ſi uerò foueantur calida, molleſcunt & relaxantur. Com. 5. in li. 6. Epid. cap. 27.

Sedis diſpoſitionibus amicum quidem eſt calidum, contrarium frigidum, quòd neruoſa particula exiſtat. Com. in Aph. 32. lib. 5.

Semen genitale, paucam omnino terream ſubſtantiam participat: plurimum autem aëris calidi humidiq; in ſeipſo continet. Com. in Aph. 14. lib. 1.

Semen eiaculatur expreſſum contentione ſeminalium uaſorum, nequaquam ab ſpiritu pulſum. Com. in Aph. 63. lib. 5.

Semen, quod ex ſeroſo humore, & ſpiritu qui in eo continetur, conſtat, quàm maximè paucum in ſenibus eſt: plurimum autem in creſcentibus, præcipuè in nuperrimè natis. Gal. contra Lycũ.

Semen humidius, ſicciori utero magis conuenit, ſiccius humidiori, calidiori frigidius, calidius frigidiori. Com. 1. in lib. Hip. de Nat. hum. ca. 11.

Semen fuit materia, ex qua in primo ortu ſolidiores animalis particulæ gignerentur. Com. in Aph. 15. lib. 1.

Semen quod in ſiniſtro continetur teſticulo, ſeroſius eſt, & frigidius. Com. in Aph. 48. lib. 5.

Seminis uacuatio naturalis

exiſtit,

existit, non ſecus quàm urinæ, & ſtercoris. Com.3. in li. 6. Epid. cap.17.

Semini debere ſuam generationem cõplures noſtri corporis partes. Com.1. in li. de Nat. hum. cap.35.

Semini miſcetur ſpiritalis ſubſtantia. Commẽ. in Aph. 63. li.5.

Semen profluere etiam à fœmineis teſticulis per utrunq; cornu: hoc quidem, in dextrum uteri ſinum: hoc uerò in ſiniſtrum, diſsimile exiſtens. Com. in Aph. 48. li.5.

Semen excernit fœmina in coitu. Com. in Aph. 10. li. 4.

Semen ex ſanguine augeri & nutriri. Com.1. in li. de Nat. hum. cap.35.

Semine plurimo, & fœcundiſsimo, abundant temperaturæ calidiores & humidiores. Com. in Aph. 63. li.5.

Semirrhombus genus eſt uinculi, quod Nauicula, & Lepus ſine auribus, dicitur. lib. de Faſc. cap.23.

Semitertiana eſt longè, quàm tertiana, deterior. Com.3. in lib.1. Epid. cap.5.

Semitertiana inuadit tertio quoque die, non tamen deſinit integrè. ibid.

Semitertiana caret acceſsione cum rigore incipiente. ibid.

Semitertiana nec ſoluitur cum excretione, nec ſecundam diem puram ſortitur. ibid.

Semitertiana exquiſita oritur à flaua bile, et humore crudo, ex æquo miſtis: quæ febris urbi Romæ exiſtit familiariſsima. Com.2. in lib.1. Epi. cap. 25.

Semitertiana cum horrore inuadit, atque cum reduplicationibus habet exacerbationem, non tantum priori die, ſed & poſtridie, minorem tamen, minus quàm horrificam. ibidem.

Semitertiana eſt periculo obnoxia, miniméque intermittens. Commentario ſecundo in librum ſextum Epidem. cap.22.

Semitertianæ totum circuitum eſſe plurimum quadraginta octo horarum. Com.1. in li. 1. Epid. cap.22.

Semitertianã ſuccedere flauæ bili, crudóq; humori, ubi ſimul redundant. Com.3.*in li.* 1.Epid.*cap.*21.

Semitertianã dici nullam febrem, quæ integrè deſinat. Commenta.2.*in lib.*6.Epid. *ca.*22.

Semitertianam conſiſtere in humore inæquali, qui partim amara bile, quæ acris eſt partim pituita putreſcente, conſtat. Com.1.*in lib.*1. Epi. *cap.*22.

Semitertianam dici eam febrẽ quæ non intermittitur integrè, ſed horrificas primo quidem die facit repetitiones, atque altero unam ſimplicẽ acceßionem. Com.3.*in lib.*1. Epid.*cap.*5.

Semitertianam uocari etiam febrem, quæ quum ultra tria interualla producat ſuam acceßionem, repetitiones cum horrore habet, ſecundáque die acceßionem facit abſq; ulla repetitione. Com.2.*in li.* 6.Epid.*cap.*22.

Semitertianam dici letalem Hippocrati.*Commentario* 3. *in librum primum* Epidem. *cap.*5.

Semitertianarũ quædã utraq; incedunt uia, earum nempe febrium, quæ deſinunt integrè, & earum quæ minimè: quædam altera tantum, earum nempe quæ ad integritatem non ueniunt. Com.3.*in lib.*1.Epid.*cap.*2.

Senectus eſt plena curarum. Commentario *in* Aphor.31. *lib.*3.

Senex propter uirium imbecillitatem non fert ſanguinis detractionem. Com.4.*in li.* de Rat. *uic.in morbis acutis, cap.*19.

Senes ſunt ſolidis quidem corporis partibus, ſicci: copia autem excrementorum, humidi. Com. *in lib.*de Salub. *dieta, cap.*7.

Senes admodum, ex nullo morbo magis quàm natu minores conualeſcunt. Commẽtario *ſecundo in* Prognoſtic. *cap.*69.

Senes uirides, ſemicaníq;, ex quibuſdam morbis recuperantur facilius quàm conſiſtentes

ſtentes ætate. Commen. 2. in Progn.cap.69.

Senes coaceruant humorem crudum non paucum, propter concoctricis facultatis imbecillitatem.Cõ.in Apho. 26.lib.3.

Senes fiunt ſomnolentiores, dum pituitoſa excrementa uberiùs aceruantur in cerebro:magis autem uigiles,dũ exactiùs illa excernuntur. Com.in Aph.31.li.3.

Senes partes quidem ipſas ſortiuntur ſiccas:vacuitates autem,plenas pituitoſis ſuperfluitatibus.ibidem.

Senes paucis cibis indigent. Com.in Aph.13.lib.1.

Senes ſunt alendi parciùs, ſed crebriùs. Com.in Aph. 13.lib.1.

Senes magna ex parte nec corripiũtur acutis febribus, ut iuniores: & ſi quando, quamuis rarò,eis corripiã-tur,intereunt.Com.in Aph. 14.lib.1.

Senes ratione ſolidarum partium egent calida & humida uictus ratione.Comm.in lib.de Salub.diæta,cap.7.

Senes,ſed non decrepiti,facilè inediam ferunt. Com.in Apho.13.lib.1.

Senes, qui ad extremum peruenerunt ſenectutis,perferre inedias longas non poſſunt.ibidem.

Senum plures perpetuò uigilant,quia ſenectus plena curarũ eſt,& corpus eis exiccatum. Comm. in Apho.31. lib.13.

Senibus admodũ,omnia ſymptomata ſunt periculoſa. Com.in Aph.34.lib.2.

Senibus exiguum calidum ineſt,ſiue quis ad qualitatem ſermonem transferat, ſiue ad ſubſtantiam.Commen.in Aph.14.lib.1.

Senibus minimè oboriuntur abſceſſus per febres longiores.Com.3.in Prog.ca.26.

Senibus ſunt omnes particulæ exangues. Galenus contra Lycum.

Senes,quòd ſuperfluas ſemper humiditates ob naturæ imbecillitatem coaceruẽt,ſi eis accedat ambientis calor,

putrilaginoſæ corruptioni ſuccorum eſſe opportuniores iuuenibus.Com.3.in lib. 3.Epid.cap.22.

Seneſcentibus ineſt minimum innati caloris.Galen.contrà Lycum.

Senilis ætas eſt frigida & humida.Com.in lib. de Salub. diæta,cap.7.

Senilis ætas omnium frigidiſſima eſt.Comm.4.in lib.6. Epid.cap.14.

Senilia corpora,ægrè ſoluuntur in halitum, quòd nimirum præ frigore & ſiccitate, ſubſtantia eorum induruerit.Gal.contra Lycum.

Senilia corpora exiſtunt frigida.Com.in Aph.14.lib.1.

Seniores, ſi circa uictum incontinentes ſint, magis ægrotant iuuenibus,ut qui illis ſint debiliores.Comm.in Apho.39.lib.2.

Senioribus omnia mala peiora fiunt,propter ætatis imbecillitatem.Com.in Apho. 41.lib.7.

Senſui euidentia,non ratione, quam ſibi unuſquiſq; fingat,ſed experientia,ſunt iudicanda.Comm.3.in lib.6. Epid.cap.19.

Senſum eſſe nobis tributum ad inuentionem eorum, quæ inueſtigamus.Com.1.in lib. de Offi.cap.4.

Senſus exteriores ſunt quinque,uiſus, auditus, olfactus, guſtus,& tactus. Gal. contra Lycum.

Senſibilis uis tota ſemper ad uehementiorem dolorem diſtrahitur.Com.in Aph.46. lib.2.

Senſibilium ſenſui eſſe commiſſum iudicium. Com.1.in lib. de Offi.cap.4.

Senſibilia propriè dici ea,quæ præter ſenſum, nullã aliam facultatem, ut cognoſcãtur, deſiderant: impropriè autẽ ſenſibilia uocari, quæ à pluribus ſenſibus, memoriaq; & ratione componẽte, colligenteq;,diiudicãtur. Com. 1.in lib.de Offi.cap.3.

Senſibiliora omnia, magis affliguntur à dolorificis cauſis.Com.1.in lib.6.Epi.c.1.

Septenarium circuitum eſſe uali

ualidiorem cæteris decretoriis diebus. Com.3.in Prog. cap.1.
Septimus dies eſt terminus peracutorum morborũ. Cõ. in Apho.59.lib.4.
Septimi quartus eſt index. Com.1.in Prorr.cap.1.
Septimana quarta inchoatur à die uigeſimoprimo. Com. 3.in Prog.cap.1.
Septimanæ tres complent uiginti dies. Com.3.in Progn. cap.1.4.& 5.
Septimanæ ſecundæ octauus dies eſt principium: tertiæ, decimusquartus. Commẽ.in Apho.24.lib.2.
Septimanas primas duas, à ſe inuicem ſeparari: tertiam autem primæ coniungi. Cõ. 3.in Progn.cap.1.
Septimanas primas tres, in uigeſimum: ſequentes uerò tres, in quadrageſimũ terminari. Com. in Apho. 24. lib.2.
Septimũ febris circuitũ nunquam uidit Galenus. Com. 3.in lib.1.Epid.ca.2.
Septum tranſuerſum ſeparat ab infernis ſupernas animãtis partes. Com.2. in lib. de Nat.hum.cap.6.
Septum tranſuerſum incipit ab oſsis pectoris termino: atque hinc ſenſim obliquè deſcendens, tum intrò, tum infrà, ad lumbos peruenit. Cõ. 2.in Prorr.cap.10.
Septum tranſuerſum ueteres appellarunt phrenas, quòd delirium promptiſsimũ inferat. Com.1.in Prog.ca.28.
Serena tempeſtas dicitur, quæ ſicca gelidaq; quum ſit, à uentis omnino ſilet. Com.3. in lib.3.Epid.cap.1.
Sermonẽ dici ſolam uocẽ humanam, qua inter nos colloquimur. Comm. 3. in lib.3. Epid.cap.74.
Sermones ex iis eſſe, quæ ſi à Medicis ad ægrotãtes, prout decet, aut etiam ſecus, habeantur, uim maximam poſſident. Commẽ.4.in lib. 6. Epid.cap.9.
Seroſa lactis pars obtinet uim detergendi: quare in corporibus mollibus, quaſdam per ſumma facit ulcerationes. Com.

Com.in Apho.24.lib.3.

Seroſa quædam & tenuis humiditas ineſt omnibus ſuccis.Comm.2.in lib.6.Epid. cap.37.

Seroſam humiditatē, ſi quando redūdet, uacuari aut per aluum, aut per ueſicam, aut per ſudores.Com.1.in li.6. Epid.cap.9.

Seroſæ humiditates differunt inter ſe, pro ratione humorum quibus inſunt. Ac moleſtiſsima quidem atræ bili ineſt: minus moleſta, flauæ: adhuc minus, pituitæ: omniū uerò mitiſsima ineſt ſanguini.Comm.2.in lib.6.Epid. cap.37.

Serum lactis, ſale & melle conditum, auxiliatur iis, quibus præcordia murmurant, nempe aluum ipſorum proritans. Cō.in Aph.64. lib.5.

Serum pituitæ gignit timorē, cum torpore quodam atque perfrigeratione. Com.2. in lib.6.Epid.cap.37.

Serum lactis ſecerni à caſeo per oxymeli, ubi lac ipſum coxeris: necnon ſi uas æneū plenum frigida continenter in lac demiſeris.Com.4. in lib.de Rat.uict.in morb. acu.cap.7.

Sexageſimus dies eſt decretorius.Com.3.in Progn.cap. 1.& Com.in Aph.24.li.2.

Sextus dies malè iudicat, neque integrè diſcutit morbū, ſed imperfectè: & ſiquando integrè diſcutit, prorſus efficit recidiuam. Comm.3.in Progn.ca.1.

Sextum diem nunquam iudicare fideliter.Com.3.in lib. 3.Epid.cap.83.

Sextū diem iudicare, ſed malè.Com.in Aph.23.lib.2.

Sicca, cuiuſmodi eſt lapis, tegula, aurum, argentum, & æs, non putreſcunt. Com.3. in lib.3.Epid.cap.1.

Sicciora excrementa deiici, ob externarum partium frigiditatem, & facultatis inteſtina conſtringentis imbecillitatem, ac tum retentricis, tum illius, per quam ea quæ in uentre concocta ſunt, in iecur diſtribuuntur,

robur

robur: inſuper propter obtuſum inteſtinorum ſenſum, adeoq́; cibos omni mordacitate carentes. Com. 5. in lib. 6. Epid. cap. 28.

Sicciora reddi corpora noſtra, quò prouectiores ætate efficimur. Com. 1. in lib. de Arti. cap. 62.

Sicci temperamenti ſunt, duri gracilesq́;. Com. in lib. de Salub. diæta, cap. 5.

Siccitas linguæ nulli ineſſe tanta naturaliter poteſt, ut ob eam balbutiat. Comm. in Apho. 32. lib. 6.

Siccis expedire humidiorem uictus rationem. Com. in lib. de Salub. diæta, cap. 5.

Siccitates imbribus ſalubriores, & minùs letales exiſtere. Præf. Commẽ. 3. in lib. 3. Epid.

Signum, inquire Indicium.

Signũ dici poteſt, quoduis decretoriũ ſymptoma: indiciũ autem, nequaquam. Com. 3. in Progno. cap. 39.

Signa exitialia mortem prænuntiant. Com. in Apho. 12. lib. 1.

Signa iudicatoria ſunt, ſanguinis fluxus, rigores, largum profluuium alui, & ſimilis uomitus, dolor capitis repentè inuadens, difficilis reſpiratio, uehemẽsq́; præter rationem eueniens, oris uentriculi morſus, ilia citra dolorem extenta, uigiliæ plurimæ, delirium, nox abſque ratione moleſta, acceßio anticipans, lachrymæ inuoluntariæ, nihil patientibus oculis, neq; ex mœrore prouenientes: rubor faciei, labrũ inferius tremulum, lucida, uel obſcura, uel tenebricoſa quædam oculis obuerſantia, hallucinationes quædã, naſus uel malæ repentè rubeſcentes, parotides, aut omnino materiæ alicuius in articulum decumbentis generatio, atque alia id genus ſymptomata: quæ omnia, morbo iam cocto ſuperuenientia, futuram ſtatim ſanitatem denuntiant: crudo autem, longitudinẽ morbi, aut perniciem. Comm. in Apho. 12. lib. 1.

Signa coctionis,ſemper ſunt bona:iudicationis non ſemper.ibidem.

Signa ſignificantia affectum in laterali morbo,ſunt febris acuta unà cum difficultate reſpirationis, & tuſsi, & dolore lateris pungenti ſimili. Quòd autem dolor ad hypochondria,aut ad claуem perueniat, aſsidentia uocãtur:ſicuti,et quòd facilius in latus affectum, quàm in alterum,æger decumbat. ibidem.

Signa & indicia poſſunt dici ea ſola,ex quibus licet ſcrutari aliquid de ſalute & abolitione ægrotantis. Com. 3.in Progn.cap.39.

Signa decretoria,genere ſymptomata exiſtũt,futuras excretiones ſignificantia, aut abſceſſus.ibidem.

Signa coctionis inuadũt nunquam in primo ſtatim morbi principio:terminant autem illud principium, quod eſt pars totius morbi. Com. in Apho.12.lib.1.

Signa cruditatis cum primo ſtatim morbi principio inuadunt, & nonnunquam poſterius apparent, ſicuti & mortis ſigna.ibidem.

Signa eiuſdem ſpeciei, ſiue generis,ſunt,quæ in una aliqua fiunt affectione.Com.1. in Prorr.cap.2.

Signa morborũ propria, neceſſariò debent aut perpetuò,aut illis ſolis contingere.Com.1.in Prorr.cap. 4.

Signa paſsionis ſignificatiua, & aſsidentia, diſquire Symptomata.

Signorum iudicatoriorum,& coctionem indicantium, diuerſas naturas eſſe. Com.in Apho.12.lib.1.

Signorũ diuerſi generis connexio prorſus inutilis eſt. Com.1.in Prorr.cap.2.

Signorum uires eſſe expendendas,conferendasq́;. ibid.

Signorum alia eiuſdem generis ſunt:alia diuerſi. ibid.

Signa eadem eſſe & maxima,& ad cognoſcendum facillima.Cõ.1.in lib.de Offi. cap.1.

Signa nunquam uerti in contrarium

trarium aſſolet,ſed ſemper magis aut minus,malum aut bonum ſignificant. Com.3. *in* Progn. *cap.*39.

Sima figura efficitur, ubi decliuis figura cum accliui,uel plana, iungitur. Com. 2. *in lib.de* Offi.*cap.*2.

Simia cùm aliis, tum oßium ſtructura,homini ſimilis eſt. Cō.3.*in lib.de* Art. *ca.*45.

*Simia latius pectus ſortitur, quàm animalia cætera:magis autem acuminatū, quàm homo.*Com.3.*in lib.de* Art. *cap.*38.

*Simiæ conſtructio magna ex parte exiſtit humanæ ſimilis.*Comm.3.*in lib.de* Artic. *cap.*98.

Simila craßi eſt ſucci, & boni,humorumq́; acrimoniam coërcet. Comm.4.*in lib.de* Rat.*uict.in morb.ac.ca.*113.

Similares partes ſunt os,chartilago, ligamentum, adeps, membrana,& caro. Gal.*in Præfatione* Comm. *in lib.* Hip.*de* Nat.*hum.*

Similarium corporum, quæ tum exanguia ſunt, tum nullum habent ſinum, ſunt tria genera, ligamentum nempe, neruus & tendo. Com.1.*in lib.*6. Epid. *ca.*1.

Similes morbi ad ſimilia uictus genera ſemper malè ſe habent. Com.*in* Aph.3. *li.*3. *Lege etiam* Aetates *temperatæ.*

Similia à ſimilibus cauſis, minimo negotio afficiuntur. Com.2.*in lib. de* Nat.*hum. cap.*5.

Similia iuuant naturas omni culpa uacantes. Comm.5.*in lib.*6.Epid.*ca.*24.

Similibus ſeruari uniuerſa. Com.*in* Aph.18.*lib.*3.

Similibus,quàm dißimilibus, morbis faciliùs cedēt omnia temperamenta. Commen.1. *in lib.*1.Epid.*cap.*1.

Similioribus morbis ſinguli corripiuntur faciliùs. Com. *in* Apho.39.*lib.*2.

*Similitudinem, dißimilitudinemq́;, quam habent ægri cum ſeipſis,dum rectè ualerent,eſſe ſpectandam.*Cō. 1.*in lib.de* Offi.*cap.*1.

Similitudines non ſolùm uulgares

gares, ſed etiam Medicos eruditos, aliquando decipiunt. Com. in Aph. 2. lib. 4.

Simitas naſo, eiusq; uiis, propriè attribuitur. Com. 2. in lib. de Offi. cap. 2. Aduerte tamen, Candide Lector, in nonnullis exemplaribus legi, καὶ τῶν ὀδόντων, hoc eſt, & dentibus.

Simus exiſtit naſus, cuius partes quidem mediæ, compreſſæ ſunt: elatæ autem, quæ utrinque adiacent. Com. 2. in lib. de Offic. cap. 2.

Simplex compoſito eſt prius, tum natura, tum doctrina. Com. in Apho. 15. lib. 3.

Simplex eſt prius compoſito. Com. 1. in lib. de Offi. ca. 19.

Simplices etiam dicuntur homines, tum qui bonis, tum qui ſunt prauis moribus præditi ſub quadam ſimulatione. Com. 3. in Prog. cap. 2.

Simplicia omnia ſæpe quidẽ perſpicua ſunt: eorum autem compoſitio gignit obſcuritatem. Com. 1. in lib. de Offi. cap. 19.

Sincipitis caluariam eſſe tenuiſſimam, plurimisq; foraminibus peruiam: haberéque ſuturas laxiſſimas: quare tenuia & halituoſa excrementa cerebri, maximè per ſinciput difflari ſunt ſolita, quum ſanus degit homo. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 1.

Singultiunt pueri crebrò, quũ ſunt repleti. Com. in Apho. 13. lib. 6.

Singultus ſuperuenit graui affectui iecinoris, cõpatiente ore uentriculi. Com. in Aph. 16. lib. 6.

Singultus fit à natura, recrementorum expellendorum gratia. Com. 5. in lib. 6. Epi. cap. 3.

Singultus ſedatur eiectis per uomitum humoribus uentriculum infeſtantibus. Quòd ſi à uomitu perſtet, ſignificat uel cerebrum, uel uentriculum, haud mediocri inflammatione torqueri. Com. in Aph. 3. lib. 7.

Singultus accidit hepate inflammationem momentaneã patiente. Cõ. in Aph. 58. li. 5.

Singul

Singultus ſolet ſuperuenire ingenti inflammationi iecinoris,ore uentriculi per conſortiũ affecto. Com.in Aph. 17.lib.7.
Singultus eſt talis affectus ſtomacho,qualis conuulſio muſculis.Com.in Aph.3.li.7.
Singultus accidit humoribus infeſtantibus nonnunquàm totum uentriculum : nonnunquàm os eius, & gulam.Cõ. in Aph.3.li.7.
Singultus eſt prauum ſignum in ſupra modum purgatis. Commen.in Aph.41.li.7.
Singultus eſt ueluti conuulſiua quædam oris uentriculi affectio, quòd ex humorum copia grauatur, uel mordetur, uel à frigore contriſtatur.Com.1.in Prorrh.ca.23.
Singultum eſſe conuulſionem oris uentriculi.Com.in Aph. 4.li.5.
Singultum fieri, quum uentriculus ad excernenda ea humida,quæ tunicis obſtinatiùs adhærent, mordentéſq; habent uires, excitatur. Com. 2.in Prorh.cap.59.
Singultum excitat piper tum per ſe, tum ex melle uoratũ, ſi poſt id quis uinum biberit, aqua calida temperatum. Com.in Aph.39.lib.6.
Singultum rigor ac frigiditas efficit, prohibens difflationẽ in neruoſis corporibus : ac proinde ea implens. Com.in Aph.13.li.6.
Singultum fieri in ore uentriculi morſus ratione. Com.in Aph.1.li.5.
Singultum fieri à plenitudine, uel inanitione. Cõ. in Aph. 13.lib.6.
Singultum ſanari ſuperueniente ſternutatione. Cõ.in Aph. 35.li.5.
Singultum eſſe conuulſionem oris uentriculi, uel motum præter naturam, eiuſdem cum uomitu generis, ſed intentum atque eo uehementiorem. Commẽ.in Aph.39. li.6.
Singultum eſſe motum præter naturam. Comm.3.in lib.de Offi.cap.36.
Singultu exploduntur quæ penitiùs ipſum oris uentriculi

corpus infeſtant. Cō.in Aph. 39.li.6.
Singultus ab inanitione orti, ferè incurabiles ſunt: à pleni tudine autē, per ea quæ inſarcta ſecant, abſtergúntq;, ſanantur medicamenta. Commenta. 4. in li. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 69.
Singultus ſunt motiones quædam ſtomachi conuulſificæ, ortæ ab immodica uel inanitione, uel repletione. ibid.
Singultus ab inanitione rariùs cōtingūt. Cō. in Aph. 13. li. 6.
Singultus fiunt propter affectum uentriculi. Com. 2. in li. de Fract. cap. 23.
Singultuoſa in febre, acetum eſt formidandū. Com. 4. in li. de Rat. uic. in mor. ac. c. 70.
Sinus ab abſceſſu differt, quòd in ſinu quidem, ſit aliqua apertio in externa ſuperficie, per quam delitеſcens humor effluere poßit: in abſceſſu autem, nequaquam. Com. 2. in lib. de Off. ca. 26.
Sinus profundior, laxationes articuli prohibet. Com. 3. in li. de Fract. ca. 55.
Sinus curatio poſtulat, ut eſfundatur ſanies, nullúſque humor ad ipſam particulam defluat, interim dum conglutinatur: id quod ſanè præſtabimus, ſi compreſſerimus ipſius fundum ſinus, móxque deligationem paulatim, ad os uſque, laxauerimus, atque id ita apertum in ea figura, ut deorſum reſpiciat, ſeruauerimus. Comm. 2. in lib. de Off. cap. 26.
Sinus fundum, ſi uergat ad inferiora, eſſe aperiendum, ut ſanies habeat liberum exitum. Com. 2. in lib. de Offic. cap. 27.
Sinui deligatio apta, debet à ſuperna parte inchoata deſcendere, ac paulò ſupra orificium ipſius ſinus finiri, ut commodè poßit pus expurgari. Cō. 4. in li. de Ar. c. 39.
Sinus aliquam occupante particulam, in ea figura collocandum eſſe ægrum, eámque eſſe excogitandam deligationem, quæ ad expurgandam ſaniem quàm appoſitißima exiſtat. Com. 2. in li. de Offi. cap. 27.
Sinus exiccantibus & detergentib

gentibus ſunt ſicci ac mundi reddendi. Comm.2.in lib.de Offic.cap.29.

Sinus non altè excauati, ſunt apti operationibus liberè perficiundis. Com.3.in li.de Frac.cap.55.

Sinus interdum ſolent eſſe remedio aliis affectibus: quare tunc non omnino claudendi. Com.3.in lib.6.Epid.ca.39.

Sinuum agglutinatio, inquire Vlcera ut.

Sinibus curandis orificia conueniunt.Com.2.in li.de Off. cap.29.

Sinus curari, per deterſoria medicamenta particulis quæ affectæ fuerint exaſperatis. Com.2.in lib.6.Epid.ca.4.

Siræum, inquire Sapa.

Siræum uim habet acredines erodentes contemperandi. Com.6.in lib.6. Epid.ca.5.

Σιτώνιον triticum dici illud, quod ſeritur uere, appellatúrq; bimeſtre, necnon quadraginta dierũ: cuius farina, ſi ſubigatur aqua, euadit admodum glutinoſa. Com.2. in lib.de Art.cap.41.

Sitibundi redduntur purgati, uel propter ipſius uentriculi diſpoſitionem calidã, aut ſiccam, aut utrãq;, uel propter calidum, acréque medicamẽtum epotum, uel propter flauam bilem uacuatam. Com. in Aph.19.lib.4.

Siticuloſo exiſtente ægro, ab oxymelite admodũ multo cauendum eſſe. Com.1.in li.de Rat.uic. in mor.ac. cap.43.

Sitientibus ualde, potus eſt dãdus, ſiue ex potatiõe uini meracioris, ſiue ex defectu potus, ſitis aduenerit. Comm.in Aph.27.li.5.

Sitis quæ in acutis morbis præter rationẽ ſoluitur, mala eſt mentíſq; læſionẽ indicat.Cõ. 2.in Prorrh.cap.21.

Sitis nullo pacto retẽtionis ſanguinis proprium ſymptoma exiſtit.Cõ.3.in Prorr.c.39.

Sitis ſi perfectè in acutis morbis tollatur, prorſus eſt malũ ſignũ.Cõ.2.in Prorrh.ca.21.

Sitis arcetur, ſi os claudamus, taceamúſq;, & frigidũ aërẽ unà cũ potu attrahamus.Cõ. 3.in li.6.Epid.cap.33.

Sitis cõſequitur euacuatiões cõpletas. Cõ.in Aph.19. li.4.

Sitis permutatio in uehementer exiccatis, manentéq; adhuc affectione ſiticuloſa, languorem quidem ſenſificæ facultatis, robur uerò ſiticuloſæ affectionis, ſignificat. Cō. 2. in Prorrh. cap. 8.
Siti ſuperficiariæ, quæ fit à reſcentibus eis tantùm locis, per quos humor ab ore in uentriculum fertur, ſomnus auxilio eſt, quòd partes madefaciat internas, ſanguine per ſomnos intrò confugiente. Cō. 4. in li. 6. Epid. c. 28.
Sitim reſtinguit quies. Com. 3. in li. 6. Epid. cap. 33.
Sitim in acutis morbis mitigāt humectantia & refrigerantia admota extrinſecus. Com. 2. in Prorrh. cap. 21.
Sitim gignentia, per ſomnum cōcoqui. Cō. in Aph. 27. li. 5.
Sitim fieri ſicceſcentibus nobis. Cō. 1. in li. Hip. de Nat. hum. cap. 6.
Sitim à uino excitatam, aqua extinguendam eſſe. Com. in Aph. 27. li. 5.
Siti non infeſtari per calidam & urentem febrem, aut fluxione acri delabente in uentriculum, ſignum perniciosiſſimum eſt, ſignificátq; facultatem ſenſitricem extinctam, ut quæ partis læſæ affectum non ſentiat, Com. 1. in li. 1. Epi. cap. 29.
Siti liberos eſſe, qui antea uel maximè affligebantur ſiti, ſignum eſt uel morbi ſoluti, uel naturæ extinctæ, ita ut præſentia mala amplius non ſentiat. Com. 2. in li. 1. Epid. cap. 75.
Siti ſi non uexetur, qui febre ardēti laborat, linguáq; eſt arida et nigra, uериſimile eſt aut ægrotare ei mentem, aut naturalem facultatē uentriculi, qua nimirum cibos appetimus, prorſus extinctam eſſe. Com. 1. in lib. 3. Epi. c. 5.
Siti ſi non infeſtentur ægri in morbis ſiticuloſis, ſi quidem abſit delirium, ſignum eſt facultatem naturalem uentriculi in eis eſſe extinctam. Com. 1. in li. 3. Epid. cap. 11.
Socrates cogitator eſt appellatus. Com. 5. in li. 6. Epi. c. 11.
Socrates nullos commentarios edidit. Com. 1. in lib. de Nat. hum. cap. 34.

Sol

Sol dum obliquus, humilis, & breui tempore ſupra terram fertur, facit hybernũ frigus. Comm.1.in lib.de Nat.hum. cap.44.
Solem retulit Galenus inter deos.Cõ.3.in li.3.Epi.c.74.
Solẽ declinandũ eſſe, dum affectæ partes ſunt putredini obnoxiæ, quòd paratæ ſint ad ſanguinis eruptionẽ.Comment.1.in li.de Off.ca.11.
Solida corpora in prima fœtus conformatione, ex humoribus conſtituuntur. Com.1. in li.Hip.de Nat. hum.c.18.
Solidæ partes ſunt ueræ animalis partes. Com.in Aph. 17.li.3.
Solidæ partes ſolæ rectè uocãtur partes.Cõ.in li.de Salub diæta, cap.7.
Solidarum corporis partium uirtutem ſanitatémq; conſiſtere in ſymmetria calidi, frigidi, humidi, & ſicci.Com.2. in lib.1.Epid.cap.46.
Solidis corporis partibus laborãtibus, hecticos morbos fieri.Cõ.2.in lib.1. Epi.c.46.
Solipeda ſunt, quæ utrinq; dentata exiſtunt. Com.1.in li.de Art.cap.29.
Soltiſtia fieri eodem tempore in omnibus locis. Com.1. in lib.1.Epid.cap.1.
Solutæ partes eo uſq; reducendæ & coaptandæ ſunt, ut ſe quidem tangant, non autem comprimant. Com.in lib.de Offi.cap.26.
Solutio continui eſt ulcus. Cõ. 3.in lib.de Frac.ca.34.
Solutiones cum ſudore, non debere dici malignas. Com.2. in Prorrh.cap.57.
Somnia manifeſta contingunt, tum melancholicis, tũ iis qui ieiunè partiúſq; ſunt cibati: ut obſcura repletis, temulentiſque. Cõ.1.in Prorrh.ca.5.
Sõniantes ſeſe uidere incẽdia, flaua affliguntur bile: ſi ſomnient imbres, frigido humore redundãt: ſi niuem, glaciẽ & grandinẽ, pituita frigida: ſi quis in fœtido loco ſe eſſe putet, putredo humorũ ſignificatur: ſi gallinaceorum criſtas, aut rufa quædam geſtare exuberantia ſanguinis: ſi caliginoſa cernere, aut in locis eſſe caliginoſis, flatus infeſtare uidetur. Cæterũ ſi quis ſe

niue putet cõſpergi in acceſſionis principio, unà cũ rigore, uel horrore, uel algore, tẽ pori id potius, quàm affictui corporis, eſt tribuendũ, uelu ti etiã ſi poſt uſum pituitoſo rũ ciborũ talia ſibi adeſſe ar bitretur. Cõ.3.*in li.*1.Epi.c.1.

Sõnus per febres quidẽ ortas à pituitoſorum humorũ putre dine, corpus refrigerat, ex tinguendo febrilem calorem, atq; naturalem augẽdo: per eas uerò quæ ex uiſceris cu iuſpiam inflammatione acci dunt, ſomnus in acceßionis initio calorẽ febrilem unà cũ inflammatione augebit. Cõ. 4.*in lib.*6.Epid.*cap.*17.

Somnus uno eodémq; tempore poteſt reddere corpus frigi dius atq; calidius: nempe ca lorem natiuum augẽdo, atq; minuendo aduẽtitium. Com. 4.*in lib.*6.Epid.*cap.*17.

Somnus humectat partes in ternas, ſanguine per ſomnũ ad eas confugiente. Com.4. *in lib.*6.Epid.*cap.*23.

Somnus perpetuò humectat: calfacit autem, dum ex pitui toſis ſuccis & frigidis, pro bum ſanguinẽ reddit. Com. 4.*in lib.*6.Epid.*cap.*17.

Somnus multus exiccat cor pus uacuatum. Com. 5.*in lib.* 6.Epid.*cap.*32.

Somnus paucus præcedenti laßitudini remedio eſt, quum homo aluum exonerauerit. Com.5.*in lib.*6.Epid.*ca.*32.

Somnus intercipit animales actiones, quæcunque per ſen ſus fiunt, ac per muſculos in uoluntariis motionibus. Com. *in* Aph.5.*li.*4.

Sõnus natura aptus eſt potius dolorem ſedare, iuuaréque, quàm moliri contraria. Com. 5.*in lib.*6.Epid.*cap.*10.

Somnus uiſceribus utilis, quũ eo tempore calor innatus ad profunda corporis confluat. Cõ.5.*in lib.*6.Epid.*cap.*10.

Somnus non parum confert ad naturæ opera. Com.*in* Aph. 15.*lib.*1.

Somnus concoquit, quòd per ipſum calor interna petat. Cõ. 4.*in lib.*6.Epid.*ca.*20.

Somnus humectare, ſpiritúmque & effluuia cohibere eſt natus. Com.2.*in lib.de* Rat. *uic.in mor.ac.cap.*55.

Somnus ſiſtit purgationes. Cõ. in Aph. 15. lib. 4.
Somnus in principio acceßionum obeſt. Com. 5. in lib. 6. Epid. cap. 10.
Somnus fit, quum humidi utilis copia grauatur corpus. Com. 2. in Prorrh. cap. 28.
Sõnus profundus oritur ex crapula. Cõ. 2. in Prorrh. ca. 28.
Somnus ſi læſionem aliquã inferat, eſt letale ſignum. Com. in Aph. 1. lib. 2.
Somnus grauis non dicitur, niſi difficilem habeat expergefactionẽ. Cõ. in Aph. 3. li. 2.
Somnus longus rectè dicitur, qui ſolum tempore excedit conuenientem naturæ modum. Com. in Aph. 3. lib. 2.
Somnus longus fit refrigerato primo ſenſitiuo, hoc eſt, cerebro. ibid.
Somni tempore concoctio meliùs perficitur, aluntúrq; uiſcera. Com. 5. in lib. 6. Epid. cap. 10.
Somnum cruditatibus omnibus maximè opitulari. Com. 4. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 105.
Somnum biduum ſuperuenientem, ſæpe auxilio fuiſſe, infantibus laborantibus. Com. 2. in Prorrh. cap. 28.
Somno coquuntur, quæ in uentriculo & hepate ſunt. Cõ. 5. in lib. 6. Epid. cap. 22.
Somni dum nocent, minus exitiales ſunt, iam conſiſtente atq; increſcente acceßione: præcipuè uerò in declinationibus pernicioſi. Commen. in Aph. 1. lib. 2.
Somni tenues & parui oriuntur ab humoribus tenuibus iam putrefactis. Com. 3. in li. 3. Epid. cap. 63.
Somni ſemper febrientes læderent, quatenus ad profundũ & uiſcera per ipſos materia fluit, niſi coctionis ratione plus afferrent utilitatis, quàm ſit damnum, quod ex motu ad interna cõſequitur. Com. in Aph. 67. lib. 4.
Somnos morbi concoctio ſequitur. Com. 2. in li. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 44.
Sonorũ ſpiritum edi, quum in uiis reſpirationis aut anguſtia eſt, aut humor copioſior. Cõ. 3. in li. de Art. cap. 61.
Sophiſtæ munꝰ eſſe, ꝓbabilibꝰ

quidem rationibus uti, uafrè tamen elaboratis. Gal. contra Iulianum.

Sophiſta*, dum de uoculis, & ſignificatis contendit, perdit tempus & ſuum, & diſcipulorũ.* Com.3. *in li.1.*Epi.*c.5.*

Sophiſtis *affectãtur ænigmata, ut diſcipulos mirum quippiam docere uideãtur.* Com.2.*in* Prorrh.*cap.57.*

Sopiri *ægros & multitudine & frigiditate ſuccorũ crudorum.*Cõ.3.*in li.3.*Epi.*c.45.*

Sopor, *lege Coma.*

Sopor *uigilans, inquire* Vigilans *ſopor.*

Sopor Græcè κάρος, *nõ ſolùm priuat hominem motu ſimul & ſenſu, ſed rationem etiam memoriámq; penitus labefacit.*Com.2.*in li.de* Art.*c.18.*

Sopor *grauis oritur à craßitudine & copia materiæ frigidæ.* Cõ.3.*in li.3.* Epid.*c.63.*

Soporem *inducit tenſio, uel affectus alius præter naturã muſculorum mouentium inferiorem maxillam.* Com.2. *in lib.de* Arti.*cap.19.*

Sopores *ſuccedere frigidioribus & pituitoſioribus ſuccis.* Com.1.*in lib.3.*Epi.*cap.5.*

Soporifera *medicamenta nocent ſola quantitate.* Com. *in* Aph.17.*lib.2.*

Sorbitio *ante iudicationẽ danda non eſt, ſi uires ſufficiant.* Com.4. *in lib.de* Rat. *uict. in mor.ac.cap.9.*

Sorbitionis *tantum ægris dari* Hippocrates *præcipit, quantum alimoniæ corpori & ob conſuetudinem, & ne multa uacuatio fiat, adminiſtrari cõuenit.* Com.1.*in li.de* Rat. *uic.in mor.ac.cap.21.*

Sordes *in ulceribus gigni ab oleoſis & dolorem lenientibus medicamentis.* Com.3.*in li.de* Fract.*cap.48.*

Species *uocari à ueteribus ea, quæ ex generalium rerum partitione oriuntur.* Com.1. *in lib.de* Off.*cap.8.*

Sphacelus, *hoc eſt, ſyderatio, ſumitur à ueteribus, pro interitu totius ſubſtantiæ cuiuſuis membri: ab* Hippocrate *autem pro oßis corruptione uſurpatur.* Com.2.*in lib. de* Frac.*cap.20.*

Sphac

Sphacelus in oſsibus euenit, quando caro eis adiacens, ſaniem uitioſam gignit, qua perfuſa computreſcunt. ibi.

Sphacelus, inquire Syderatio, cum qua eſt idem.

Sphacelum etiam dici morticinium carnoſæ particulæ, ob magnitudinem inflammationis obortum. Com. in Aph.50.lib.7.

Sphacelum cerebri, hoc eſt, eius corruptelam, abſolutũ quidem, eſt impoſsibile reſtituere: incipientem autem poſsibile. ibidem.

Spica Glaucij eſt genus uinculi, claui fractæ, luxatoq; humero, accommodatum. li. de Faſciis, cap.71.

Spina, quò propius ad ſuum principium afficitur, eò minus redditur incrementi capax. Com.3. in lib. de Artic. cap.12.

Spina ortum & incrementũ à ſuperiori recipit parte. ibidem.

Spina, ſi in puerili ætate ſit gibbera, partim ob uaſorum contortionẽ, partim ob motionis difficultatem, nec non propter naturæ laborẽ, deterius alitur, ac proinde augeri deſinit. Com.3. in lib. de Artic. cap.6.

Spina eſt uertebrarum omniũ contextus. Com.3. in lib. de Artic. cap.1.

Spina dorſi, ex capite, quaſi ſtipes ex radice, ortum habet. Com.1. in lib.6. Epid. cap.2.

Spinæ σεῖσις, ſiue quaſſatio, dicitur, quando mouentur quidem uertebræ ipſæ, propriam tamen ſedem non deſerunt. Com.3. in lib. de Art. cap.2.

Spinæ obliquitas fit, quum tubercula uertebras à latere occupant, nimirum ad ſe illarum ligamẽta attrahentia. Com.3. in lib. de Artic. cap.16.

Spinæ affectus proprij ſunt, gibboſitas, cauitasq;. Com. in Apho.46. lib.6.

Spinæ peruerſio in poſteriora dicitur ὀπισθοκύφωσις: in anteriora, λόρδωσις: in latera σκολίωσις. Com.3. in

lib.de Art.cap.2.& 48.

Spinæ uertebræ quæ ad thoracem ſunt, ſi in adoleſcentibus gibberoſæ fiant, neceſſario pectus anguſtum atq; acutum efficitur: uentriculiq; inſeruientes reſpirationi, ſimiliter anguſtantur. Com.3.in lib.de Arti. cap. 7.18.

Spinæ in longitudinem uſque ad crurum originem, ab exteriori parte obtenduntur muſculi ſpinales uocati: ab anteriori uerò, nulli adſunt muſculi per longitudinem thoracis porrecti: ſed inter coſtas tranſuerſi ſunt, qui intercoſtales uocātur. Com. 3.in lib.de Ar.cap.39.

Spinam iuxta ultimam lumborum uertebram, eſſe excauatam. Comm.3. in lib.de Artic.cap.41.

Spinam in anteriorem partē prolapi ex crudis tuberculis, eò quòd ligamenta uertebrarum ſequantur ipſa tubercula: uertebræ autem à ligamentis trahantur. Cō. 3.in lib.de Art.cap.29.

Spinā eſſe foratam in ea parte, ubi committuntur inter ſe uertebræ. Ac per illa foramina ipſos neruos emergere ab ſpinali medulla: partemq́; ipſorum in anteriorem regionem diſſeminari: partem uerò in poſteriorem delatam, in muſculos ſpinales diſtribui. Com.3.in lib.de Art.cap.35.

Spinali medullæ à cerebro emanare ſuæ generationis principium, facultatisq́; cōmeatum.ibidem.

Spinalem medullam uertebræ cōpræhendūt, paruæ quidē, ſi illa ſit tenuis: ampliores, ſi craſſior. Com.1.in lib.6. Epid.cap.2.

Spinalem medullam oriri à capite.ibidem.

Spirandi difficultas, ob cibum intempeſtiuum, magis quàm ob inediam, oritur. Com.2. in lib. de Rat. uict.in morb. acu.cap.44.

Spiramus thorace uniuerſo, dum plurimo egemus ſpiritu. Com.2.in lib.3.Epidem. cap.4.

Spiratio perficitur ſolis thoracis, quæ ad ſeptum tranſuerſum ſunt, partibus, ubi ſanitate integra fruimur. ibidem.

Spiratio facilis in morbis acutis, maximum eſt argumentum ſalutis. Com.1. in lib. de Offic. cap.1.

Spiratio rara quidem ſimul & magna, delirium: parua uerò atque rara, extinctionem natiui caloris indicat. Com.1. in Prog. ca.24.

Spiratio, inquirere Spiritus.

Spirationem crebrã & paruam gignit dolor. ibidem.

Spirationem crebram & magnam, gignit cordis & pulmonis incendium. ibidem.

Spiritus frequẽs & magnus, fit acto in anguſtiam ſepto trãſuerſo, ab ea, quæ in uentre continetur, alimonia. Cõ.2. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap.44.

Spiritus magnus & rarus, delirium ſignificat. Com.2. in lib.6. Epid. cap.9.

Spiritus creber, inflammationem in iis locis ſignificat, quæ ſunt ſupra ſeptũ tranſuerſum. ibidem.

Spiritus frequens & breuis, aßiduitate defectum cuiuſq; reſpirationis reſarcit, ut qui aßiduè bibũt modicum. Cõ.3. in lib.3. Epid. cap.74.

Spiritus flatulentus à craßioribus ſuccis oritur. Com.1. in Prorrh. ca.35.

Spiritus intercipitur mouentibus thoracem muſculis, ac neruis, iam conuulſioni paratis. Com. in Aph.68. li.4.

Spiritus rarus & magnus, quatenus rarus eſt, minor eſt magno & frequẽte: quatenus uerò magnus, eatenus præſtat paruo & raro. Cõ.3. in li.3. Epid. cap.86.

Spiritus promptus ſublimisq; dicitur ille ab Hippocrate, *qui dum trahitur, ſcapulæ commouentur.* Comm. 1. in Prorrh. cap.24.

Spiritus ſublimis contingit, & ob læſionem organorum reſpirationis: & ob affectũ neruorum principium. ibid.

Spiritus animalis à cerebro defertur ad oculos. Com.4. in lib.

*in lib.6.*Epid.*cap.28.*

Spiritus frequens & denſus redditus, reſpiratoriis in organis, ob aſſiduum motum, maiorem caliditatem efficit. Com.1.*in lib.de* Rat. *uic.in morb.acu. cap.32.*

Spiritus interruptus, conuulſionem ſignificat. Comm.*in* Aph.*68.lib.4.*

Spiritus frequens dolorem, uel inflammationem ſupra diaphragma ſignificat. Cō.*3.in lib.3.*Epid.*ca.74.*

Spiritus breuis & frequens, dolorem ſignificat, uel in organis reſpirationis, uel in adiacentibus illis. ibidem.

Spiritus ſonorus efficitur, ob anguſtiam fauciū, & aſperæ arteriæ. Com.*3.in lib.de* Arti.*cap.7.*

*Spiritus breuis dicitur, qui exiguus eſt, & longis interuallis in pulmonem attrahitur. Com.3.in lib.3.*Epide.* cap.74.*

*Spiritus rarus, proprium & inſeparabile delirij eſt ſignum.*Com.*1.in* Pror.*ca.4.*

Spiritus rarus et magnus delirium prænuntiat. Com.*3. in lib.1.*Epid.*cap.28.*

Spiritus copia dirumpit utres & dolia, ubi in muſto ferueſcente colligitur. Com.*1. in lib.1.*Epid.*cap.9.*

*Spiritum perturbantia, purgatione non egēt, quòd morbus huiuſmodi à cacochymia ortus non ſit.*Com.*4.in lib. de* Ratio.*uict. in morb.acu. cap.115.*

Spiritū animalem contentum in uentriculis cerebri, eſſe principaliſſimum omnium animalium inſtrumētorum, ac uerè ſubſtantiam animæ, Galenus *exiſtimat.* Cō.*5.in lib.6.*Epid.*cap.5.*

Spiritum rarum & magnum fieri ob mētis læſionē, quaſi obliuiſcente actionum ægro, acſi neſciat quando aut cohibere eas, aut auſpicari debeat. Com.*3. in lib.1.* Epid. *cap.18.*

*Spiritum magnum, frequentemq; accidere in uehementibus febribus.*Com.*3.in li. 3.*Epid.*cap.74.*

Spiritum uocari ab Hippo-*crate*

crate ipſam reſpirationem. Com.4.in lib.6.Epi.ca.4.
Spiritum inter inſpirandum intercipi,tum anguſtiæ,tum cõuulſionis eſt nota. Com.2. in lib.de Rat.uict.in morb. ac.ca. 44.
Spiritum paruum & rarum trahi ob perfrigerationem organorũ reſpirationis. Cõ. 3.in lib.3.Epid.ca.86.
Spiritum paruum & rarum fieri, refrigerata, aut extincta facultate uitali. Com.3. in lib.3.Epid.cap.74.
Spiritu,ceu inſtrumento, natura utitur, ad expellenda infeſtantia.Com.in Aph.53. lib.5.
Splendores oculis oboriuntur propter exhalationẽ à uentre, & propter ſanguinis, qui ad caput fertur, colluuiem.Com.2.in lib.de Rat. uict.in morb.ac.ca.44.
Splenia duas priores faſcias tuentur,& fulciunt,per longitudinemq́; fracti oſsis ducuntur, totum id complectentes,quod à faſciis comprehenſum eſt. Com.1.in li. de Fract.cap.32.
Splenia hypodeſmidibus, hoc eſt, ſubligaculis, iniiciũtur, eisq́; ut minùs corruant,conferunt. Cõ.3.in lib.de Offi. cap.11.
Splenia fulcimenta ſunt, non modò fracturæ, ſed etiam faſciarum. Com.3.in lib.de Offic.cap.36.
Splenia,hoc eſt,plagulæ,quòd figura imitentur lienem,ſic dictæ,longitudine debent æquare deligationem, utpote quæ in eius gratiam adminiſtrentur, ut illam firmam atque immotam tueantur:latitudinẽ uerò habere triũ, quatuórue digitorum, nempe hominis deligandi.Com. 3.in lib.de Offi.cap.1.
Spleniorum uſus eſt duplex, alter ut conſeruent firmitudinem deligationis, alter ut repleantur membra ea, quæ in acutũ deſinunt.Com. 3.in lib.de Offi.cap.2.
Spleniorum uſus, require Lintea.
Spleniorũ numerus is eſſe debet,qui ſufficiat membro in

orbem cōprehendendo. Cō. 1.in lib.de Fract.ca.36.

Splenia eſſe modico cerato inficienda. Com.1. in lib.de Fract.cap.32.

Splenia craßiora quidem,in ſuperiori parte : tenuiora uerò,in inferiori adhibenda eſſe.Com.3.in lib.de Offic. cap.2.

Σποράδες morbi,hoc eſt,qui priuatim prehendunt, popu lariter graſſantibus aduerſantur.Com.1.in lib.de Ra. uict.in mor.ac.cap.9.

Sporadici morbi frequenter fiunt.ibidem.

Spuma fit tum propter frigiditatem, tum propter caliditatem.Com.2. in Prorrh. cap.21.

Spuma conſiſtit,in mari quidem, ex uiolento uentorum afflatu in multas & exiguas partes attrita aqua : in his quæ elixantur, præ copia caliditatis. Com.2. in Prog. cap.47.

Spuma gignitur,uel ob feruorem, uel ob agitationem uehementem. Com.3.in lib.de Rat.uict.in morb.ac.ca.12.

Spumæ generatio eſt duplex: uentis quidem fortioribus mare occupantibus,propter ictum uehementem: in lebetibus autem,caloris ratione. Com.in Apho.41.lib.2.

Spumæ omnis generatio ex duarum ſubſtantiarum miſtione conficitur,altera ſpirituoſa,altera humida.ibid.

Spumam conſtituentes ſubſtantias, in unū miſcet nonnunquam motus uiolentus: nonnunquam uehemens calor:niſi & hūc dixerit quiſpiam ſpumam per motum operari.ibidem.

Spumam in comitiali morbo gignit uehementia motus:in ira percitis apris, uehemens calor:in agitatis equis,utraque cauſa.ibidem.

Spumam oris non proficiſci à uentriculo, ſed à pulmone potiùs.ibidem.

Spumam apparere in ijs quæ elixantur,præcipuè ſi tenacem habuerint naturam:& in mari etiam agitato uiolentis uentorum inſultibus.

Com.in Apho.30.lib.7.

Spumoſa deiectio naturis omnibus mala eſt. Com.2.in Prorr.ca.17.

Spumoſa excrementa fiunt, flatulento humore à capite ad uentriculum defluente: fiunt etiam uaſis, quæ ad illum perueniunt, eum effundentibus. Com.in Apho.20. lib.7.

Spumoſæ pituitæ cauſa continens eſt flatulentus ſpiritus, dum humori miſcetur, uehementem & inæqualem edens motionem, adeò ut & ipſe frangatur, & pituitam etiam in multas atq; puſillas partes comminuat. Eiuſmodi autem motionis cauſa, eſt ipſius propria natura: et interdum multitudo caloris. ibidem.

Spumoſam pituitam non poſſe à pulmone in uentriculũ fluere, manereq; ſpumoſam. ibidem.

Spumoſa ſimul & ſyncerè bilioſa alui excrementa, febrem indicãt colliquantem, perducentemq; ad tabem. Com.3.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.ca.13.

Spumoſæ urinæ, ſuſpectæ ad conuulſionem exiſtũt. Com. 3.in Prorr.ca.20.

Spumoſus flos in bilioſis deiectionibus bilis improbum feruorem ſignificat. Com.1. in Pror.cap.21.

Sputum albũ, lene, & æquale, nec nimis humidum, nec nimis craſſum, perfectæ coctionis in pleuritide exiſtit ſignum. Com.in Aphor.12. lib.1.

Sputum tenue in pleuritide, debilis coctionis eſt ſignum. Com.in Aph.12.lib.1.

Sputũ impermiſtũ, uel flauũ, uel rufum, haudquaquam bonum: liuidum autem, aut æruginoſum, aut nigrum, pernicioſiſſimum eſt. ibid.

Sputum omne ſanguineum à pulmone profectum, eſt cacoëthes. Com. in Apho.15. lib.7.

Sputum ſanguinis haud quidem omne ſequens habet purulentum ſputum, ſed tantùm quod eſt exitiale, quale

eſt

eſt omne, quod à pulmone eliditur, ibidem.

Sputo glutinoſo educẽdo, medicamen uehementer detergens deſideratur. Com.3.in lib.de Rat.uict.in morb.ac. cap.10.

Sputa indicant humorem gignentem pleuritidẽ, uel peripneumoniam. Comm.2.in lib.de Rat.uict.in morb.ac. cap.2.

Sputa quidẽ humida, tenuiáque, in morbis pulmonis atque thoracis, concoctionem mediocrem indicant: Craſſa autem, abſolutæ coctionis ſunt ſigna. Com.2.in lib.6. Epid.cap.16.

Sputa oſtendunt cruditatem & cõcoctionem eorum quæ in pectore & thorace coquuntur. Cõ.2.in lib.1.Epid. cap.44.

Sputa ſpumoſa, pituitoſum ſuccum: florida, ſanguinem, pallida, flauam bilem: nigra atram bilem exuberare indicant. Commẽ.4. in lib.6. Epid.cap.4.

Sputorum rotundorum cauſa materialis eſt humorũ conſiſtentium in bronchis pulmonis, tum craſſities, tum lentor: effectrix uerò, eiuſdem regionis calor. Com.3. in lib.6.Epid.cap.36.

Sputorum qualitas, prauorũ humorum naturam indicat. Com.4.in lib. 6. Epidem. cap.4.

Sputa uaria & ſubrubra poſſe reiici citra pleuritidem, uel peripneumoniam, quum in pulmonẽ uitioſi, ſed pauci, confluunt humores. Com. 1.in lib.3.Epid.cap.4.

Sputa per tuſsim à pulmone reiecta, in ignẽ cõiiciẽs, ſcrutabatur Hippocrates qualitatem ipſorum. Cõ.5.in lib. 6.Epid.cap.13.

Σπυραθώδη excrementa excernuntur, & quòd pluſculo tempore retineantur, & propter copiam igneæ caliditatis. Com.2. in Prorrhe. cap.6.

Squamulæ cum urina excernuntur, colliquatis ſolidis corporis partibus. Com.2.in Progn.cap.28.

Stabi

Stabilimento faſciarum indigent pulſus excitati in inflãmatis partibus, nec nõ in arteriis temporum, per uehementes dolores capitis: inſuper palpitatiões quæ in præcordiis fiunt. Com.3. in lib. de Off. cap.36.

Stabilimenta dicũtur, quæ mẽbris iis adhibentur, quæ neceſſario motu agitantur, nec in nobis eſt, ut nõ agitentur. ibidem.

Stabilimẽta propriè dicuntur, quæ extra faſcias admouentur partibus læſis. ibid.

Stellam ſingularem, uocari etiam nomine ſyderis. Com. 1. in li.3. Epid. cap.1.

Stellarum congeriem non dici ſtellam. ibid.

Stercus ſi uomatur per uoluulum, ſignum maximè perniciosum exiſtit. Commen.3. in Prorrh. cap.66.

Sternutamentum ſequitur magna ex parte grauedines, cõcutiens uehementer thoracem, nonnihilque oblædens pulmonem. Com.2. in Prog. cap.49.

Sternutamentũ per alios morbos à grauedine & defluxione, nunquàm prehẽdit ſimul: ſi uerò ſuperueniat morbo, ſalutem indicat. ibid.

Sternutamentum indicat concoctionem, robúrque excretricis in cerebro facultatis. ibidem.

Sternutamẽtum fit poſt antecedentem inſpirationem, per eam nimirum aggregãte natura copiam aeris, ad gignendam ipſam ſternutationem. Com. in Aph.51. lib.7.

Sternutamẽtum mouet humor acris & mordax, deſtillans à capite: uel ſi quid etiã mordax inſeratur naribus. ibid.

Sternutamentum non mouet ullus humor in capite abundans, niſi prius in flatum degeneret. ibid.

Sternutamentum prouocat ſpiritus à pectore excuſſus tuſſi, illapſúſque intrà narium meatus. ibid.

Sternutamenta fiunt pulſo à cerebri facultate expultrice ſpiritu flatulento unà cum humore aliquo, per narium

regionem. Com.2. in Prog. cap.49.
Sternutamenta ortum habent à morboſis affectibus. Com. 5.in lib.6.Epid.cap.3.
Sternutamēta ſunt ipſius ſemper naturæ opus.ibid.
Sternutamenta quæ ex capite habent ſuæ motionis initium, grauitatem capitis leuant. Com.in Aph.51.lib.7.
Sternutamenta profecta à capite, fiunt rarefactis iis qui inerãt capiti, humoribus,& naturæ impetu excretis, ibi.
Sternutantibus nobis, aërem illum qui edit ſtrepitum, non tantùm à capite, ſed multo magis à pectore proficiſci. ibidem.
Sternutatio manifeſtè uidetur expurgare narium meatus. ibidem.
Sternutatio ſponte adueniens in ſuffocationibus uteri, eſt bonum ſignum,& cauſa.Cō. in Aph.35.li.5.
Sternutatio ſanat ſingultus à plenitudine ortos, uiolento quodam motu excutiens humiditates, gignentes illos. Com.in Aph.13.lib.6.
Sternutatio non ſanat ſingultus ab inanitione ortos. ibid.
Sternutatio non ſolùm fit calfacto cerebro, uel humectata capitis uacuitate:quum pennis excitari etiã poßit, ſi inſerantur in nares. Comm.in Aph.51.lib.7.
Sternutationem eſſe motum præter naturam. Com.3. in lib.de Off.cap.36.
Sternutationes euidenter doloribus capitis auxiliantur, à multitudine flatulenti ſpiritus ortis. Comm.6.in lib.6. Epid.cap.5.
Stertere maximè ſolent, qui ſomnum gutture prominente capiunt. Com.3.in lib.de Art.cap.8.
Stertor accidit profundè dormientibus, apoplecticiſque. Com.in Aph.51.lib.6.
Stillatio ſanguinis è naribus, per febres ardentes,ſymptoma pernicioſißimũ eſt.Com. 2.in lib.1.Epid.cap.75.
Stillatio è naribus ſemper malum eſt ſignum.Commē.1.in Prorrh.cap.1.
Stillicidia urinæ nõ conſequuntur ſimpliciter ad ſiccitatē, niſi

niſi immodica ſiccitas ſit, cui caliditas, uel frigiditas, fuerit adiuncta. Com. in Aph. 16. lib. 3.

Stillicidia urinæ fieri & propter acrimoniam urinæ, & propter facultatis retentricis quæ in ueſica eſt, imbecillitatem, quæ ab immodica oritur intemperantia. ibid.

Stomachus accipitur pro gula & pro ore uentriculi. Com. 1. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 18.

Stomacho à ſexta mollium neruorum propagine deducuntur nerui. Commẽ. 1. in lib. 3. Epid. cap. 4.

Stomachum ſumi pro gula, & pro ipſius ore uentriculi. Cõ. in Aph. 39. lib. 6.

Strangulari repentè, ſoli gutturi accidit. Cõ. in Aph. 34. lib. 4.

Strangulatio nihil eſt aliud, quàm interitus ſubitus propter defectum inſpirationis, qui fit ob anguſtiam alicuius inſtrumenti reſpirationi inſeruientis. ibid.

Stranguria ſignificat urinæ ſtillatim factam expreſſionẽ. Com. in Aph. 48. lib. 7.

Stranguriæ cauſa eſt acritudo urinæ, & imbecillitas retentricis potẽtiæ, quæ ob intemperiem fit, præſertim frigidam. ibid.

Stranguriam quidem dici, ubi quiſpiam parum atque frequenter mingit: fieri autem aliquando ex imbecillitate facultatis retentricis in ueſica: nonnunquàm ex acritudine urinæ. Com. in Aph. 58. li. 5.

Stranguriam oriri, ubi per renes totius corporis excremẽta purgantur. Com. 2. in li. 1. Epid. cap. 41.

Stranguria urgente, ueſica ad reddendũ lotium prius properat, quàm iuſto ſit eius modo impleta, uel quòd acrem eius qualitatem non ferat: uel quòd à modica urina præ imbecillitate grauetur. Com. 1. in lib. 3. Epid. cap. 4.

Stridere dentibus quibus ab initio non fuerat conſuetum, futuri delirij eſt ſymptoma. Com. 1. in Prog. cap. 21.

Stridere ſimul & delirare, præter conſuetudinem, ſignũ mortis uicinæ exiſtit. ibid.

Stridor fit dentium, quoties muſculi temporales atq; maſticatorij, conuulſorio motu mouentur. ibid.

Strobilinũ eclema, lege Eclegma.

Struma eſt affectus adenum, non ex calida materia, neque ad ſuppurationem properãte, ſed pituitoſiore, & frigidiore, conſiſtens. Commen. in Aph. 26. lib. 3.

Stupefacientia medicamenta, ut membra refrigerant, ita reddunt aptiora, ut rurſus ab eiſdem cauſis malè afficiãtur. Comm. 5. in lib. 6. Epid. cap. 13.

Stupefacientia medicamenta, cuiuſmodi ſuccus papaueris eſt, atque ſemen hyoſcyami, ſi ea menſura ſumantur, qua poßint dolorem leuare, non paruam noxam membro dolenti infligent. Com. 6. in li. 6. Epid. cap. 5.

Stupefacientia medicamenta, ſi in oculorum dolore adhibeantur, uiſoriam facultatem offendũt, ac præduram quandam diſpoſitionẽ, quæ ægrè ſanari poßit, in tunicis ipſis relinquunt. Com. in Aph. 31. lib. 6.

Stupefacientia medicamenta, cuiuſmodi ſunt ſuccus papaueris, hyoſcyamus, mandragoráq;, tametſi ſubſtantia & uiribus nobis aduerſa ſint, tamen exigua portione aſſumpta, nos adiuuant. Com. 2. in li. de Rat. uic. in morbis ac. cap. 12.

Stupefacientium uſus, cuiuſmodi ſunt quæ ex opio, mandragora, & alterco conſtant, in ſolis doloribus uehementibus aliquando conducit. Com. 2. in lib. 6. Epid. cap. 5.

Stupefacientibus medicamentis ualidioribus, pluribúſue ſi quiſpiã utatur, refrigeſcunt et mortificãtur corpora. ibi.

Stupor moderatus dolorẽ ſedat. ibid.

Stupor cognoſcitur dum ægri nihil aut dicunt, aut faciunt, ſed quieti apertis oculis permanent, ſimiles iis, qui ex timore attoniti exiſtunt. Com. in Aph. 14. lib. 7.

Subiectum eſt, quod tranſmutatur

tatur. Com. 1. in lib. Hip. de Nat. hum. cap. 2.
Sublimis reſpiratio, lege Reſpirationem ſublimem.
Subſidentia urinæ à lẽta, craſſáque pituita ducẽs originẽ, cinereum habet colorem. Cõ. 1. in lib. 6. Epid. cap. 5.
Subſtantia corporis noſtri non eſt ſtabilis, permanénſue, nec ſecundum quantitatem, nec ſecundum qualitatem. Com. 5. in lib. 6. Epid. cap. 1.
Subſtãtiæ noſtri corporis quãtitas ob inſenſilem difflationem minor redditur: qualitas uerò, mutatur, uariata nimirum temperatura, non modò ex aëre ambiente, ſed ex nobis ipſis. ibid.
Subſtantiam naturæ noſtræ cõpleuerũt ſanguis & ſeminalis humiditas. Com. in Aph. 15. lib. 1.
Subſtantia aucta, unà cum illa augeri qualitates, atq; etiam actiones. Gal. cõtra Lycum.
Succorum crudorum malignitates, etiamſi ad caput ferantur, ſtillatiões è naribus perniciosas faciunt potiùs quàm parotidas. Com. 3. in Prorrh. cap. 71.
Sudamina ſunt è genere puſtularũ in ſumma corporis parte hærentium: quæ inſtar ulceris cutem exaſperant. Fiũt autẽ ob multos ſudores mordaces. Com. in Aph. 21. li. 3.
Sudor in principio morbi, prauum ſymptoma eſt. Com. 2. in lib. 1. Epid. cap. 75.
Sudor copioſus oriri nõ poteſt, abſque ambientis quidem calore, corporis autem humiditate ſuperflua. Com. in Aph. 6. lib. 3.
Sudor circa faciem aut caput duntaxat, non eſt bonum ſignum. Com. 4. in lib. de Ra. uic. in mor. ac. cap. 62.
Sudor immodicus exoluit uires. Comm. 2. in lib. 6. Epid. cap. 32.
Sudor unum eſt ex decretoriis ſignis. Cõmen. 2. in Prorrh. cap. 32.
Sudor quum non iudicauerit, morbi malignitatem oſtendit. ibid.
Sudor multus, ſi febrem non ſoluat, indicat quòd uirtus

ægri cito exoluetur. Com.2. in Prorrh.cap.22.

Sudor nunimè criticus, ſed ſymptomaticus, aut redundantiam, aut retẽtricis facultatis imbecillitatem indicat. Com.3.in Prorrh.cap.6.

Sudor circa caput tantùm & ceruicem profluens, calidus quidem malus eſt:utpote ſyncopen futuram ſignificans: frigidus autem, peßimus:ut qui ſyncopen iam adeſſe teſtetur.Com.1.in Prog.c.20.

Sudor frigidus per acutam febrem annunciat mortẽ: aut morbi longitudinem, per mitiorem.ibid.

Sudores manãt ex cute. Com. in Aph.37.lib.4.

Sudores frigidi difficiliores calidis.Com.in Aph.42. li.4.

Sudores, ſi morbus ſit crudus, nec iuuant,nec ſignum bonũ exiſtunt: quum uel copiam humorum, uel uirium imbecillitatem ſignificent. Com. 2.in lib.1.Epid.cap.27.

Sudores qui circa thoracem, capútque fiunt, ſemper ſunt mali:quum uirtutis infirmitatem, uel in illis partibus copiam indicent.Commen.2.in Prorrh.cap.7.

Sudores,patientium membrorum humiditatem euacuant. Com.in Aph.38.lib.4.

Sudores oriuntur uel natura euacuãte ſuperflua:uel quòd nõ poßint contineri à corpore,morbi ratione.ibid.

Sudores qui cœperunt quidẽ, ſed protinus ceſſarunt,praui ſunt.Com.1.in Prorrh.ca.1.

Sudores aßidui oriuntur propter uirium imbecillitatem, nempe diſcuſſo alimento.Cõ. 2.in Prog.cap.60.

Sudores interdum ut abundantiæ humorum in corpore prauorum ſymptomata excerni: interdum ipſos expurgante natura.Com.3.in lib.3.Epi. cap.41.& 61.

Sues aqua prolui affatim cupiunt, potúque haud modico impleri. Comm.4.in lib.6. Epid.cap.26.

Suffimentis ſunt apta, quæ calidam ſortiuntur tẽperiem, & ſatis ſunt odorata:ut thus myrrha,& ſtyrax. Com.in

Aph.

Aph.59.lib.5.
Suffiri totum corpus per uterum poſſe. Com.in Aph.28. lib.5.
Suffitus aromatum, aperit uaſorũ extrema obſerata, craſſitudinẽ humorum extenuat, obſtructionéſque incidendo reſerat: ac proinde menſes ab aliqua harum occaſionum retentos euocat.ibid.
Suffocantur homines, aëris copia priuati. Commen.1.in Prorrh.ca.24.
Suffuſione affecti quæcunque uident inter cryſtalloidem & corneam tunicam, ea extra oculum ſita eſſe arbitrantur.Com.1.in Prog.ca.23.
Suffuſione depreſſa, oportet punctoriam acum diutiùs in eo loco continere, in quo uolumus ut ſuffuſio ipſa permaneat.Cõ.1.in li.de Off.ca.6.
Suffuſione laborans ut rectè curetur, non debet contra lucem, ſed ſub illam conuerſus eſſe, ita ut eam obliquè aſpiciat. Commentar.1.in lib.de Off.ca.9.
Suffuſiones fiunt in albugineo humore, qui inter pupillam & humorẽ cryſtallinũ conſiſtit.Com.1.in Prog.ca.23.
Suffuſis ſimilia apparere per cruditates.ibid.
Suggillatio, inquire Ecchymoma.
Suggillata debent eſſe mollia & uiridia. Com.2.in lib.de Fract.ca.28.
Suggillationes liuidæ, ſi cum duritie adſint, ſunt inflammatæ. Si uerò abſque duritie infeſtent, carent inflammatione.Commẽ.2.in lib.de Fract.ca.32.
Suilla caro plurimum nutrit. Com.3.in lib.6.Epid.ca.6.
Suillæ aſſæ, ſolidam & in exiguam molẽ contractam carnem gignunt. Com.3.in lib. 6.Epid.ca.6.
Suillæ carnes elixæ in aceto, florentibus ætate, uel ſi laborent hydrope, dari poſſunt. Com.4.in lib.de Rat.uict.in morb.acut.ca.3.
Suillæ carnes ſunt moderatæ, tum calore, tum frigiditate. Com.4.in lib.de Rat.uic.in in mor.ac.cap.102.

Suillæ carnes ambuſtæ, tum ad ſucci bonitatem, tum ad concoctionem, ſunt inhabiles, bilémque gignunt. ibid.

Supernarum partium affectus quàm internarum, periculoſiores eſſe. Cō. 2. in li. 6. Epi. cap. 14.

Supina quidem brachij figura contorquens plurimum muſculos, maximum dolorem incutit: prona autem, diſtorquens minùs, minorem etiam dolorem excitat. Com. 1. in lib. de Frac. cap. 1.

Supina brachij figura nimis à doloris uacuitate abeſt. Com. 1. in lib. de Fract. cap. 9.

Supinum iacet corpus, quum uenter ſuperiùs reſpicit: dorſum inferiùs. Com. 1. in li. de Fract. cap. 3.

Supinum iacere manibus cruribúſque extentis, indicat uirium imbecillitatem. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 29.

Supinus decubitus poteſt non ex morbo, ſed ex ægri mollitie, luxúq;, procedere. Cō. 1. in lib. de Off. cap. 1.

Supinus decubitus uiam ſpiritalē extremè claudit. Com. 3. in Prog. cap. 16.

Suppurantur citiùs partes calidiores, atque molliores: ut tardiùs, quæ frigidiores & duriores exiſtunt. Com. 2. in Prog. cap. 57.

Suppurari nequaquam ulcera quæ conuulſionem inducunt. Com. in Aph. 22. li. 5.

Suppuratio quando ſit eruptura, indicabit ratio & experiētia. Com. 3. in Prog. c. 10.

Suppuratio craſſos humores attenuat. Cō. 3. in li. de Art. cap. 5.

Suppuratio magis expectanda eſt in natu grandioribus, ultra trigeſimumquintum annum, quàm in iunioribus. Cō. 3. in Prog. cap. 12.

Suppuratiōis indicia tria ſunt, rigor, febris, & pondus. Cō. 2. in Prog. ca. 58. & 61.

Suppurationis ruptionem indicant, dolor, difficultas ſpirādi, tuſſedo, ſcreatióq;. Cō. 2. in Prognoſt. cap. 62.

Suppurationem non admittentibus inflammationibus, eſſe meatus omnes aperiendos, affectáq; mēbra exiccanda. Cō. 2. in li. 6. Epid. cap. 30.

Suppu

Suppuratione non indigent putreſcentes inflammationes.ibidem.

Suppurationes quæ foràs in mucronem minimè latum erumpunt,longè aliis mitiores ſunt,roburq́; excretricis facultatis indicant. Com. 1.in Prog.*cap.*40.

Suppurationes dici ab Hippocrate *quoſuis abſceſſus in pus conuerſos.Com.in* Aph. 43.*lib.*7.

Suppuratur citiùs calidus humor:ut frigidus tardiùs.Cō. 2.in Progno.*cap.*57.

Sura prope genu articulum ab exteriori parte annectitur tibiæ. Com.2. in lib. de Fract.*cap.*37.

Sura eſt os exilius, quàm tibia.Com.2.in lib.de Fract. *cap.*34.

Sura nullam motionem ſortitur. Com.2.in lib.de Fract. *cap.*66.

Sura tibiaq́; non coniunguntur ſecūdum longitudinem. Commen.2.in lib. de Fract. *cap.*36.

Sura tibiam excedit à parte inferna:à ſuperiori autem, ab ea ſuperatur. Com.3.in lib.de Fract.*cap.*55.56.

Suræ os eſt è regione parui digiti,tenuiusq́; ſuo coniuge.Com.2.in lib.de Fract. *cap.*66.

Suræ os eſſe oblongius altero.ibidem.

Suram dici os tibiæ extrinſecum.Com.4.in lib.de Arti. *cap.*6.

Surditas caput affectum indicat.Com.1.in Pror.*ca.* 31.

Surditas fit & ob humorem quendam impactum in auditoriis meatibus,nihil quod malignum ſit habens: & interdum extincta audiendi facultate.Com.1.in Prorrh. *cap.*32.

Surditas cerebrum eſſe affectum indicat.Cō.1.in Pror. *cap.*31.

Surditatem efficit bilis, occupans auditorios meatus. Com.in Aph.28.*lib.*4.

Suturæ capitis diducuntur, ubi copulæ cōnectentes pericranium duræ meningi, inflammātur.Com.3. in lib.

de Offi.cap.36.
Sydus uocari multarum ſtellarum congeriem.Com.1.in lib.1.Epid.cap.1.
Syderum ortus occaſusq́; uariari pro uarietate regionũ: ita ut ſuum quæq; habeat plaga.ibidem.
Sydera fixa & errantia,mirum ſeruare ordinem. Cõ. 3.in Prog.cap.7.
Sydera retulit Galenus inter Deos, eaq́; longius ab humana forma receßiſſe profeſſus eſt. Comm.3.in lib.3. Epid.cap.74.
Syderatio, inquire Sphacelus.
Syderatio eſt totius ſubſtantia ſyderatæ partis interitus.Com.4.in lib.de Artic. cap.17.
Syderatio abſoluta curari nequit.ibidem.
Syderatos dici pleuriticos, ubi pars inflammata ob mortem refrigerata, nigrorem ſibi contraxit.Com.1.in lib. de Ra.uict.in mor.ac.ca.35.
Symptomata procedentia ex cauſa extrinſeca,non ex diſpoſitione corporis, nullam faciunt certam præcognitionem. Com.in Apho.41. lib.4.
Symptomata uel ſigna aßidentia,aliquando ſimul inuadunt,aliquando ſuperueniunt, nonnũquam uerò neque omnino ueniunt cũ morbo. Neque enim ſunt inſeparabilia à morbis, neque eorum ueluti ſubſtantiam conſtituunt,ſed proprias faciunt differentias. Com. in Aph.12.lib.1.
Symptomata decretoria tantùm indicant criſin morbi, atq; ipſius iudicationis modum.Com.3.in Prog.ca.39.
Symptomata grauia quoties plura inter ſe miſcentur, grauius ægro periculum minitãtur:nos uerò ad firmiorem præcognitionem adiuuant.Com.2.in Pror.ca.56.
Symptomata quæ in generatione conſiſtunt, unà cum cauſis ipſa gignentibus deſtruuntur. Com. in Aphor. 22.lib.2.
Symptomata quò plura adfuerint

fuerint, cò certiorem præ=dictionem efficient, aut ſa=lutis, aut mortis. Com.2. in Prorr.cap.32.

Symptomata longè grauißi=ma in morbis acutis ſolent interdum bonas criſes mo=liri. Com.in Apho.5.lib.7.

Symptomata uel ſigna decer=nentia, cum primo exquiſi=tè morbi principio non ſunt apta natura inuadere: cum duobus autē aliis ſunt apta. Aliquando *uerò neq; in his, ſed quū morbi augētur, aut iam conſiſtunt, apparent.* Com.in Aph.12.lib.1.

Symptomata uiribus cōtraria poſſunt in ſe inuicem tranſ=migrare. Com.1.in Prorrhe. *cap.27.*

Symptomata, uel ſigna affe=ctuum indicatiua, ſunt, quæ unà inuadunt cum morbo. Com.in Apho.12.lib.1.

Symptomata praua, in bona: atque item bona in praua mutantur. Com.3.in Progn. *cap.39.*

Symptomatum migrationes mutuæ, ex migrantibus hu=moribus accidunt. Com.1.in Pror.*cap.27.*

Symptomata omnia eſſe imbe cilliora circa principia & fines: morbo autem conſi=ſtente, fortiora. Cō.in Aph. *29.lib.2. & in* Apho.30. *lib.2.*

Synanchen dici faucium in=flammationem. Cō.in Aph. *34.lib.4.*

Syncerum unumquodque di=ci, quoties purum atque im=permixtum eſt. Comm.2. in Progn.*cap.38.*

*Syncera excrementa uocari bilioſa.*Com.1.*in lib.1.* Epi. *cap.24.*

*Syncerus humor craßior red ditur, pituitoſus quidē, pro=pter frigiditatem quaſi con cretus: bilioſus uerò propter exuperantiam caloris eua=poratus, & tanquam aſſa=tus.*Com.2.*in* Prog.*ca.38.*

Syncerus quiuis humor, præ=ter ſanguinem, ſi excerna=tur, prauam indicat affe=ctionem. Com.2.*in* Progno. *cap.47.*

Syncope ſtomachicæ indicāt mani

manifeſtè facultatis uitalis ad os uentriculi condolentiam. Com. 2. in lib. de Rat. uict. in morb. acu. cap. 44.

Synochum febrem diuerſam eſſe à continua, ſecundum medicos recentiores: eiusq́; differentias eſſe, homotonam, uel acmaſticam, atque epacmaſticã, & paracmaſticam. Commẽ. 1. in lib. 6. Epid. cap. 28.

Synochi continentur ſub continuis febribus. Com. 3. in li. 1. Epid. cap. 3.

Synochos febres, & non continuas, uocari eas febres à medicis recentioribus, quæ effatu dignam mutationem non habent. Com. 3. in lib. 1. Epid. cap. 2.

Synochos curat ſanguis ad animi uſque deliquium miſſus. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 28.

Synochos fieri à ſanguine putreſcente, mittereq́; ad caput non exiguam calidorũ uaporum copiam. Com. 1. in lib. 6. Epid. cap. 1.

Synonyma dicuntur ea nomina, quæ unicam ſpeciem in multis ſingularibus ſignificant. Com. 3. in lib. de Offi. cap. 24.

Synonyma dici res ipſas, de quibus nomina uniuocè prædicantur. ibidem.

T

TAbes, inqre Phthiſis.

Tabes conſequitur ad ſputum ſanguinis. Com. in Apho. 29. lib. 3.

Tabis differentiæ maximæ, exiſtunt duæ: una ex fluxibus, quos caput demittit, conſtat: altera quæ ab affectibus pulmonis oritur, omnino ſuccedit expuitionibus ſanguinis, potiſſimum uaſe rupto. Sæpenumero etiam fit, fluxione repleto pulmone, non à capite, ſed ab aliis partibus. Com. 1. in lib. 1. Epid. cap. 17.

Tabis alteram differentiam gignunt deſtillationes à capite, quæ tuſſim primò concitant, & raucedinem, nec tandem conſiſtunt. ibidem.

Tabi excipiendæ ſunt proni, quibus

quibus pectus anguſtũ eſt, atque pulmo. Com. in Aph. 8. lib. 4.
Tabi gignẽdæ ſunt apti natu-ra, qui anguſto ſunt pecto-re, & quibus à capite ad pulmonem fluxio defertur. Com. in Apho. 13. lib. 3.
Tabi præter conſuetudinem adeſſe febres horrificas, continuasq́; & acutas. Com. 1. in lib. 1. Epid. cap. 19.
Tabi ſunt opportuni, qui ſunt adeò anguſto & reſtricto thorace præditi, ut à tergo ſcapulæ, alarum inſtar promineant. Cõ. 1. in lib. 1. Epid. cap. 18.
Tabi ſunt opportuni, quibus caput facilè impletur, organisq́; reſpirationis multas fluxiones demittit. ibid.
Tabe correptis peſſima, dum proxima eſt mors, ne paululum quidem cõcoquuntur ſputa. Com. 1. in lib. 1. Epid. cap. 26.
Tabe detentis torrida, cutis eſt inſtar aridi corij diſtenta. Comm. 3. in lib. 6. Epid. cap. 29.
Tabeſcẽtibus colliquatum eſt id omne, quod tum in facie, tum in temporibus carnoſum exiſtit. Com. 1. in Pror. cap. 17.
Tabidam diſpoſitionem, quæ in dubio eſt, maximè deprehendi autumno. Cõ. in Aph. 22. lib. 3.
Tabidi morbi ſequũtur duas anni conſtitutiones, unam ſummè frigidam, ob quam nonnulla uaſa reſpirationi inſeruientia, rũpuntur: alteram, quæ coniunctam habet cum calore humiditatem: quarũ occaſione caput repletum mitttit ad pulmonem fluxiones. Com. in Aph. 16. lib. 3.
Tabidi laborant hectica febre, quæ nunquam deſinit. Com. 3. in lib. 1. Epid. ca. 9.
Tabidi, inquire Phthiſici.
Tabidis autumnus eſt perniciosſus. Com. 3. in lib. 3. Epi. cap. 56.
Tabidis ungues curuantur. Com. 2. in lib. 6. Epid. cap. 16. & cap. 23.
Tabidos uocari ab Hippocrate,

te, tum eos, quorum corpora quomodocunque extenuantur, tum illos, quorum, ob ulcus pulmonis, totum marceſcit corpus. Com.2.in lib.1.Epid.cap.13.

Tabitudines rarò conſequi ad ſiccam aëris conſtitutionem, quæ in calore & frigore ſe naturaliter habeat. Com.in Apho.16.lib.3.

Taciturnitas præter morem, in morbo adueniens, aut ſoporantem torporẽ, aut melancholiæ initium ſignificat. Comm.3.in lib.1. Epid. cap.1.

Taciturnus qui fuit, ſi in morbo præter morem ſit garrulus, delirij coarguitur. ibid.

Talus ab exteriori quidem parte, cũ ſura: ab interiori cum tibia committitur. At ab anteriori parte, caput eius rotundum, ab oſſe nauiculari excipitur: cum calce autem, à poſteriori dearticulatur. Com. 4.in lib. de Arti.ca.3.

Talum tendo ei annexus ita interiùs continet, ut neque uiſu, neque tactu deprehendi poſſit. Cõ.2.in lib.de Fract. cap.35.

Tarſus in pede proportione reſpondet carpo in manu. Com.2.in lib.de Fract.ca.8.

Τεκμαρσις eſt quæ per τεκμήριον fit cognitio. Com.1. in lib.de Rat.uict.in morb. ac.cap.2.

Τεκμήριον eſt ſyllogiſticum ſignum. ibidem.

Tectum domus uocarunt ἀέτωμα antiqui, quòd imitetur aquilæ alas demiſſas. Com.3.in lib.de Art.ca.23.

Temerè non eſſe credendum iis, quæ ſcribuntur. Com.2. in lib.6.Epid.cap.24.

Tẽperamenti repentina mutatio, aliquam continui ſolutionem inducit. Comm.3.in lib.de Fract.cap.34.

Temperamentum totius, non eſſe ex oculorum temperamento expendendum. Com. 3.in lib.3.Epid.ca. 20.

Temperamẽta corporum alterantur pro naturis, & ætatibus. Comm.1.in lib. 1. Epid.ca.1.

Temperata omnia eſſe ſeruã-da ſimilibus.Com.in Apho. 18.lib.2.

Temperati ſunt nec corpulenti,nec graciles,ſed quadrati.Com.in lib.de Salub.diæta,ca.5.

Temperatis corporibus ſalubres ſunt temperati ſtatus, intemperatiq; noxij. Com. 2.in lib.1.Epid.cap.7.

Temperatura bene temperata,& optima, eſt una:malè autem temperatæ & uitioſæ numero octo, quatuor nempe ſimplices, calida,frigida,humida,& ſicca:quatuor uerò compoſitæ:calida & humida,calida & ſicca, frigida & humida,frigida & ſicca.Com.in Aphor.2. lib.3.

Temperaturas ſimplices dici eas, quæ ſecundum unam qualitatem à modo naturæ receſſerunt: non ſimplices autem, quæ ſecundum plures.Com.in Aph.16.lib.3.

Temperiem prauam ſortiti, cum ſolis iis, qui contrariã habent, coëuntes, gignent. Com.in Aph.62.lib.5.

Temperie optima præditi, tam uiri,quàm mulieres,gignent,etiamſi malè temperatis miſceantur.ibid.

Tẽporales muſculos dici eos, qui ex oſſibus temporum ortum habent:quibus uidelicet intentis,committitur os, & aperitur. Comm.2.in lib.de Arti.cap.3.

Temporales muſculi primũ omnium patiuntur in conuulſionibus,diſtẽtionibusq;. Com.3.in Pror.cap.29.

Tempus optimum eſt naturis, ætatibus, & regionibus bene temperatis, quod temperatiſſimum eſt. Cõ.in Aph. 18.lib.3.

Temporis cõſtitutione frigida & humida inualeſcente, omnes cauſæ quàm diutiſſimè in corpore manent crudæ,imperſpirateq;.Com.2. in lib.1.Epid.cap.21.

Tempora morborũ ſunt quatuor, principium nempe, aſcenſus,uigor, & inclinatio.Com.1. in Prognoſtica, cap.9.

Tempora morbi ſunt quatuor, principium, incrementum, ſtatus, & declinatio. Com.1.in Prog.ca.1.

Temporum temperamenta, non nomina, certas morborum formas cõmittunt. Cõ.3.in lib.3. Epid.ca.71.

Temporum ſucceßiones nihilò magis pariunt morbos, quàm ſoluunt. Com.in Aph.1.lib.3.

Temporum alterationes, quæ fiunt ſecundum ipſorum temperaturas, potiſſimùm pariunt morbos. ibid.

Temporibus nonnullis per accidens inualeſcere morbos, quòd nimirũ priorum temporum læſiones exceperint. Com.2.in lib.1.Epi.ca.14.

Temporibus plagæ inflictæ, ſunt letales, & perturbãtes. Com.3.in Pror.ca.29.

Tendo commiſſus calci, quum inſignis magnitudinis ſit, ſi inflammetur, non leue conuulſionis diſcrimen adfert. Cõm.2.in lib.de Fract.c.18.

Tendo eſt corpus exangue, nullam in ſe cauitatem habens, ortumq; à muſculis. Com.1.in lib.6. Epid. ca.1.

Tendines ad oſſa perueniunt, utpote quorũ ſubſtantia ex neruis & ligamentis ſit mixta. Com.3.in lib.de Fract. cap.57.

Tendines oriuntur à finibus muſculorum. Com.in Aph. 66.lib.5.

Tendines, quàm caro, tardiùs inflammantur, tardiusq; ſanitatem recipiunt. Com.in Aph.49.lib.6.

Tendines utrinque adſtringentes alam, inter ſe ſunt contrarij. Com.1. in lib.de Artic.cap.12.

Tendines uocari eas partes neruoſas, in quas muſculi deſinunt. Comm.3. in lib.de Fract.cap.55.

Tendines ſiue Tendones, dici muſculorum extremas partes, quæ etiã ἀπονευρώσας uocãtur. Cõ.2.in lib.de Arti.cap.3.

Tenebræ, quæ per febres oculis oboriuntur, ſignificant atrum quid ex flaua bile & ſyncera exhalans ad caput.

Com.3.in Prog.ca.30.
Tenſa ob ſiccitatem, humore laxantur. Comm.3.in lib.de Off.ca.15.
Tenſa ex repletione, exinanita laxantur. ibid.
Tenſio accidit muſculis, quum fibræ, quæ antea erant laxiores, nunc ad rectam lineam tenduntur. Comm.2.in lib.de Art.ca.19.
Tenſio particularum fit ob craſſos humores & glutinoſos, adcò impactos affectis particulis, ut ægrè diſcuti queant. Com.1.in lib.1.Epid. ca.10.
Tenſioni facilius parent, nec ab ea læduntur inſigniter, corpora temperie humida, molléſque carnes ſortita: contrà uerò, quæ duriorem conſtitutionem ſunt nacta. Com. 3.in lib.de Off.ca.23.
Tenues humores, exulcerationes potius quàm tumores creant. Cō.3.in li.3.Epi.c.5.
Tenues humores, omnes eſſe crudos. Com.1.in lib.1.Epid. ca.24.
Tenues deſtillationes, dum ſpiritus ui excuſſæ, à pulmone efferuntur, diſſipantur, contráque impetum illius delabuntur rurſus, ante quàm uniuerſam pertrāſierint arteriam aſperam. Comm.3.in lib.6.Epid.ca.18.
Tenuiores humores à natura in halitum digeruntur. Com. 2.in li.6.Epid.ca.29.
Tepidum eſſe exactè medium calidi & frigidi. Cō.3.in li. de Rat.uic.in mor.ac.ca.29.
Terebinthorum nomen ſignificat nigra quædam tubercula, quæ maximè conſiſtunt in cruribus, à ſimilitudine coloris, formæ, magnitudiníſque quam cum terebinthorū fructu habent, appellatione deſumpta. Com.3.in li.6.Epid. ca.37.
Terminus primus conuerſionis ad habitum frigidiorē in ætatibus, eſt annus trigeſimus: ultimus eſt trigeſimus quintus. Com.3.in Prog.ca.28.
Terra ſua ipſius ratione, ſummè frigida eſt. Com.1.in lib. Hip.de Nat.hum.ca.15.
Terram eſſe ſitam in uniuerſi medio. Com.3.in.Prog.c.7.
Tertiana dicitur febris, quæ à

ſola flaua proficiſcitur bile. Com.2.in li.1.Epid.ca.25.

Tertiana febris, *ab ardenti,ſecundum humorem à quo oriũtur,nõ differt.* Com.in Aph. 59.li.4.

Tertiana *feb.oritur à flaua bile.*Com.in Aph.59.li.4.

Tertiana *cauſam habet bilem per uniuerſum corpus delatam.ibid.*

Tertiana *exquiſita dicitur, quæ à copioſiſsima bile per corpus delata, fit tempore æſtiuo, regione calida & ſica,ſimilique ætate atque temperamento.ibid.*

Tertiana *exquiſita intra ſeptem iudicatur circuitus,ibid.*

Tertiana *exquiſita ſeptem circuitibus iudicatur.*Com.3.in Prog.ca.7.

Tertiana *exquiſita (cuius totus circuitus duobus diebus, totidémque abſoluitur noctibus) nunquàm ultra duodecim horas ſuã acceſsionẽ producit.*Com.in Aph.59. li.4.

Tertiana *exquiſita ſuã acceſſionem duodecim horis minorem habet,poſt quam intermittitur integrè.* Tertiana *autem ſimpliciter dicitur,cuius acceſsio ad decimamquintam horam extẽditur.* Com. 2.in li.6.Epid.ca.22.

Tertiana *fit à flaua bile excedente modum.*Com.in Aph. 2.li.1.

Tertiana *ſeptenis circuitibus iudicatur,* Commẽ.3.in li.1. Epid.ca.17.

Tertiana *celeriter iudicatur.* Com.in Aph.12.li.1.

Tertianæ *febris ſeptima acceſsio in tertiũdecimum deſinit diem, ſæpéque in eo iudicatur morbus.* Cõ.in Aph. 59.li.4.

Tertianæ *exquiſitæ acceſsio fit unà cum rigore: ſolutio per ſudores,uel uomitum,uel deiectionem bilis.ibid.*

Tertianæ *exquiſitæ tẽpus acceſsionis, erit multo minus, quàm quietis.* Com.in Aph. 59.li.4.

Tertianam *exquiſitam uocari, quæ tertio quoque die inuadens, intra duodecim horas ſoluitur:ut* Tertianã *ſimpliciter, quæ diuturniorem*

acceſs

acceſsionem & remiſsionem ſortitur. Quæ uerò acceſsionem plurimum productam, paruam autem intermiſsionem habet, eam dici productam tertianam. Comm.3.in li.1.Epid.ca.5.

Tertianam exquiſitam ſubitò iudicari. Com.3.in li.1. Epi. cap.1.

Tertianam exquiſitam carere periculo.ibid.

Tertianam exquiſitam ſortiri acceſsionem exigui temporis. Commẽ.3.in lib.1.Epid. ca.8.

Tertianã febrem eſſe breuiorem quotidiana. Com.2.in li. de Nat.hum.ca.22.

Tertiana ſæpe afflictari ſolitũ perfectè ſanauit Galenus, eũ circa finem ueris expurgãs. Com.in Aph.47.li.6.

Tertianæ uerœ bilioſiſsimæ ſunt. Com.3.in Prog.cap.32.

Tertianæ clarè ad integritatẽ ueniunt. Com.3.in li.1.Epid. cap.2.

Tertianæ ſimpliciter dicuntur illæ, in quibus integritatis ſpatiũ nihilominus eſt horis uigintiquatuor: quarum autem intermiſsionis tẽpus hoc breuius eſt, acceſsionis uerò longius, tertianæ extenſæ. Com.2.in li.6.Epi.ca.22.

Tertianæ fiunt, quum totius corporis carnes flaua bile redundant. Com.2.in li.1.Epi. cap.20.

Tertianarum iudicationẽ fieri ſecũdum numerum circuituum, non dierum. Comm.in Aph.59.li.4.

Tertianarum eſſe genera duo: unum quidem exquiſitum, legitimúmque: alterum uerò nothum. Cõ.4.in li.de Rat. uict.in mor.ac.cap.13.

Tertium diem ab Hippocrate *fieri decretorium.* Com.3.in Prog.ca.2.

Teſticulus dexter ſi alicui priùs augeatur, is quum ad perfectam uirilémque ætatem peruenerit, maſculos potiùs, quàm fœminas, gignet. Contra uerò ſi ſiniſter excreuerit. Commen.4.in li.6. Epid.cap.27.

Teſticulis inſitorum uaſorũ tunicas nutriri à ſemine. Cõ.1.

in Prog.ca.42.
Teſticulos conſentire pectori & mammis.Com.3.in li.6. Epid.ca.41.
Teſtimonium ex euentu acceſdit iis,quæ rectè ſunt excogitata in omnibus artibus. Cō. in Aph.17.li.2.
Tetanus affectio eſt frigida. Com.2.in lib.6.Epid.ca.9.
Tetanus ſanatur à frigidæ multæ affuſione, propter caloris reuocationem. Com.2.in li. 6.Epid.ca.9.
Tetanus eſt conuulſio, qua partes æqualiter antorſum & retrorſum tenduntur. Com. in Aph.57.li.4.
Tetanus morbus eſt peracutus, utpote compoſitus ex emproſthotono, & opiſthotono.Quare in primo circuitu dierum iudicatoriorum ſuſcipit criſim. Com.in Aph. 6.li.5.
Tetanum eſſe morbum acutū abſque febre.Comm.in Aph. 30.li.5.
Τετραφάρμακον medicamen membrum quidem affectum ab inflammatione tuetur,ſed ulcus ſordidum reddit.Com. 3.in lib.de Fract.ca.43.
Tetrapharmacum conſtat ex cera,ſeuo, pice, & reſina, æqua temperatis portione. Gal.contra Lycum.
Thais, genus eſt uinculi,capitis affectibus accōmodatum. li.de Faſciis.ca.9.13.
Thaſus eſt expoſita uentis Aquiloniis & frigidis.Com.1. in li.1.Epid.ca.1.
Themiſtoclem abſque doctore ullo,& ſuopte ingenio,fuiſſe uirum ſapientiſſimum,atque perſpicaciſſimum. Com.5.in li.6.Epid.ca.2.
Θέναρα uocari prominentiores ipſius uolæ partes. Com. 1.in li.de Fract.ca.20.
Theriaca, inquire Alexipharmaca.
Theriaca Græcè uocari, quæ ferarum morſibus auxiliantur.Com.6.in li.6.Epi.c.5.
Theſſalus Hippocratis filius, patris ſcripta in chartis, coriis, & tabellis reperta, collegit. Cō.5.in li.6.Epi.c.5.
Theſſalus Hippocratis filiorum clariſſimus,exactè ſententiam

tentiam patris eſt æmulatus. in Præfatione Com.2.in li.3. Epid.
Tholus eſt genus uinculi,capitis affectibus accõmodatum. li.de Faſciis,ca.7.
Thorax anguſtus & longus, eſt uitio : nam is eſſe amplus debet.Cõ.1.in li.6.Epi.c.2.
Thorax continet pulmones, & cor.ibid.
Thorax pro cordis magnitudine augetur. Com.3.in lib.6. Epid.ca.18.
Thorax ſi phlegmone arripiatur,letale. Commẽ.2.in li.6. Epid.ca.14.
Thorax pro cordis ratione plerunque magnus euadit.Com. 4.in li.6.Epid.ca.24.
Thoracis figura (ut quidem probabile eſt)natiuum calorem ſequitur.Com.3.in lib.3. Epid.ca.70.
Thoracis partes infernas alit uena quædam à caua ſub corde exorta.Commẽ.2.in li.de Rat.uic.in mor.ac.ca.10.
Thoracem in duas cauitates diſpertiunt membranæ à pectore ad ſpinam protenſæ.Com. 2.in Prog.ca.59.
Thoracem mouentes muſculi, magna ex parte operantur ſimul omnes in apoplexiis, & in exercitiis improbis.Cõment.in Aph.42.li.2.
Thorace anguſto præditi,omnes propemodum flatulenti ſunt, fortè ob defectum uitalis caloris,qui à corde emanat.Cõ.3.in li.6.Epid.c.13.
Thraciæ loca diſtantia à mari, frigiditate humiditatéq; modum excedunt.Commẽ.in Aph.14.li.3.
Thus citra morſum exiccat. Com.2. in li.de Art.ca.49.
Thus poſſe pro manna apponi contuſis naribus. Com.2.in li.de Art.ca.42.
Tibia ex duobus oſsibus conſtat.Cõ.4.in li.de Art.c.28.
Tibia ſola cum oſſe femoris iungitur. Com.2.in li.de Fract. ca.66.
Tibia ex duobus oſsibus conſtat: quorum alterum tibia: alterum ſura uocatur. Com. 2.in li.de Fract.ca.34.
Tibia duobus oſsibus conſtat: quorum alterum altero, ex-

*una quidem parte multò tenuius eſt:ex altera uerò,non multò tenuius.*Com. 4.*in li.* de Art.ca.6.

Tibia non iungitur ſuræ ſecundum longitudinem. Com.2. *in li.de* Fract.ca.36.

*Tibia eſt os craßius, quàm ſura.*Cō.2.*in li.de* Frac.c.34.

Tibiæ duæ concauitates, duo femoris capita excipiunt. Cō.3. *in li.de* Frac. c.52.53.

*Tibiam reflectit articulus genu.*Com.3.*in li.de* Art.c.73.

Tibiam fractam puluinis potiùs, quàm canali, fulciendā eſſe. Com.2.*in lib.de* Fract. ca.63.

Tibiam excedit ſura,ex parte inferna:ut ſuperatur ab illa, ex ſuperna. Com.3.*in lib.de* Frac.ca.55.56.

Tiburtinæ aquæ, inquire Aquæ Tiburtinæ.

Tiburtinas aquas,hoc eſt, quæ ex Tiburtinis *montibus per lapideos aquæ ductus in urbem* Romam *deducebantur, alio quidem omni uitio caruiſſe:fuiſſe tamē quoquo modo incoctiles,ita ut neque citò caleſcerēt,refrigerarentúrue,neq; in eis iniecta, celeriter coquerentur.*Com.4. *in li.*6.Epid.ca.10.

*Timor manifeſta ex occaſione incipiens, poſtea autem inueteraſcens, melancholiam ſignificat.*Commē.*in* Aph.23. *li.*6.

Timor,inquire Metus.

*Timores, magnopere acris, deuſtæq; flauæ bilis ſymptomata exiſtunt.*Com.2.*in li.*1. Epid.ca.75.

Timores à ſomnis ſolent febrientes corripere,ubi melancholica plenitudo ipſum opprimit cerebrum. Com.*in* Aph. 67.*li.*4.

*Tineſmus dicitur à tenſione, quæ in eo affectu fit, dum ægri aßiduè exurgūt inexpugnabili deſidendi cupiditate.*Com.*in* Aph.27.*li.*7.

*Tineſmus fit in recto inteſtino.*Com.*in* Aph.27.*li.*7.

*Tineſmus eſt affectus admodū dolorificus ob tenſionem: ut moleſtus ob aßiduam deſidendi neceßitatem.*Com.3.*in li.*3.Epid.ca.53.

Tineſmum

Tineſmum fieri ab acri putridáque pituita, meatum qui ſecundum rectum inteſtinũ eſt, exulcerante. Commentario tertio in lib.3. Epidem. cap.70.

Tineſmo laborantes affliguntur tenſione, & deſidendi cupiditate uehementiori, quàm dyſenterici, quòd pituita, quæ morbum gignit, ægrè poßit excerni. ibid.

Tineſmi ſuperueniunt omni uehementi exulcerationi recti inteſtini. Com.2.in li.1. Epid.cap.36.

Toſi gignuntur in animalium corporibus, ex purulento humore, uel ex hoc cum pituita commiſto: quales fiunt in articulari morbo. Com.1.in li. 6.Epid.ca.5.

Toſorum, & capillorum, qui concreſcunt in renibus, par eſt generationis modus, ibidem.

Tolerantia difficilis ſequitur interdum æſtuoſam febrem: interdum uitium in ore uentriculi. Com. quarto in lib. de Ratione *uictus in morbis acutis, cap.47.*

Tonitrua fieri aut propter interceptum ignem, qui dum erumpit, circunfuſam nubem quaſi diſplodit, quo etiam tempore fulmina deferũtur: uel attritis inter ſe nubibus. Commen.4.in lib.6. Epid. cap. 19.

Tonitrua nulla edi in nimboſis aëris conſtitutionibus. ibidem.

Τόνους uocat ipſos neruos Hippocrates. Com.1.in lib. de Art.cap.48.

Tonſillæ ſunt locorum, quæ ad iſthmum pertinent, inflammationes. Commentario in Aph.26.lib.3.

Tormina fiunt & propter morſum uehementem, & ſpiritum flatuoſum, qui non habet exitum, ſed inteſtinorum inuolucris eſt interceptus. Commentario in Aph. 11.lib.4.

Tormina fiunt propter mordacitatem, & propter ſpiritum flatulentum. Commentario in Aphoriſ. 41. lib.1.

Torminum generationi confert quies, & plenitudo ciborum. ibid.

Torpor mediocris gignitur à largiori partium refrigeratione: qui quidem hebetando ſenſum, ſoluit dolorem. Com. in Aph. 25. li. 5.

Torpor membrorum proficiſcitur à neruorum læſione, Commenta. 3. in lib. de Art. ca. 51.

Tragus fit ex zea, Com. 1. in lib. de Rat. uict. in morb. ac. ca. 18.

Trăsfluxiones humorŭ fiunt, unaquaque partium ſuſcipiĕtium, in alteram à ſeſe, quod ſuperuacuum eſt, expellĕte. Com. 1. in Prorrh. ca. 27.

Transfluxus humorum ab una in alteram partem, rarò contingũt. Com. in Aph. 22. li. 1.

Tranſmigrationes morborum fieri etiam propter communem membrorum cõſenſum. Commenta. 3. in lib. 6. Epid. ca. 41.

Tranſmutantur corpora uel ſecundum qualitatem alteraſcentia, uel ſoluta continuitate. Com. 2. in li. de Rat. uict. in mor. ac. ca. 1.

Tranſmutationem fieri uiciſſitudine qualitatum. Com. 1. in li. Hip. de Nat. hum. ca. 11.

Tremor eſt motus compoſitus, fitque nunc quidem uincente facultate motrice: nunc autĕ uicta, & depreſſa à põdere. Commenta. 1. in lib. 3. Epid. ca. 4.

Tremor eſt motus uolũtarius, cæterùm præter naturam, nõ tantùm affectis neruis aut muſculis, ſed etiam ualentibus accidens, ubi quiſpiam ultra uires aut baiulare manibus, aut portare humeris aliquod onus moliatur. Com. 1. in li. 3. Epid. ca. 4.

Tremor fit ob uirium infirmitatem. ibid.

Tremor ex organorum ariditate, omnino incurabilis eſt. Com. 1. in Prog. ca. 10.

Tremor linguæ accidit, facultate animali imbecilla reddita. Com. 1. in Prorrh. ca. 19.

Tremoris cauſa eſt infirmitas muſculorum. Com. 1. in li. 3. Epid. ca. 2.

Tremorem non eſſe paruam conuulſionem, ut Sabinus putabat. Com. 1. in lib. 3. Epid. cap. 4.
Tremorem inducunt affectus animi. ibidem.
Tremores fiunt exoluta uirtute, tum uigiliis, tum motionibus multis: ſimul uerò & neruis ſupra modũ arefactis. Com. 1. in Pror. ca. 9.
Tremores fiunt propter affectos muſculos. Comm. 2. in lib. de Fract. cap. 23.
Tremores conuulſiui letales ſunt. Com. 3. in Pror. cap. 13.
Tremores in conuulſionibus deprehendi non poſſe. Com. 3. in Pror. ca. 70.
Tremunt minimè otioſa membra. Comm. 1. in lib. 3. Epid. cap. 4.
Tremunt extrema ob potentiæ mouentis ipſa imbecillitatem. Com. in Aph. 9. li. 7.
Trigeſimusprimus dies, & trigeſimusquartus, exiſtunt iudicatorij. Com. in Aphor. 36. lib. 4.
Tritæophyes dicitur ſola ea febris, quæ quũ tertio quoq; die inuadat, proximè accedit ad integritatem. Com. 2. in lib. 6. Epid. cap. 22.
Tritæophyeis habent difficilem noctem, quæ acceſſionẽ præcedit. ibidem.
Τριταιοφυεῖς febres uocari, quæ ſimpliciter tertio quoq; die inuadunt. Com. 3. in lib. 1. Epid. cap. 5.
Triticum madefactum, facilius decorticatur. Com. 2. in lib. de Art. cap. 41.
Triticum madefit in piſtrinis omnibus, non ubique tamen abluitur, ſed in pleriſque ciuitatibus Aſiæ, ubi triticum in fiſcum ex iuncis cõtextũ iniiciunt: deinde in aquam fiſcum ipſum demergunt, ut puluis & arena facilè per iuncorum diſtantias tranſeant, triticum autem & abluatur, & moderatè madeſcat. Fiſco ſiquidem ex aqua exempto, plurimum effluit humoris: tantum uerò illius adhæreſcit frumento, quantum ut molatur eſt ſatis. Alioqui, niſi eius exterior cortex madeſceret, in minutas

adeò partes ſub mola conterererentur, ut excerni per cribrum farina poſtea non poſſet, abſque magna portione furfuris. ibidem.

Triticum optimum eſſe, quod ſubſtantia eſt denſum: nam rarum plures partes furfuraceas ſortitur: neque eius farina, dum aqua ſubigitur, ita glutinoſa eſt, ut illius, quod denſum exiſtit. ibidem.

Triticum ſitanium, inquire Σιτώνιον.

Τραύματα uocat Hippocrates læſiones, eas, quæ ab externis inferuntur partibus. Com.3.in Pror.cap.36.

Tubercula à calidiori orta ſucco, uelocis iudicationis, minimeq; lata exiſtunt. Com.2.in lib.6. Epid.cap.29.

Tubercula à frigido ſucco orta, ſunt lata & diuturna. Com.2.in lib.6.Epi.ca.29.

Tubercula quæ in acutum attolluntur, & quaſi turgent, calidiorum humorum ſunt ſoboles: contraria uerò, frigidiorum. Præterea, quæ moderatè ſunt calida, ſolos pruritus cient: quæ uerò calidiora, iam & mordent, & cruciant. Com.2.in lib.6. Epid.cap.29.

Tubercula oriuntur in corpore à craßis humoribus, qui quum à natura integrè non potuiſſent expelli, hæſerunt in cute. Com.in Aph. 15.lib.2.

Tubercula fiunt ſanguine excalfacto à bilioſo humore. ibidem.

Tubercula ex imo ad cutem enata, ſi retrocedant, ſigna omnium grauißima exiſtũt. Com.1.in Pror.ca.1.

Tubercula ſublimiora, à calidiori humore gignuntur. Com.in Apho.9.lib.6.

Tubercula cruda & dura, gigni à lentis & craßis humoribus. Comm.3.in lib.de Art.cap.4.

Tubercula, inquire Phymata.

Tumens aliqua pars, ſi nec ſuppuratio, nec dolor eſſatu dignus, nec febris adſit, putreſcit quidem, ut nonnunquam eam totam ſimus coacti præcidere. Com.1.in lib. 3.Epid.

3.Epid.cap.8.

Tumẽtia omnia tantũ de longitudine amittunt,quantum eis de latitudine accedit.Cõ. 3.in lib.de Art.cap.100.

Tumor mollis dolore uacat. Com.1.in Progn.ca.34.

Tumor excreſcit pro ratione influentium humorum.Com. 1.in lib.de Fract.ca.38.

Tumor omnis præter naturã diſcuſſo humore gignente ipſum, curatur. Comm.1.in Prog.cap.31.

Tumor indolens eſt minus periculoſus. Com.1.in Progn. cap.34.

Tumorem citò diſcuti accidit ob tenuitatem humoris,partis laxitatem,caliditatẽ ambientis, facultatem medicamenti,ac uirium robur:aut ob transfluxum in aliam partem.Com.2.in Progno. cap.68.

Tumores infra umbilicum, rarò ad ſuppurationem perueniunt.Com.1.in Prognoſ. cap.37.

Tumorum differentia eſt triplex: uel enim cum dolore infeſtant, qui inflammationes uocantur:uel abſq; dolore ſunt duri, & dicuntur ſcirrhi: uel abſque dolore molles, qui uocantur œdemata.Com.in Aph.34.li.4.

Tunica interna uentriculi eſt continua illi,quæ ueſtit linguam.Com.in Aph.32.li.6.

Tunica gutturis, linguæ, & uentriculi, eſt una & eadẽ. Com.3.in lib.de Rat.uict. in morb.ac.cap.11.

Tunicam uentriculi internã, nec non gulæ palati, atque oris totius,eſſe unã,atque ſibi continuam.Commen.3.in Progn.cap.30.

Tunicam oris, uentriculiq; eſſe unam & eandem.Com. 4.in lib.de Rat.uic.in mor. ac.cap.6.

Turbulentus aër dicitur,qui inter nebulam nubẽq;, mediam cõſiſtentiam ſortitur. Com.2.in Pror.cap.11.

Turbulentus aſpectus dicitur, quum æger & obtusè cernit,& per quandam turbulentiam ſe uidere arbitratur.ibidem.

Tur

Turbulenti oculi ſolis iis inſunt,quibus turbatum in pupilla uidetur humidum. ibi.

Turbulenti mente dicuntur, qui non inſigniter perturbãtur:id quod accidit mente leuiter læſa. Commẽ.1.in Prorr.cap.4.

Turgere translatũ eſt ab animalibus in uenerem concitatis ab ipſo humore. Com.in Apho.22.lib.1.

*Turgere dicuntur humores, qui per totum corpus oberrant,tracto uocabulo ab animalibus ad coitum concitatis.*Com.in Aph.1.lib.4.*&* in Apho.10.lib.4.

Tuſsiculas ſiccas accidere ſolis febribus laborioſis, ubi per gelu,aut æſtum, præcipuè in uia puluerulenta, ægri laborauerint. Com.2.in lib.6.Epid.cap.23.

*Tuſsis eſt naturale ſymptoma, ad expurgandas aſperas arterias,quæ in pulmone conſiſtunt.*Com.in Aph. 51.lib.7.

Tuſsis ſicca,in qua nihil ſpuitur,fit ob intemperiem ſpiritalium inſtrumentorũ, uel ob faucium aſperitatem:uel aliquo tenui & pauco humore inſtillante. Comm. in Apho.54.lib.4.

Tuſsis ſicca appellari conſueuit, in qua nihil expuitur. Com.2.in lib.6.Epi.ca.16.

Tuſsim plerunq; procedere à thorace, pulmoneq; & arteria aſpera, ubi hæ partes primùm laborant. Com.6. in lib.6.Epid.cap.6.

Tuſsim interdum natura per ſe ipſam excitat. Com.2.in Prog.cap.3.

*Tuſsim eſſe actionem præter naturam.*Comm.3.in lib.de Offic.cap.36.

Tuſsim excitari à natura, ut ſpiritus uiæ mundæ ab excrementis reddantur. Com. 5.in lib.6.Epid.cap.23.

Tuſſes ſequuntur, ubi humores nimij expurgantur. ibi.

*Tuſſes fiunt hyeme,ob refrigerata reſpirationis organa.*Com.in Aph.23.lib.3.

Tuſſes meritò fiũt in corporibus natura durioribus,quòd hæc facilius exaſperentur, quàm

quàm mollia. Cō.3. in lib.6. Epi. cap.14.

Tuſſes nō expurgant exquiſitè tenues humores: ſicuti neque uiſcidos. Illi ſiquidem aëri circunfluunt: hi autem bronchiis tenaciter hærent. Com. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap.2.

Tuſſes aridæ, hoc eſt, in quibus nihil expuitur, fiunt interdum quidem exaſperatis faucibus, guttureq́; abſque affluxu in pulmonem: interdum ob intemperiem reſpirationi inſeruientium inſtrumentorum: aliquādo ob humores inhærentes pulmoni, Qui quū euacuari poſtulēt, nequeunt tamen excreari, uel quòd admodum ſint craſſi & lenti, uel inſtar aquæ ſubtiles. Commē.1. in lib.1. Epid. cap.12.

Tuſſes uehementes caput replent. Com.3. in lib.6. Epi. cap.18.

Tuſſes ualidæ, thoracis & pulmonis partes concalfaciunt, indeq́; febrem atque ſitim adaugēt: quæ uerò ſunt paruæ, & per longiora interualla excitantur, tantiſper membra commouent, donec ad ea aliqua deferatur humiditas: quo fit ut neque febrem accendant, neq; ſitim adaugeant, ſed remittant potius atque retundant. Com. 2. in lib.6. Epid. cap.24.

Tuſſes aridæ interdum ob malignum aliquem morbū accidunt. ibidem.

Tuſſes malignas oriri ex deſtillatione à capite, aut ulcere cuiuſpiam organi reſpirationi inſeruientis, aut abſceßibus ibidem ortis, aut empyemate: eas uerò, quæ abſq; malignitate infeſtant, fieri ab intemperie orgánorum inſeruientium reſpirationi, aut ab aſpredine faucium, atque aſperæ arteriæ. ibidem.

Tußilago modicè ſiccat. Cō. 4. in lib. de Art. cap.22.

Tympanias, lege Hydrops.

Tympanias dicitur ſicca aqua inter cutem: in quo morbo abdomen percuſſum edit talem ſonum, qualem tympana

pana.Com.in Aph.11.li.4.

Tympaniam nullus per ſanguinis mißionem ſanare eſt auſus.Com.4.in lib.de Ra. uict.in mor.ac.cap.11.

Typhodes febres ſunt humidæ in ſummo.Galen.contra Lycum.

V

VAcuandos eſſe exuberantes humores, aut uomitu, aut clyſmis, aut medicamẽtis purgãtibus, aut per mariſcas, aut per uterum, aut per ſcarificationem, aut per inſenſilem euaporationem. Com.2.in lib.6.Epid.ca.2.

Vacuandum eſſe humorem noxium, circa morbi principia, quo minorẽ factam materiam, faciliùs poßit natura cõcoquere. Com.in Aph. 29.lib.2.

Vacuandum eſſe ægrum corpus, priuſquàm nutriẽdum. Com.2.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.16.

Vacuanda eſſe, quæ infeſtant, atque cõtriſtant corpus.Cõ. in Apho.2.lib.1.

Vacuatio inſignis in morbis acutis, aut per uentrem, aut per uenæ ſectionem, adminiſtratur.Comm.2.in lib.de Rat.uict.in morb.ac.cap.1.

Vacuatio omnis, quæ paulatim non fit, uires diſſoluit, & corporis habitum repentè digerit. Com.3. in lib.6. Epid.cap.4.

Vacuatio dicitur, quum aliqua ui morbi excernuntur. Com.3.in Pror.cap.8.

Vacuatio inæqualis fit, quum ex medicamentis purgantibus, quæ miſta inter ſe propinantur, hoc quidem citiùs, hoc autem tardiùs, inchoat purgationem.Com.2.in lib. de Ratio.uict.in morb.acu. cap.11.

Vacuationis menſura in maximis inflammationibus, & in adurentibus febribus, doloribusq́; ſæuißimis, debet eſſe deliquium animi, ratione ipſius euacuationis obortum.Com.in Aph.23.lib.1.

Vacuationem uocat Galenus eam, qua familiares quidem humores, cæterùm copia

peccan

peccantes,uacuantur.Com. 2.in Prog.cap.14.
Vacuationem immodicam eſſe uitandam. Com.3. in lib.6. Epid.cap.6.
Vacuatione uſq; ad defectionem animi nullum maius remedium Galenus reperit in doloribus maximis. Com.in Apho.23.lib.1.
Vacuationes fiunt ab uniuerſo animalium corpore, licet nec celeriter, nec ſimiliter ex uena omni fiant. Com.2. in lib.de Rat.uict.in morb. ac.cap.10.
Vacuationibus cōferentia loca ſunt inteſtina, uēter, ueſica, uterus, palatum, nares, & uniuerſa cutis.Comm.in Apho.21.lib.1.
Vacuatum, require Inanitum.
Vacuum nullibi dari, ſecundum Ariſtotelis, Stoicorúmque ſententiam. Com.4.in lib.6.Epid.cap.10.
Vacuum arguitur ex molli. Com.1. in lib.3. Epid. ca.5.
Valga crura dicuntur, quibus articulus in exteriorē partem conuertitur. Com.3.in lib.de Offi.cap.31.
Vapor calidus cute emanans, poteſt eſſe ſymptoma humorum præ calida febre attenuatorum, neque omnino mortis indicium. Com.4.in lib.6.Epid.cap.31.
Vapor effluit ſemper è noſtro corpore, ſed in ſiccis ſtatibus, plurimus: pauciſſimus in humidis. Commē.1. in lib.1. Epid.cap.8.
Vaporem, qui aſcendit ſurſum, eſſe calidum: conſpiſſari tamen, quòd in frigidum aërem incidat.ibidem.
Vara exiſtente tibia, eius quidem finis, intrò, pes autem extrà debet conuerti.Com. 4.in lib.de Arti.cap.11.
Varices uocantur uenæ intumeſcentes ſanguine melancholico, in coxis & cruribus.Com.in Aph.21.lib.6.
Varices opitulantur melancholiæ, podagræq; & articulari dolori.Com.6.in lib. 6.Epid.cap.8.
Varices facto defluxu per rectitudinem, aliquando maniam curarunt. Comm.2.in lib.

lib.6.Epid.cap.14.
Varices craſſum ſanguinem colligunt:fiuntq́; plerunque ab atra bile:interdum ab aliis crudis & craßis humoribus.Com.3.in lib.de Art. cap.4.
Varicibus ſuperuenientibus ſolui nonnullos affectus pertinentes ad lumborum regionem.ibidem.
Vari à natura,firmius ſtant, & ægrius ſubuerti poſſunt, quàm qui rectis incedunt cruribus.Com.3.in lib. de Artic.cap.87.
Vari dicuntur,quibus articuli crurum ad interiorem conuertuntur partem. Com.3. in lib.de Offi.cap.31.
Varos fieri pedes, quum tibia in exteriorem partem recedit,ita ut ſuræ proceſſus inferior,qui extrinſecus talum complectitur,ſuſpenſus ſit, ac nullo ſuffultus. Com. 4. in lib.de Arti.cap.3.
Vaſa ſi ſupra modũ repleantur,periculum eſt,ne diſrũpantur,aut extinguatur calor natiuus,aut ſuffocetur. Com.in Apho.3.lib.1.
Vaſa incumbentia lumbis,diuaricantur in crura.Com.1. in lib.6.Epid.cap.5.
Vaſa quibus circa ægros utimur, debere eſſe purißima. Com.4.in lib.6. Epi.ca.8.
Vatia exiſtẽte tibia, eius quidem extremũ, in exteriorem: pes in internam partẽ eſt conuertendus. Com. 4.in lib.de Art.cap.11.
Vaticinatio,inquire Μαντική.
Vatij natura deteriùs ſtare poſſunt, nec ſunt curſu ueloces,necnon facilè ſubuertuntur.Com.3.in lib.de Artic.cap.87.
Vellicare ſolent ægri particulas, ubi in profundo ſubeſt dolorificus affectus: ac ſæpe dum in illis continetur pus, aut aliquis acris humor: interdumq́; delirij eſt nota.Com.3.in lib.1. Epid. cap.1.
Vena caua ex gibba hepatis ſurſum ad dextram cordis aurem plurimum ſanguinis defert. Com.2.in lib.de Rat.uic.in mor. ac.cap.10.

Vena in lūbis ſita, ampliſſima eſt, ſanguinémque inferioribus uenis diſtribuit. Com.3. in lib.de Art.cap.4.
Vena caua coniungit inter ſe cor, & hepar: eſtq; uenarum omnium latiſſima. Comm.4. in lib.de Rat.uic.in mor.ac. cap.27.
Vena caua oritur à gibbo iecinoris. Com.2. in li.de Nat. hum.cap.6.
Vena caua in totum corpus ſanguinem riuat.ibid.
Vena porta excipit meſeraicas ad iecur.ibid.
Vena humeralis, inquire Humeralis uena.
Venæ ſectio commune auxilium eſt earum, quæ ex plenitudine fiunt diſpoſitionum. Com.in Aph.47.lib.6.
Venæ ſectionem, quàm purgationem, priùs eſſe moliēdam, ubi utrunq; auxilium deſideratur. Cō.1.in li.6.Epi.ca.5.
Venam brachij dextri internā uelociſſimè & plurimum inanire corpus: ob idque ſecandam in acutiſſimis morbis. Com.4.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.cap.24.
Venam ſecare iis expedit, in quibus ſanguis multus, aut craſſus, per uenas redundat. Com.1.in lib.6.Epid.cap.5.
Venam cauam uocauit Hippo. iecorariā, ſecundo Epidemiorum libro. Com.2. in lib.de Nat.hum.cap.6.
Venam ſecandā eſſe ob plagas alicui particulæ inflictas, etiamſi illi qui cæſi fuerint, nulla ſint plenitudine affecti: [illegible] qui maximæ contrahentur inflamma tiones. Com.3. in lib.de Art.cap.62.
Venam Medici non ſecabant poſt quartum diem, tempore Hippocratis, licet ipſe eam ſecuerit Anaxioni, octauo. Commenta.3.in lib.3. Epid. cap.79.
Vena in cubito ſecta, non admodum iuuat illos dolores lateris, qui ad hypochondria uſque extenduntur. Com.2. in lib.de Rat. uict.in morb. ac.cap.10.
Venæ ſub lingua ſectæ uacuāt faucium inflammationem. Comm.4.in lib.de Rat.uict.

in morbis acutis.cap.30.
Venæ quædam cõmunes ſunt mammis atque utero. Com. in Aph.37.lib.5.
Venarum & arteriarum ora contigua ſunt.Com.6.in lib. 6.Epid.cap.2.
Venarũ facultas ex urina depræhenditur.Comment.2.in Prog.cap.26.
Venarum facultatem eſſe ſanguificam. Comm.5.in lib.6. Epid.cap.1.
Venis inhærẽtes humores praui,& per aluum,& per ueſicam purgantur. Com.1.in li. 3.Epid.cap.4.
Venas frangi contingit iis,qui natura duriores ſunt. Com. 3.in lib.6.Epid.cap.14.
Venas uocabant etiã arterias Græci. Com.2.in lib.de Off. cap.27.
Venas eſſe ſecãdas in manibus ſi laborent partes,quæ ſupra hepar conſiſtunt: ut in genu uel talo, ſi partes inferiores affectæ ſint.Commẽ.in Aph. 36.lib.6.
Veneno ſimiles gigni interdum in corpore humores, qui qualitate ſua quàm ocyſſimè perimunt. Commẽ.3.in lib.3.Epi.cap.75.
Veneno letali epoto, quidam poſtridie uel tertio die intereunt,qualitate ipſius,non copia,afferente mortem. ibid.
Venus conducit iis, qui malè à pituita afficiuntur, ſi ualidas uires ſortiãtur: alioqui obeſt maximè. Commẽ.5.in lib.6. Epid.cap.23.
Venus copiam pituitæ exiccat.ibid.
Venus perinde ac uigilia,corpus exiccat.ibid.
Venus corpus eorum calfacit, quorum uires ſunt firmæ:infirmos autem,ſtatim quidem calfacit, poſtremo uerò,pluri mùm refrigerat.ibid.
Venus,tametſi prohibeat plethoram,ob uacuationẽ,quam facit: tamen ſtomachum non mediocriter labefactat: quẽ roborat abſtinentia illius, etiamſi plethoram conciliet. Commenta.1. in lib.3. Epid. cap.4.
Venus auget podagram,dolores articulares, nephritidas,

das, epilepſias, inſaniáſque. Commen. 5. in lib. 6. Epid. cap. 26.
Venus cerebro & neruis nocet admodum: uiréſq; exoluit, atque debilitat. Commentario tertio in li. 3. Epi. cap. 87.
Venus moderata numeratur inter ea, quæ corpora inſtaurant. Commentario tertio in lib. 6. Epid. cap. 29.
Veneris uſus, qui refrigerando prodeſt, eis tantum utilis eſt, ſi moderatus fuerit, in quibus fuliginoſi fumidíque halitus, ob naturalem intemperantiam contrahuntur. Commen. 5. in lib. 6. Epid. cap. 26.
Venerem nunquam prodeſſe: præclarè autem agi cum ea utentibus, ſi non officeret, profitebatur Democritus. Commentario primo in librum tertium Epidemiõ, capite quarto.
Venereorum uſus plurimum confert ad generationem podagræ. Commen. in Aph. 30. lib. 6.
Venerea totum corpus exicant. Commentario quinto in librum ſextum Epidemion, cap. 28.
Ventos cauendos eſſe, dum præcipuè partem neruoſam ſuſpicamur affectam eſſe. Commentario primo in lib. de Off. cap. 11.
Venter copulatur omnibus corporis partibus per hepar: per ipſumque ab eis excrementa recipit. Commentario ſecundo in Prognoſtica, cap. 13. & 14.
Ventris facultas cognoſcitur ex iis quæ deiiciuntur ſingulis diebus. Commentario ſecundo in Prognoſt. cap. 26.
Ventris imbecillitas in concoquendis cibis, omnium corporis affectuum eſt cauſa. Commentario tertio in lib. 6. Epid. cap. 1.
Ventrem ſuperiorem uocarunt thoracem ueteres: ut inferiorem, alimẽti receptaculum omne, quod à ſepto tranſuerſo eſt. Com. 4. in li. de Rat. uict. in morb. acutis, cap. 112.

Ventrem, ſuperiorem uocari ab Hippocrate cauitatē thoracis. Com.in Aph.38. li.7.

Ventre calidiore exiſtente, cibus coquitur optimè, uniuerſúſque ex alimento ſuccus digeritur: quò fit, ut excremēta ſicciora, durioráque excernantur. Com.5. in lib.6. Epi. cap.27.

Ventriculus priùs quidem ex cibis familiare ſibi alimentū attrahit, ſuíſque apponit tunicis: mox ubi ſaturatus fuerit, excernit illos. Commē. in Aph.18. lib.2.

Ventriculus amplexatur, & longè faciliùs cōcoquit quæcunq; cum uoluptate aſſumūtur: auerſatur autem, quæ diſplicent: unde & nauſeæ, & flatus, & fluctuationes ſubſequuntur. Com. in Aph. 38. lib.2.

Ventriculus ſi erodatur ab humoribus acribus, in primis uomitum prouocamus: deim extrinſecus aliquid aſtringens, odoratúmq; admouemus: eóſque cibos offerimus, qui ſint boni ſucci, & non facilè corrumpātur, habeántq; nonnihil aſtringēs. Com.6. in lib.6. Epid. cap.5.

Ventriculus nihil in os emittit niſi per nauſeam, aut uomitum. Com. in Aph. 43. lib.7.

Ventriculus poſſidet uim retentricem imbecilliorē, propter humiditatem: ſicuti expultricem fortiorē, propter ſiccitatem. Com. in Aph.20. lib.2.

Ventriculus condoleſcit cerebro, ob commercium neruorum. Com. in Aph.50. lib.6.

Ventriculus plurimū neruorū participat. Com.2. in lib. de Fract. cap.23.

Ventriculi uulnus dubitari an poſſit coaleſcere. Commē. in Aph.18. lib.8.

Ventriculi proprium eſt, cibos amplecti, ac ſe circunſtringēdo, certo tempore retinere, & rurſus ad inferiora demittere. Com. in Aph.1. li.6.

Ventriculi excrementa uomitu reiiciuntur. Com.2. in lib. de Art. cap.20.

Ventriculum cerebri tertium, qui ſubeſt occipiti, eſſe aliorum

rum omnium quàm maximè principem. Com.1.in lib.6. Epid.cap.2.
Ventriculum inuadunt bilioſa excrementa in doloribus, mœroribúſq; uehementibus. Com.2.in lib.de Art. ca.20.
Ventriculi frigidiores æquo, conuertunt cibos in acidam qualitatem: ut calidiores, in nidoroſam. Com.4.in lib.6. Epid.cap.25.
Ventus, inquire Aquilo, Auſter, & in aliis uentis particularibus.
Veratrum albũ prouocat uomitum. Cõ.2.in li.de Fra.c.27.
Veratrum album ſolet ſtrangulare, ubi multos, craſſóſq; & glutinoſos humores in corpore offendit.ibid.
Veratro ad affectus renum inueteratos, & qui ceu uecte quodam, ut exturbentur, indigent, eſſe utendum.Com.1. in lib.6.Epid.cap.5.
Veratrum propinandum non eſſe, priuſquam attenuãti uictus ratione craſſos ſuccos præparauerimus. Com.2.in lib.de Fract.cap.27.
Veratrum ſumpturis attenuantium & emollientiũ uſus conducit, ad uitandum diſcrimen ex purgatione.Com.1.in lib. 6.Epid.cap.5.
Veratrum ſi cui dederimus, nõ attenuatis prius humoribus, aut emollitis corporibus, per quæ molliendus eſt uomitus, uerendum eſt, ne ſuffocetur æger, uel cõuellatur, aut aliquod illi uas effringatur.ibi.
Veratrum propinare uel febre carentibus non audebat Gal. Cõ.2.in lib.de Frac.cap.29.
Veratrum, inquire Radiculæ.
Vergiliæ occidunt ab æquinoctio autumnali, diebus circiter 50.Cõ.1.in li.1.Epi.c.1.
Vergiliarum occaſum eſſe finem autumni.Com.1.in lib.1. Epid.cap.2.
Vergiliarum ſignificationes ſunt duplices: hæ uernæ, illæ autumnales. Com.1.in li.1. Epid.cap.1.
Vergiliarũ occaſus autumnũ terminat. Comm.2.in lib.1. Epid.cap.2.
Vergiliis adeſſe duas permutationes ambientis: unam, quũ autumno hyems cõmittitur: alteram, quũ uer æſtati.ibid.

Ver eſt optimum adoleſcentibus: aliis uerò omnibus medium, nec optimũ, neq; peſſimum. Com. *in* Aph. 18. *lib.* 3.

Ver eſt ſaluberrimũ, ut quod bonam ſortiatur temperiem. Com. *in* Aph. 9. *li.* 3.

Ver hyemem ſubſequitur. Cõ. *in* Aph. 18. *lib.* 1.

Ver medio eſt præditũ temperamẽto. Cõ. 1. *in li.* 1. Epi. *c.* 1.

Ver eſt medio inter extrema tẽperamento: ac proinde mediã requirit uictus rationem. Cõ. *in li. de Salub. diæta, c.* 3.

Ver conſeruat corpora bonis ſuccis referta, nihil ex propria natura ipſorum immutans. Com. *in* Aph. 20. *lib.* 3.

Veris initio uacuãdos eſſe, qui epilepſia, apoplexia, melãcholia, arthritide, aliiſq; affectibus, qui ex craſſis oriuntur ſuccis, infeſtari ſunt ſoliti: circa finem autẽ ueris, eos qui morbis à bilis feruore ortis ſolẽt tempore æſtiuo torqueri. Cõ. *in* Aph. 47. *lib.* 6.

Veris initium eſt æquinoctiũ, quod hyemẽ ſequitur. Com. 2. *in lib.* 1. Epid. *cap.* 5.

Veris tranquillitas cum æſtate feruida congruit. Com. 3. *in lib.* 3. Epid. *cap.* 6.

Vere ſimile quid contingit ei quod in exercitiis. Comm. *in* Aph. 20. *li.* 3.

Ver, dum ſuo temperamento conſtat, eſſe temperatiſſimũ. Præf. *in lib.* 1. Epid.

Ver eſſe temperatum. Com. 2. *in lib.* 1. Epid. *cap.* 5.

Ver non calidum & humidũ, ſed temperatum, contra dictionem Hippocratis, Galenus *aſſerit.* Com. 1. *in lib. de* Nat. *hum. cap.* 41. & 44.

Vere augeri ſanguinẽ. Com. 1. *in li. de* Nat. *hum. cap.* 41.

Vere abeunte ſolebant homines Galeni *ætate & ſibi, & iumentis, detrahere ſanguinem, ut declinarent morbos æſtiuos.* Com. *in* Aph. 15. *li.* 1.

Vere laxari et rara fieri corpora ĩcipiũt. Cõ. *in* Ap. 18. *li.* 1.

Vere aduentante uacuandos eſſe, qui ſani quidem ſunt, ueremur autem, ne in morbos incidãt. Cõ. *in* Aph. 47. *li.* 6.

Vere medio exiſtente, atque adhuc magis æſtati proximo, parcè atque ex longo interuallo eſt nutriendus æger. Com.

Com.in Aph.17.lib.1.

Vere optimè degunt adoleſcẽtes, & pueri. Com.in Apho. 18.lib.3.

Vere abundat ſanguis. Præf. in lib.1.Epid.

Vere inualeſcit ſanguis. Com. 1.in lib.1.Epid.ca.1.

Vermes abſq; ulla tußi, quàm ſæpißimè ori uentriculi negotium faceſſunt. Com.2.in lib. 6.Epid.cap.16.

Vernæ naturæ eſt opus, occultam per totum corpus moliri tranſpirationem. Commẽ.in Aph.20.lib.3.

Verni temporis morbi proprij omnes periculo uacant. ibid.

Verno tempore profundũ corporis expurgatur, uitioſis humoribus à præcipuis partibus ad cutẽ tranſmißis.ibi.

Verno tẽpore excitantur diuturni affectus iis, qui hyberno deliquerunt in uictu: fuſis nempe humoribus, ac mox à fortibus ad imbecillia loca detruſis. Com.in Aph.55. li.6.

Vertebra ſecunda ceruicis, ob proceſſum dentiformem, dicitur Dens, ab Hippocrate. Com.2.in Prorrh.cap.54.

Vertebræ ſpinæ muccoſo, atq; neruoſo uinculo inter ſe connectuntur. Comm.3.in lib.de Art.cap.30.

Vertebræ minimè mouerẽtur, ſi in unum coaluiſſent.ibid.

Vertebræ thoracis ab interiori parte ſimæ parumper uidẽtur: à poſteriori ſatis gibbæ. Com.3.in lib.de Art.c.44.

Vertebræ inſtar cardinis ſunt conſtructæ. Com.3.in lib.de Art.cap.19.

Vertebrarum ſingulæ quatuor proceſſus ſortiuntur, quorũ duobus quidem prominentias proximæ uertebræ excipiũt: reliquis uerò in alterius cauitates ſe inſinuant. Com.3. in li.de Art.cap.34.& 46.

Vertebrarum internæ partes chartilagine quidem obductæ ſunt, ſed rotundæ ac læues, ita ut æqualiter inter ſe connectantur. Com.3.in lib. de Art.cap.29.

Vertebrarum poſterior pars proceſſum acutum habet, atque in extremo chartilagineum: quem propriè ἄκανθαν uocant. Comm.3.in lib. de Art.cap.29.36.

Vertebrarum luxationem in interiorem partem, eſſe grauiorem illa, quæ fit in exteriorem. Com.3.in li.de Art. cap.51.

Vertebris ſingulis extenduntur nerui per uniuerſum thoracem. Commen.3.in lib.de Art.cap.31.

Vertebris ineſt muccoſus quidam humor, & lētus: ut ipſæ quidem expeditiùs moueantur, uinculum uerò oblædatur minùs. Comm.3.in lib.de Art.cap.30.

Vertebris lumborū ſua ex naturali ſede deductis, primùm quidem inflāmationibus, dein ſcirrhis, per conſenſum in ueſica & recto inteſtino excitatis, naturales eorū inſtrumentorum actiones labefactātur: proindéq; excrementa, quæ antea excernebātur ab eis, ſupprimuntur. Com.3.in lib.6. Epid.cap.17.

Vertebras ceruicis interdū tractas ab inflammatis muſculis procedere in anteriorem partem. Cō.in Aph.26.li.3.

Vertebris thoracis in poſteriorem partem prolapſis, in gibbis, neceſſe eſt, totum collum & caput, in anteriorem conuerti, ac proinde etiam guttur: unde anhelitus etiam ſonorus editur. Com.3.in li.de Art.cap.8.

Vertigo ſcotodinia eſt, quæ fit moto humore in capite cum craſſo ſpiritu: unde præcedit comitialem morbum & apoplexiam. Com.in Aph.17. lib.3.

Vertigo dicitur, dum obiecta oculis, omnia ſimul agi in gyrum uidentur, repentéq; uiſus labefactatur. Commen.in Aph.17.lib.4.

Vertigo fit ore uētriculi à prauis humoribus morſo. ibid.

Vertigo dicitur, quū caput circumagi uidetur. Cō.4.in lib. de Rat.uic.in mor.ac.c.42.

Vertigo fit ob inordinatā flatulenti ſpiritus agitationem, uel in capite geniti, uel ſurſum ex infernis elati partibus. ibid.

Vertigine fuiſſe correptos nōnullos, qui quū ſoliti eſſēt purgari per aures ab excremētis

cereb

cerebri, repentè fuerunt tali euacuatione priuati: reſtitutos autem fuiſſe, facta per medicamenta aperientia ad aures irritatione. Com.2.in lib.6.Epid.cap.28.

Vertigines accidunt ſenibus propter ſpiritum uaporoſum, qui in partibus cerebri inordinato cietur motu. Cō. in Aph.31.lib.3.

Vertigines ſunt ꝓximæ morbis comitialibus, atque apoplexiis. Comm.in Apho.17. lib.3.

Vertigines cum pulſibus, indicant caput eſſe plenum flatulento ſpiritu. Comm.4.in lib.de Rat.uict.in morb.ac. cap.42.

Vertiginoſæ diſpoſitiones medium quodam modo obtinēt tum earum quæ periculo uacant, tum pernicioſarū. ibid.

Veſica eſt frigida, neruoſa, pauci ſanguinis, atque admodū concaua: quare ſi diutiùs in ea craßi humores permanſerint, coaleſcunt & compinguntur. Com.3.in li. 6.Epid.cap.15.

Veſica eſt exanguis, ob idq́; à cauſis frigidis plus quàm aliæ partes, ſolet labefactari. Com.in Aph.5.lib.3.

Veſicæ nerui, qui ſcilicet in muſculum colli eius inſerti ſunt, ſi reſoluantur, præter uoluntatem, effluet urina. Com.3.in li.6. Epi. ca.17.

Veſicæ collum circumplectitur muſculus quidam adſtrictorio ſedis muſculo proportione reſpondens. Com.5.in lib.6.Epid.cap.4.

Veſicæ collum uulneratum, quòd carnoſum ſit, coaleſcit. Com.in Aph.18.lib.6.

Veſicæ particulæ ſunt foliaceæ, potius quàm capillis ſimiles. Cō.in Aph.76.li.4.

Veſicæ concocta phlegmone, decumbunt in cauitatem eius concocti humores, & cum urina excernuntur. Cō. 2.in Progn.cap.72.

Veſicæ refrigeratio per febrem, fit diſcuſſo euaporatóque ab eo, qui præter naturam eſt, naturali calore. Com.2.in Pror.cap.15.

Veſicæ opus perenne exiſtit.

Com.in Apho.6.lib.6.
Veſicæ uulnus penetrans ad cauitatem ipſius, non coaleſcere. Com.in Aph.18.li.6.
Veſicæ uenas rumpi ex influentis ſanguinis copia, eſſe impoßibile. Com.in Aphor. 78.lib.4.
Veſica exitialiter inflãmata, urinam ſupprimi. Com.2.in Progn.cap.73.
Veſica inflammata, deiectio ſupprimitur propter anguſtiam recti inteſtini. Com.2. in Progn.cap.71.
Veſica affecta, ſi humor aliquis per lotium uacuari incipiat, deriuandum ad aluũ eſſe. Com.2. in lib.6. Epid. cap.7.
Veſtes mundæ refrigerant. Com.in lib.de Salub. diæta, cap.11.
Veſtes ſuas quatiunt contin̄eter homines, quum humidus eſt atque calidus aër: quòd immobilitas eas putrefaciat. Com.3.in lib.3.Epid. cap.1.
Veterum opera abſcondunt, aut delent, inuidi, ut ſibi uendicent, quæ ab iis conſcripta inuenerunt. Com.1. in lib.Hip.de Nat.hum.c.1.
Victus cuique corpori ſuus proprius ſemper eſt deligẽdus. Com. in lib. de Salub. diæta, cap.7.
Victus tenuis eſt qui per paucula, aut parum nutrientia edulia, qualis eſt ptiſanæ ſuccus, adminiſtratur. Com. in Aph.4.lib.1.
Victus extremè tenuis eſt, qui per ſolam ínediã, melicratúmue, uſque ad criſim, procedit. ibidem.
Victus exquiſitior meritò debetur quieſcentibus. Com. in lib. de Fract. cap. 45.
Victus in fracturis, debet eſſe exquiſitior, uſque ad decimum diem. ibidem.
Victus tantùm debet à tenuitate recedere, quantùm morbus à ſummo uigore. Com. in Apho.7.lib. 1.
Victus tenuis atque exquiſitus eſt, qui conſtat eſu ſolius ptiſanæ, aut mulſæ potu. Cõ. 1. in lib. de Fract. cap. 47.
Victus tenuißimus morbis

iam

iam uigentibus eſt neceſſarius. Com.in Aph.7. lib.1. & in Aph.8.cap.1.

Victus tenuis eſt terminus, exolutio uirium,quarũ gratia nutrimus. Com.in Aph. 4.lib.1.

Victus rationi inueniendæ, non parum cõducunt & anni tempora. Com.in Apho. 15.lib.1.

Victus ſcopi non contemnendi ſunt ægri robur, imbecillitasq́;. Com.2. in lib. de Rat.uic.in mor.acu.ca.47.

Victus ratio ſalubris in iis quidem, quæ præter naturã ſunt,contraria:in iis autem, quæ ſunt ſecundum naturã, ſimilis adhibenda eſt. Com. in Aph.16.lib.1.

Victus ratio quum conſiſtat in quantitate, qualitate, & utendi tempore, ad duo quidem illa priora nullam ab acceſſionibus indicationem ſumimus:ad ultimũ autem, non nihil iuuari poſſumus. Com.in Aph.19. lib.1.

Victus ratio praua non leue ad exitium adfert momentũ. Com.3.in lib.3.Epid.c.72.

Victus exhibendi rationem in ſingulis morbis ſumi & à uigore morbi, & à uiribus ægrotantis.Com.in Aph.11. lib.1.

Victus exhibendi abſolutiſſima ratio,à tribus intentionibus ſumitur, nempe à uiribus ægrotantis, à morbi conſtitutione, & ab acceſſionibus particularibus.Cõ. in Aph.12.lib.1.

Victus rationes monſtroſæ, alienæ ab arte cenſentur,tũ quæ per inediam fiunt ſummam,tum quæ per repletionem immoderatam. Com.1. in lib.de Rat.uict.in morb. ac.cap.13.

Victus rationes moderatæ, ab inſignibus exhibentur Medicis.ibidem.

Victus ratio eſt ineunda nobis,morbi uigorem reſpicientibus.Com.3.in lib.1. Epid. cap.11.

Victus rationem eſſe,non eam tantùm,quæ cibo & potione conſtat,uerùm etiam quæ omnibus aliis,ut otio,exercitatione

tatione, balneo, Venere, ſomno, uigiliis, aliisq́; omnibus, quæ quouis modo fiunt in humanis corporibus. Cō. 3. in lib. 3. Epid. cap. 9.

Victum ut commodè inſtituas, opus eſt ſcire, an robuſta, uel infirma ſit uirtus: & quàm uel robuſta, uel imbecilla: quotq́; item diebus morbi concoctio futura ſit. Com. 2. in lib. de Rat. uict. in morb. acu. cap. 36.

Victum ægro miniſtrans, ad id quod minus eſt quātitate, quàm ad id quod exuperat, potiùs debet procedere, ubi à iuſto recedit modo. Comm. 2. in lib. de Rat. uic. in mor. acu. cap. 37.

Victum exquiſitum expedire iis, qui unà cum fractura, ulcus etiam inter initia contraxere: in primis uerò, ſi os aliquod ſit nudatum. Com. 1. in lib. de Fract. cap. 45.

Victum inſtituendi ratio primò quidem à morbo, & à uiribus eſt petenda: poſtea uerò & ab anni tempore, & ab ætate. Commenta. in Aph. 17. lib. 1.

Victum ualidum eſſe, qui ex cibis plurimùm alentibus conſtat. Com. 5. in lib. 6. Epi. cap. 24.

Victu extremè tenuiſſimo uti poſſumus, in iis morbis, in quibus uigor futurus eſt ſtatim primis quatuor diebus. Com. in Aph. 7. li. 1.

Vigente morbo, melius eſt ut natura uacet coctioni illius, quàm ut diſtrahatur ad conficiendos cibos. Cō. in Aph. 7. lib. 1. & in Aph. 8. lib. 1.

Vigente morbo interdum nutrire cogimur, ubi aliquod interuenit ſymptoma, quod naturæ robur diſſoluat. Cō. in Apho. 9. lib. 1.

Vigente morbo, natura uacat ſtrenuè uni prauorum humorum coctioni, quos paulò pòſt eſt uictura. Cō. in Aph. 8. lib. 1.

Vigentes ætate plurimum habent ſubſtantiæ acri caliditate præditæ. Com. in Apho. 14. lib. 1.

Vigentes ætate abundant calido, quod innatū nō eſt. Cō. 3. in lib.

*in lib.6.*Epid.*cap.15.*

Vigentium corpora obtinent prępollentē ſiccitatem terreſtrem: imminutam autem aëream,aquoſamq́;. Com.*in* Aph.14.*lib.1.*

Vigentium ſubſtantia eſt ſicca.ibidem.

*Vigeſimus dies efficacior uigeſimoprimo exiſtens,ualidas ſæpenumero edit iudicationes.*Com.3.*in* Prognoſti. *cap.1.*

*Vigeſimus dies terminat tres ſeptimanas:minimè uigeſimusprimus.*Com.3.*in lib.1.* Epid.*cap.23.*

Vigeſimum diem fieri ab Hippocrate *iudicatorium:haud quaquam uigeſimumprimū.* Com.*in* Aph.38.*lib.7.*

*Vigeſimum,eſſe ultimum tertiæ ſeptimanæ diem.*Com.3. *in* Progn,*cap.1.*

*Vigeſimumquartum,& uigeſimumſeptimum diem eſſe ex iis,qui ſecundum circuitū iudicant.*Com.*in lib.3.*Epi. *cap.12.*

*Vigilans , externis partibus calidior eſt, internis frigidior.*Com.5.*in lib.6.* Epid. *cap.30.&* Com.*in* Apho.1. *lib.2.*

*Vigilans ſopor accidit, principis animæ ſede occupata à bile,& pituita.*Commē.1.*in* Prorr.*cap.1.*

*Vigilantem ſoporem dici,quū uigilare ægri apertis oculis nequeunt,ſed conniuent,ſpe conciliandi ſomni,& uigiles tamen permanent.*Com. 3.*in lib.3.*Epid.*cap.39.*

Vigilantibus ſanguis & natiuus calor emergunt foras. Com.5.*in lib.6.* Epid.*c.32.*

Vigilantiæ coma ſi iunctum fuerit, miſcella mordentis ſucci eſt in cauſa. Com.3.*in* Prorr.*cap.1.*

Vigilia calorem natiuum ad cutem reuocat, redditq́; uiſcera frigidiora: eaq́; breuiter externis partibus præſtat, quæ ſomnus internis. Commen.5.*in lib.6.* Epid. *cap.10.*

Vigilia corpus exiccat. Com. 5.*in lib.6.*Epid.*ca.23.*

Vigilia nō minùs exoluit uirtutē,quàm ſenſibiles uacuationes

tiones.Com.1. in Prorrhet. cap.8.
Vigilia conſequitur bilioſos humores,non pituitoſos.Cō. 2.in Prorr.cap.46.
Vigilia eſt unum ex ſymptomatis phreneticis.Com.1.in Prorr.cap.4.
Vigilia uidetur eſſe maximè propria affectio ſenilis ætatis.Com.in Aph.31.lib.3.
Vigilia per habitum digerere & ſiccare, non quæ in imo ſunt coquere, eſt nata.Com. 2.in lib.de Rat.uic.in mor. acu.cap.55.
Vigilia turbulenta eſt phreneticorum propria. Com.1. in Prorr.cap.6.
Vigilia digerit corpus, quòd naturalis calor, dum ad exteriora mouetur,non paucas ſubſtantiæ corporis particulas ſecum rapiat.Com.4.in lib.6.Epid.cap.20.
Vigilia perpetuò exiccat.Cō. 4.in lib.6.Epid.cap.17.
Vigiliæ cauſa eſt ſiccitas, & repræſentationis ſomniorū. Com.1.in Prorr.cap.5.
Vigiliæ ſequuntur calidiores ſuccos,atque mordaces.Cō. 1.in lib.3.Epid.cap.4.
Vigiliæ diuturnæ firmum ac profundum ſomnum conciliant.Com.4.in lib.6.Epid. cap.17.
Vigiliæ ob negotium aliquod, aut actionem extrinſecam accidentes,inaniunt corpus, non tamen uires inſigniter lædunt:ſi uerò citra extremam aliquam occaſionem accidant,utputa dum cubantes aliquam noctis partem dormimus,reliquã uerò traducimus uigiles, uires diſſoluunt, & labefactant. Com. 4.in lib.6.Epid.cap.20.
Vigiliæ, ſpiritum,ſanguinem, naturalemq; calorẽ ad exteriora corporis reuocant: ac proinde conferunt in acceſſionum principiis. Com. in Apho.1.lib.2.
Vigiliæ fiunt ob calorem primi ſenſorij,uel ex humoris bilioſi abundantia. Com.in Apho.3.lib.2.
Vigiliæ ſequũtur lõgam inediam, ciboſq; intempeſtiuè exhibitos. Com.2.in lib. de Rat.

de Rati. uict.in morb.acu. cap.44.
Vigiliæ immodicæ ex iis ſunt, quæ maximè euacuāt, exiccantq́;.Cō.in Aph.18.lib.7.
Vigiliæ longæ bilioſiorem efficiunt ſanguinem. ibidem.
Vigiliis immodicis ſuperuenit conuulſio, & delirium: idq́; immodicæ ſiccitatis ratione.ibidem.
Vigilias cruditas morbi conſequitur. Comm.2. in lib.de Rat.uict.in mor.ac.ca.44.
Vigilias fieri ob temperamēti in cerebro ſiccitatem. Com. 2.in Prog.cap.12.
Vigilias fieri propter tum ſiccitatem, tum caliditatem primæ partis ſentientis, hoc eſt,cerebri.Com.2.in Pror. cap.28.
Vigilias excitari ab humoribus ſiccis, mordacibusq́;, ſi efferantur ad cerebrum.Cō. 1.in lib.3.Epid.cap.5.
Vigilias fieri interdum cum comate.Com. 1. in Prorrhe. cap.1.
Vigilias nō confuſas ſopore,à ſiccitate & calore cerebri oriri.Com.3. in lib.3. Epid. cap.16.
Vigiliis totum alitur corpus. Com.5.in lib.6.Epid.c.32.
Vigor morbi, eſt ſummitas, quod pertinet ad ſymptomata.Com.in Aph.7.lib.1.
Vigor morbi poſt quantum tempus futurus ſit, ſi præcognouerimus, conferet ad formam totius uictus conſtituendam.Com.in Apho.12. lib.1.
Vigorem conſequuntur citò, affectiones ex tenuibus, calidis, mordentibusq́; ortæ humoribus: tardiùs autem, quæ ex contrariis gignuntur.Com.1.in Pror.cap.10.
Vigorem prope, tenuiori uictus ratione eſſe fouendos ægros,etiamſi antea pleniùs cibati fuerint.Com.2.in lib. de Rat.uict.in morb.ac.cap. 41.& 43.
Vinum facultatem poßidet exiccandi, repellendi, concoquendi, molliendi, diſcutiendiq́;. Comm.2.in lib. de Fract.cap.72.
Vinum ſubſtantiæ copia neruis

uis cõuulſionẽ inducit:rurſusq́; eam qualitate ſanat, neruos calfaciendo, atque exiccando.Com.in Apho.5. lib.5.

Vinum, præſertim ſi nigrum, auſterumq́; ſit, ad arcendã ualet inflammationem. Cõ. 4.in lib.de Art.cap.21.

Vinum omne habitum calfacit, magisq́; quod uetus eſt. Com.4.in lib.de Rat.uict. in mor.ac.cap.106.

Vinum alit omnium celerrimè, & maximè.Commen.in Aph.18.lib.2.

Vinũ plethoricæ diſpoſitioni nocet quàm maximè.Com. in Apho.46.lib.7.

Vinum calfacit corpus uniuerſum, ac citò mouetur ad omnes partes, omnesq́; humores optimos reddit.Com. in Aph.56.lib.7.

Vinum non modò ad concoctionem quæ in uentriculo fit, eſt ipſa aqua præſtantius, uerùm & ad ea quæ cocta ſunt, diſtribuenda, conuertendáque in ſanguinem: ac præterea ad nutricationem, promotionem urinæ, atque adeò corporum rectè ualentium difflationem. Com.4. in lib.6.Epid.cap.20.

Vinum magis humectat, quàm aqua.Com.1.in lib.de Rat. uict.in morb.ac.cap.22.

Vinum caput tẽtat, ſi uel mox à balneo præ omnibus aliis cibis & potibus exhauriatur.Comm.in lib.de Salub. diæta, cap.12.

Vinum ea reprimit, quæ mediocri frigore officiunt.Cõ. 6.in lib.6.Epid.cap.5.

Vinum facilè neruos implet: ut quod calidam poßideat temperiem. Com.in Aph.5. lib.5.

Vinum æqua portione aquæ temperatum, anxietatem, oſcitationem, pandiculationem, horroremq́;, perſanat. Com.in Aph.56.lib.7.

Vinum eos dolores ſoluit, qui ab obſtructione habent ortum. Com.6.in lib.5. Epid. cap.5.

Vinum album, ſimulq́; auſterum, minimè calidum inter uina exiſtit: ob idq́; deſtillationibus

tionibus quæ in uentrem fiũt eſt idoneum. Com. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 3.

Vinum album faciliùs quàm dulce, ad ueſicam penetrat. Comm. 3. in li. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 6.

Vinum album nullum ualenter calfacit. ibid.

Vinum aquoſum non omnino ab aſtringenti degenerat, tametſi languidã habeat aſtringendi qualitatem: dicitúrque aquoſum, quòd aquæ tum colore, tum ſubſtantia eſt ſimile. Com. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 2.

Vinum aquoſum neq; imbecillum ferit caput, neque infirmos neruos. ibid.

Vinum aquoſum maximè eſt idoneum febrientibus. Com. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 6.

Vinum aquoſum eſt album colore, ſubſtantia tenue, nullam earum quæ cæteris uinis inſunt, obtinens qualitatem: ſolúmq; id tum aquæ, tum uini mala declinat. Com. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. ca. 8.

Vinum aquoſum cæteris uinis omnibus innocentius febrienti exhibetur. Com. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 4.

Vinum aquoſum leuiſſimam in ligno uitis habuit tranſmutationem: leuiſſimam quoq; elementi terrei miſtionẽ. Com. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 20.

Vinum ſubſtantia tenue, cuiuſmodi exiſtit album, flauũ ac rufum, ulceribus ineptum exiſtit. Quum enim in partes altiores carnis exulceratæ penetret, ſenſum maiorem ibi doloris excitat, ob aſtrictionem & compreſſionẽ in eis factam. Comm. 3. in lib. de Fract. cap. 21.

Vinum oligophorum dicitur, quod minimam aquæ miſtionem poſtulat: ut polyphorũ, quod multam. Com. 3. in li. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 20.

Vinum dilutum arefacti uentris robur diſſoluit. Comm. 2. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 28.

Vinum modicè aceſcens, corrigitur: aridum autem red-

ditum, emendari non poteſt. Com.in Aph.17.lib.2.

Vinum facillimè aceſcit in uaſis uinariis, quæ operculo carent: ægrius autẽ, in iis quæ ſunt tecta: minimè uerò in iis quæ ſunt plena. Com. 4. in li. 6. Epid. cap.10.

Vinum hydropi congruum debet eſſe tenue atque fuluum, nõ recens, ut urinas moueat. Com. 4. in lib. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 111.

Vinum frigidũ corpus auget. Com. in lib. de Salub. diæta, cap. 12.

Vinum auſterũ uniuerſas excretiones cohibet. Com. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 8.

Vinum auſterum & nigrum, ut aſtringentia omnia, uentri utile exiſtit, quando uel plura iuſtò, uel ramentoſa, deſcendunt. Com. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 7.

Vinum nimis auſterum, dolores ciet, carnem plus iuſto compingens, & contrahens. Com. 3. in lib. de Fract. ca. 21.

Vinum antiquum, nullum eſt album, ſed ſemper fuluius redditur, ac tandem flauum. Cõ. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 3.

Vinum dulce, neq; tenue, exquiſitè exiſtit, neque album. Com. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 2.

Vinum dulce calfacit hepar, eſtq; ſubſtantia craſſum. ibi.

Vinum dulce mediocriter lædit hepar, per affectiones hepaticas. ibid.

Vinum dulce febriẽtibus propinatum, nullum aliud commodum adfert præter eductionem ſputi, uiriúmque roborationem. ibid.

Vinum dulce, mediocriter calfacit: ſitímque gignit, propter caliditatem & craſſitudinem. ibid.

Vinum dulce in acutis morbis eſt ad expuitionẽ idoneum. ibidem.

Vinum dulce tardè meat: quãobrem obſtructiones adauget, hepatíque affecto maximum detrimentum adfert, ſi præſertim ſcirrhus, uel inflammatio occupauerit. ibid.

Vinum dulce febrientibus idoneum non eſt, quòd caliditas multa tales ſuccos amaros reddat, & quòd craſſa ſint huiuſcemodi uina, nec uelociter per urinas deſcendãt, nec citò diſſlẽtur, tranſpiréntue. ibidem.

Vinum dulce maximè omniũ uinorum educit ſputum, ubi non ſupra modum craſſum fuerit, ueluti & quoties non uſque adeò ad fuluum ſeceſſerit, ut exoluta in eo ſint tũ craßities, tum dulcedo. Commentario tertio in librum de Ratione uictus in morbis acutis, capite quarto.

Vinum dulce continuò & nigrum exiſtit. Com. 3. in li. de Ratione uictus in morbis ac. cap. 7.

Vinum meracius ſi aſtringens fuerit, inteſtinis magis congruit. Commentario tertio in librum de Ratione uictus in morbis acutis, capite octauo.

Vinum meracius ſi aſtringens fuerit, thoracem capútque magis offendit. ibid.

Vinum meracum palpitationem temporum, capitíſque grauitatẽ & ſitim infert ſua caliditate: contraria inducit dilutum, humiditate & frigore. Com. 2. in li. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 34.

Vinum nigrum, auſterúmque, ex frigida & terreſtri ſubſtantia conſtat. Com. 3. in li. de Fract. cap. 21.

Vinum fuluum, ut nigrum, eſt duplex, aliud nempe dulce, atque aliud auſterum: caput tamen & mentem fuluũ magis ferit, quòd nigro calidius exiſtat. Com. 3. in li. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 7.

Vinum fuluum quum uehementer calidum ſit, peßimè auxiliatur febrientibus. Com. 3. in lib. de Rat. uict. in morb. ac. cap. 4.

Vinum ualidum appellatur uinoſum: ut imbecillum, aquoſum. ibidem.

Vinũ uinoſum calfacit, caput replet, deſipientias gignit,

& calorem febrilem auget. Com.3.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.3.

Vinum uinoſum minimè eſt album.ibid.

Vinum ſummè calidum, continuò etiam eſt flauum: ueluti & quod ab ipſo eſt, fuluum: mox rubrum: ac deìn dulce. Com.3.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.6.

Vini cuiuſuis uſus immodicus neruos & mentem tentat. Com.2.in lib.3. Epid.cap.5.

Vini color ſui ratione iuuare uel lædere haudquaquā poteſt.Com.3.in li.de Rat.uic. in mor.ac.cap.2.

Vini potio larga maximè lædit caput affectum grauiter. Com.2.in lib.3. Epid.cap.1.

Vini pauxillum interdum miſceri aquæ, ut eam deducat. Com.3.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.40.

Vini meracioris potione ſanabat Galenus ophthalmias ortas à craſſo ſanguine, contento in uenulis oculorum, abſque plethorica totius corporis diſpoſitione. Comm.in Aphoriſmum 31.lib.6.

Vinum aquoſum albúmq;, non flauum, bibendum eſſe, in uehementi dolore capitis, atq; mentis læſionibus: bibēdámque poſt uinum aquam. Com. 3.in lib.de Rat.uict. in mor. ac.cap.41.

Vinum dilutū humidiorē imbecilliorémque reddere ſuperiorem uentrem: inferiorem replere flatibus. Comm.2.in lib. de Rat. uict. in mor.ac. cap.34.

Vinum meraciùs hauſtū, ſæpe profuiſſe in doloribus uētris, & in uocata hemicrania. Comm.6.in lib.6.Epid. cap.5.

Vinum non ieiuno ſtomacho, ſed ſtatim à cibo, propinabat Galenus in membrorum doloribus.Com.6.in lib.6.Epi. cap.5.

Vinum arguit eſſe imbecillum frigidúmq; odoris priuatio: ut uehemens odor, efficaciſſimum.Com.3.in lib.de Rat. uict.in mor.ac.cap.20.

Vinum nigrum propinandum non eſſe iis, qui acuta febre labor

laborant. Commẽ.1.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.17.
Vinum Sabinum eſſe imbecillum.Com.3.in li.de Rat.uic. in mor.ac.cap.8.
Vino nigro & auſtero, aſsiduè ulcus eſſe madefaciendum. Com.3.in lib.de Frac. cap.21.
Vino nigro & auſtero ineſt imbecillus odor, ob frigidiorem temperiem.ibid.
Vina quæ pice, aut gypſo in doliis ſunt obturata, ægriùs aceſcunt, quàm ea quæ corio, aut cuneis ſolummodo. Com. 4.in lib.6.Epid.cap.10.
Vina omnia uires roborant. Com.3.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.2.
Vina generoſa aſtringẽtis qualitatis nonnihil participant: ſuapte autem natura nullum uinum acidũ eſt: imò ſi quipiam illis acidi acceſſerit, ea ſtatim ſuſpecta habentur, ne in acetum uertantur. Galenus contra Lycum.
Vina dulcia quo magis à uehemente calore abſunt, eo minus quàm fortia tum caput grauant, tum mẽtem lædunt. Com.3.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.2.
Vina omnium maximè dulcia ſunt Theræum, & Scybelites, craſſa utraque & nigra: quibus minus dulcia, craſsiora tamen, atq; nigriora, ſunt Therinum, & Caryinum. ibidem.
Vina dulcia ſiticuloſa ſunt, bileſcúntque facilè.ibid.
Vina dulcia, poſt mel, maximè humorum omnium bileſcunt. ibidem.
Vina dulcia humores bilioſos nec ſecum agunt, neque euacuant.ibid.
Vina aquoſa tantùm, ſunt idonea febrientibus.Comm.3.in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap.7.
Vina quidem aquoſa, hoc eſt, alba & tenuia, exiguũ corpori alimentum præſtant: craſſa uerò, & fulua, multò magis corpus alunt. Com.in Aph.18.lib.2.
Vina aquoſa celeriter per urinam excernuntur. ibid.
Vina tenuia non edunt flatus

Com.3.in lib.de Rat. uict.in mor.ac.cap.2.

Vina aquoſa urinam cient, & minimè nutriunt:craſſa uerò & colore rubea, plus alimenti largiuntur, quàm cætera uina. Commentario in Aph. 11.lib.2.

Vina auſtera propinanda non ſunt in capitis grauitatibus, & mẽtis alienationibus, ubi febris prehenderit:neque in thoracis pulmoníſq; affectibus, in quibus detinetur ſputum: neque in ſuppreßionibus lotij. Cõmentario tertio in librum de Ratione uictus in morbis acutis, capite ſeptimo.

Vina fortia, uehementer calfacientia, caput humoribus & uaporibus replent. Commentario tertio in librum de Ratione uictus in morbis acutis, cap.2.

Vina ualido odore prædita, caput nimis pertentant. Commentario 3.in lib.de Fract. cap.21.

Vina non ob tempus uel iuuãt uel lædunt, ſed ex propriarum differentiarum natura id habent. Comm.3.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.1.

Vina craſſa oblædunt lienem, pòſt hepar: minimè autem pulmonem. Com.3.in lib.de Rat.uict.in mor.ac.cap.2.

Vina craſſa & colore rubea, quàm citißimè implent uacuata corpora. Com.in Aph. 11.lib.2.

Vina craſſa & fulua, tantùm uincuntur à nigrioribus in nutriẽdo plurimũ, quantùm ſuperãt in præſtando confertim & uelociter alimentum. Com.in Aph.18 .lib.2.

Vina craſſa, odoráque, & fortia, in feruidis gignũtur regionibus. Comm.3. in lib. de Rat.uict.in morb.ac. cap.8.

Vinorum differentia, quæ à tẽpore ſumitur, eſt accidentaria, & non propria. Com.3. in lib.de Rat.uic.in mor.ac. cap.1.

Vinorum differentia prima, in colore: ſecunda, in ſapore: tertia in conſiſtentia: quarta in odore: quinta, in facultate conſiſtit. ibid.

Vinor

Vinorum recentium nullũ eſt fuluum: ſed uel album, uel rubrum, uel nigrum: uetuſtate autem fiunt & fulua, & flaua. Com. 4. in li. de Rat. uic. in mor. ac. cap. 111.

Vinis dulcibus ſolis unum ineſt bonum, quòd uentrem emolliant. Comm. 3. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 2.

Vires, inquire Virtus.

Vires cognoſcuntur ex pulſu. Com. in Aph. 12. lib. 1.

Vires corroborantur frictionibus, perfuſionibus, ac motionibus: ſingulis ſcilicet moderatis. Com. 3. in lib. de Off. cap. 32.

Vires ſi ualidæ ſint, uacuatis humoribus noxiis, morbus ceſſat: ſin imbecilles, unà cũ illis uacuatis, & ipſæ diſſoluuntur. Comm. in Apho. 25. lib. 2.

Virium notam cum ſymptomatis pernicioſis iungendã eſſe, ut poſſimus rite de morbi longitudine pronuntiare. Com. 3. in lib. 1. Epid. cap. 21.

Virium gratia nutrimus, non morbi. Com. in Aph. 9. lib. 1.

Vires in morbis quidem longis, fouere: in acutis autem, modicæ debilitatas cõſeruare magna ex parte properamus. Com. in Aph. 4. lib. 1.

Vires ex ſuis cognoſci functionibus. Com. 3. in Prog. c. 24.

Viride accipi interdum pro pallido. Com. 1. in Prognoſt. cap. 22.

Viridẽ colorem interdũ ſumi pro pallido ab Hippocrate. Com. 3. in lib. 6. Epid. ca. 21. & Commenta. 5. in eundem. cap. 14.

Viridia euadunt medicamenta, quæ crudam recipiunt æruginem. Commentario tertio in librum de Fract. cap. 3.

Viros eſſe ſicciores fœminis. Commentario in librum de Salubri diæta, capite uigeſimotertio.

Virtus, ſi abſque uacuatione conſpicua imbecilla fuerit, grauantem oſtẽdit copiam, uel unius principiorum intemperantiam. Commentario ſecundo in Prorrhet. cap. 5.

Virtus ſi ad morbi uſque iudicationem ſine ptiſanæ ſorbitione ſufficerit, oxymeli & mulſa ſunt ſatis. Com.1.in li. de Rat. uictus in morbis acu. cap.44.
Virtus ne deiiciatur, magis nobis cauendum eſt, quàm ne uacuetur ſanguis redundãs. Com.2.in lib. de Rat.uict.in mor.ac.cap.10.
Virtus imbecilla prohibet uacuationem. Com.1.in lib.de Rat. uict.in mor.ac.cap.45.
Virtutis cuſtodia, ſolam indicat alimoniam. Com.1.in lib. de Rat.uic.in mor.ac.c.44.
Virtutis ſcopus, eſt præcipuus. Com.1.in lib.de Rat. uict.in mor.ac.cap.45.
Virtutem exolui ob aliquam uacuationem, & ob longiorem, quàm par ſit, inediam: & propter tum dolorem aliquem, tum uigilias, tum aßiduas deiiciendi gratia ſuſcitationes, atque adeò quum os uentris ita affligitur, ut ſyncope inſultet. Com.2.in li.de Rat.uict.in mor.ac. ca.47.
Virtutem robuſtam poſtulãt deſipientia, peripneumoniæ, pleuritis, anginàq; , ut æger ſufficere morbi coctioni poſſit. Com.1.in Prorrh.cap.8.
Virtute labefactata ob euacuationem inſignem, uel ob euaporationem in halitum, uel ob inediam, cibari quàm celerrimè debet æger: ſi uerò ob dolorem, uel morbi acumen, uires ſint imbecilles, uacuatione potius, quàm repletione, indiget. Com.2.in lib. de Rat.uic.in mor.ac.c.48.
Virulenta uomitio ſolet magna ex parte adeſſe in principio adurentium febrium. Com.3.in li.3.Epid.cap.75.
Virulenta excerni, ubi aduritur flaua bilis. Comm.2.in lib.1.Epid.cap.54.
Viſceris fibram per uulnus elapſam, repoſitámq; , etiam ſi diu refrigerata fuerit, reuerti ad conſtitutionem primam ſanato uulnere. Com.in Aph. 58.lib.6.
Viſcerum obſtructiones oriri permultis, qui à cibo ſe & exercuerint, & lauerint: eiſq; quieſcendum eſſe, bibend

*bibendumq́; ex diureticis a= liquid.*Com.in lib.de Salub. *diæta*,cap.31.

*Viſcera exerceri in ſomnis, quatenus eo tẽpore alimen= tum conficiunt.*Com.5.in lib. 6.Epi.cap.10.

Viſcera augeri ac ſuauiſsima reddi ex caricarum eſu. Cõ. 3.*in lib.de* Rat.*uict.in mor. ac.ca*.11.

Viſcida omnia,excepta ptiſa= na,tardè permeant. Com.1. *in lib.de* Rat.*uict.in morb. ac.ca*.18.

Viſcidiora ſunt aptiora ut co= gantur, coaleſcantq́;, inter ea quæ pari conſtant craßi= tie. Comm.3.*in lib*.6.Epid. *cap*.15.

Viſcum eſt ductile,ſequiturq́; manus trahentis. Com.2.*in lib.de* Arti.*cap*. 42.

Viſoria facultas laborat in= terdum quidem,ob organo= rum affectum:ut in ophthal= mia:interdum autem, pro= pria affectione:id quod cer= tè eſt ſignum letale. Com.1. *in* Progn.*cap*.10.

*Viſorius ſpiritus aßimilat ſibi albugineum humorem, qui medius inter cryſtallinũ atque pupillam conſiſtit.*Cõ. 1.*in* Progn.*ca*.23.

*Viſorius ſpiritus,qui ad ocu= los tendit à cerebro, abſol= uit phantaſiam eorum, quæ præter naturam oculis ob= uerſantur.*Com.3.*in* Progn. *cap*.30.

*Viſorius ſpiritus fertur per albugineum humorem ex pu pillæ foramine ad exterio= rem aërem,qui ei commiſce= tur.*Com.1.*in* Prog.*cap*.23.

Viſorius ſpiritus utitur aëre externo iam illuſtrato, ceu cognato inſtrumento.ibid.

Vitæ breuitatem fuiſſe cau= ſam,ut Hippocrates *de arte ipſa cõmentationes conſcri= pſerit*.Com.*in* Aph.1.*lib*.1.

Vitalis facultas à corde ema= nat. Com.1. *in lib*.6. *Epid. cap*.2.

Vitalis potentiæ ſubſtantia, eſt calor inſitus. Comm.3.*in lib*.6.Epid.*cap*.18.

*Vitam optimam dici, quæ in ſanitate peragitur:prauam, quæ in morbis.*Commen.5.*in*

lib.6.Epid.cap.1.

Vitam eſſe breuem, ſi conferatur cum arte. Com. in Apho. 1.lib.1.

Vitium omnium commune eſt, ut quemadmodum proprios liberos, ſic unuſquiſque diligat, quæ ab ipſo excogitata, aut inuenta, fuerunt. Com. 2. in Pror. cap.13.

Vitreus humor acceſſiones ſingulis diebus facit, cum rigore qui ægrè incaleſcat. Com. 1. in lib.6.Epid.cap.8.

Vitreus humor, fuſo uitro ſimilis, maximos, uehementesq́; dolores infert, quũ per inteſtinorum tunicas meat. Com.1.in Prorr.cap.35.

Vitreus humor, eſt omniũ qui in corpore ortum habent, frigidiſſimus. ibidem.

Viuere uſque eò animal poteſt, quoad naturalis cerebri, atque adeò ſpiritus, qui in ipſius uentriculis continetur, temperies integra conſeruetur. Comm.5.in lib.6. Epid.cap.5.

Vlcus dicitur continui ſolutio in carne. Commen.2.in lib. de Arti.cap.45.

Vlcus ægrè ſanatur ſenibus, propter defectum ſanguinis. Com.in Aph.31.lib.3.

Vlcus erit omnino ſiccũ, quoties facultas nutriens corpus imbecilla extiterit. Com.1. in Progn oſt.cap.22.

Vlcus eſt continui ſolutio. Cõ. 3.in lib.de Frac.cap.34.

Vlcus putre, depaſcensq́;, non eſt propria differentia ulceris, ſed affectus implicitus ex ulcere, atque putredine. Cõ. in Apho.45.lib.6.

Vlceri adiacentes partes ſi glabræ, aut ſquamoſæ ſint, humorum ad ulcus confluentium malignitas ſignificatur. Comment. in Aphor. 4.lib.6.

Vlceri maximum eſt ad ſecuritatem indicium, & pus, & medicamen, quod habet id faciendi facultatem. Cõ. in Apho.22.lib.5.

Vlceri pus gignenti nihil mali aduenire poteſt. Comm.in Apho.22.lib.5.

Vlcus omne cognata ſibi cute tegendum eſſe. Com.3.in lib. de Fr

de Fract.cap.43.
Vlcere conſiſtente in pene, abſque urina excernitur, & pus, & ſanguis. Cõ. in Aph. 75. lib. 4.
Vlcera ut cõglutinentur, opus eſt prius ut ab omni inflammatione & ſordibus liberentur, atque ſicca reddantur, reficiaturq; in ipſis, ſi quid carnis abſumptum fuerit: itidémque de ſinibus, ſciſſuris, & contuſionibus, exiſtimandum. Comm. 2. in lib. de Offic. cap. 26. & cap. 29.
Vlcera, quum pura ſunt, maximè apta uidentur eſſe, ut ſymptomatis omnibus corripiantur: quum nimirum ſenſibiliora ſint. Com. 1. in lib. de Art. cap. 56.
Vlcera abſque inflammatione urgentia, facilè aſtringentibus medicamentis curantur: quibus uerò febris & inflammatio adſunt, maiora in dies, & maligniora fiunt. Commentario in Aphoriſmum trigeſimumſeptimum, lib. 7.
Vlcera putredini obnoxia, & quæ partes circunſtantes exeſas habent, & quæ difficulter cicatricem recipiunt, minimè ſuppurantur. Commentario in Aphoriſmum uigeſimumſecundũ, lib. 5.
Vlcera omnia egent modica exiccatione. Commentario quarto in librum de Articulis, capite uigeſimoſecundo.
Vlcerum curandorum ſumma in exiccatione conſiſtit. Cõmenta. 3. in libr. de Fractu. cap. 3.
Vlcerum generi probabiliter tribui poſſunt ij morbi, qui dolorem incutiunt. Com. 3. in lib. de Fract. cap. 34.
Vlcerum ſordes purgantia, quòd detergentia ſint, morſionis ſenſum inducunt. Cõmenta. 3. in libr. de Fractu. cap. 43.
Vlceribus nocere, & minimè ſuppurare, iunguntur: ut prodeſſe, atque ad ſuppurationem perducere. Com. in Aph. 22. lib. 5.

Vlcer

Vlceribus, quatenus ulcera ſunt, nec oleum, nec tepida conueniunt medicamẽta. Cõ. 4. in lib. de Art. ca. 24.

Vlcera diuturniora, quæ Medico minimè delinquente ſanari perfectè nequeunt, neceſſum eſt, uel propter affluxum uitioſorum humorum, uel propter diſpoſitionem in membro longo contractam tempore ex humoribus influentibus, uel ob aliquem affectum oßis in eo loco corrupti, difficulter ſanari. Cõ. in Aph. 45. lib. 6.

Vlcera non priùs ad cicatricẽ perduci, quàm ſufficienter exiccentur. Com. in Aph. 8. lib. 6.

Vlcera nigricantia non eſſe acribus tractanda medicamentis. Cõ. 3. in lib. de Frac. cap. 16.

Vlcera omnia exiccari oportet, præcipuè in quibus patitur os. Com. in Aphor. 45. lib. 6.

Vlcera tam diu ſiccanda eſſe, donec abſcedat quidquid uitiatum eſt. ibidem.

Vlcera ſuppurãda priùs eſſe, atque purganda, quàm conglutinentur. Com. 3. in lib. de Fract. cap. 3.

Vlcera pura reddunt, quæ ex ærugine, & æris ſquamma conſtant medicamenta. ibid.

Vlceratis à frigore partibus, calidum eſt remedio. Com. in Aph. 22. lib. 5.

Vmbroſum nõ poſſe fieri aërem, niſi multis nubibus, iiſq; non ſplendidis, obducatur. Comm. 3. in lib. 3. Epid. cap. 3.

Vnctiones aduerſus uim febrium, remedium eſſe. Com. 4. in lib. de Rat. uict. in mor. ac. cap. 44.

Vndecimus dies decimiquarti eſt index. Com. 3. in Prorrh. cap. 56. & Com. 3. in Prog. ca. 1. & Com. 1. in lib. 3. Epi. cap. 8.

Vndecimum diem eſſe terminum acutißimorum morborum. Com. 3. in Progn. ca. 31.

Vndecimum diem eſſe indicem decimiquarti. Comm. in Apho. 24. lib. 2.

Vndecimum eſſe decretoriũ. Com.

Com.1.in lib.3. Epid.c.4.
Vngues ſi neque exceſſerint ſummos digitos, nec defecerint, corpuſcula exilia facilè à digitorum extremitatibus comprębendentur. Com.1. in lib.de Offi.cap.20.
Vngues purulentis curuãtur, quia firmans eos utrinq; caro conſumitur.Commẽ.2.in Progn.cap.60.
Vnguium decentem modum ſpectantibus eſſe iucundum. Com.4.in lib.6.Epid.ca.9.
Vngulas bifidas habẽt boues, capræ,& oues.Com.1.in li. de Art.cap.29.
Vniri nõ poſſunt auulſæ partes, niſi prius ſe tangant.Cõ. 2.in lib.de Offi.cap.26.
Vnitas ſoluitur, corrũpiturue, quum corpora uel ſecantur, uel contunduntur. Com.1.in lib.de Rat.uict.in morb.ac. cap.2.
Vnitio particularum fit per incompreſſum contactum. Com.2.in lib.de Offi.ca.26.
Vniuerſitatem complent particularia.Com.3.in lib.Epi. cap.17.
Vniuoca, inquire Synonyma.
Vnum quod eſt, à ſe ipſo quicquam pati non poſſe.Com.1. in lib.Hip.de Na.hum.ca.5.
Voluulus graueolens cognoſcitur, ex uomitu ſtercoris, reſpiratione putida, graueolente ructu, uel flatu, ac deniq; fœtore uniuerſi corporis.Com.3.in Pror.c.66.
Voluulus,& Ileos, ſunt idem.
Vomitio liuida, graueolenſq;, putredinem cum mortificatione ſignificat. Comm.2.in Progn.cap.41.
Vomitione purgari ſunt apta ſola, quæ in uẽtriculo continentur. Commẽ.in Aph.12. lib.4.
Vomitione uacuari nihil eorũ poteſt, quæ habentur in inteſtinis.ibidem.
Vomitus faſtidioſus fit ex bilioſo humore,& mordente. Com.1.in Pror.cap.17.
Vomitus reuellit humores, qui per aluum, uterum,& ueſicam feruntur.Com.2.in lib. 6.Epid.cap.7.
Vomitus fit ex gula, & uentriculo.Cõ.in Aph.37.li.7.

Vomi

Vomitus cum uarietate corũ quæ uomuntur, malum ſignũ exiſtit. Cõ.2.*in* Pror.*ca.*25.

Vomitus reuellitur ad uterum, uel ueſicam, uel aluum, irritantibus nobis. Com.2.*in lib.* 6.Epid.*cap.*7.

Vomitus diuerſicolor, uarias, difficilesq; affectiones indicat. Com.2.*in* Prog.*ca.* 40.

Vomitum prohibendum eſſe, ubi quid in uentre continetur præter naturam. Cõ.4. *in lib.de* Rat.*uict.in morb. acu.cap.*104.

Vomitũ excitant mel, & mulſa meracior, & ptiſanæ cremor, & narciſsi bulbus, & radicula transfixa ſurculis albi ueratri, & illis poſtridie abiectis, exhibita. Com. 2.*in lib.de* Art.*ca.*48.

Vomitum prouocat oleũ ſimplex, uel hydrelæon, ſi propinetur. Comm.6.*in lib.*6. Epid.*cap.*5.

Vomitu redditorum uarietas, multas atque exitiales in corpore affectiones ſignificat. Com. 2. *in* Prorrhetic. *cap.*25.

Vomitu reiiciuntur tantùm, quæ ſunt in uacuitate uentriculi. Comm.*in* Apho.39. *lib.*6.

Vomituris os tenui ſputo eſt plenum, propter membranæ continuitatem, quæ toti ori interno, faucibus, ſtomacho, uentriculoq; eſt continua. Com.1.*in* Prorr.*cap.*30.

Vox clangoſa fit, quum ſiccitas uocalium organorum intenditur. Com.2.*in* Prorrh. *cap.*11.

Vox lugubris, ſecundum uocalium organorum intenſam ſiccitatem deprehenditur: ſed tantò difficilior eſt, quàm clangoſa, quantò maiorem indicat affectionem. ibidem.

Vox clangoſa fit propter ſiccitatem uocalium inſtrumentorum. Comm.4.*in* Prorr. *cap.*17.

Vox clangoſa fit ob ſiccitatem: rauca ob humiditatem inſignẽ aſperæ arteriæ. Cõ. 1.*in* Pror.*cap.*19.

Vox quibus in morbis acuitur, iis magna ex parte, intrò,

ſur

ſurſumq́; , hypochondrium trahitur. Com.2.in Prorrh. cap.10.
Vox aſpera fit propter aſperitatem organorum uoci inſeruientium.Com.2.in lib.1. Epid.cap.78.
Vox ſonora & acuta,à ſiccitate uocalium organorum efficitur:ut rauca ab humore.Com.3.in lib.3.Epidem. cap.32.
Vox ſi ob organorum anguſtiam , phlegmonenq́; muſculorum, acuta reddatur,is affectus angina dicitur. Cõ. 2.in Prorr.cap.10.
Vox rauca & nigra,propter humiditatem uocalium organorum contingit. Com.1. in Pror.cap.3.
Vox mutatur pueris in adoleſcentes tranſeuntibus. Cõ. 4.in lib.6.Epid.ca.27.
Vocis priuatio ſolet accidere, dum natura emoritur.Com. 3.in lib.3.Epid.cap.74.
Vocis organa ſunt, per quæ ſpiritus redditus, uox efficitur:hæc ſunt aſpera arteria, larynx, & pharynx, exiſtẽs ueluti plectrũ quodam ſpiritus,trãſeuntis per ipſum.Com.2.in lib.1. Epi. cap.77.
Vocis uitium potiſſimum comitatur deſtillationem à capite ortam.Com.3. in lib.3. Epid.cap.32.
Vocis magnæ materiam eſſe aërem. Comm.4. in lib.6. Epid.cap.24.
Vocem acui ob uocalium organorum anguſtiam. Com. 2.in Pror.cap.10.
Vocem acutam edunt ſpadones, pueri, & mulieres, ob uocalium organorum anguſtiam. ibidem.
Vocem acutam habentes pueri,quum omnino pubuerint, eam edent grauem : ut raucam intermediis tẽporibus. Com.4.in lib.6.Epi.ca.27.
Vocem tenuem fieri ob anguſtiam aſperæ arteriæ, circa laryngem. Com. 2.in lib.1. Epid.cap.78.
Vocem gracilem fieri ob muſculorum mouentium laryngem innatum uitium.ibid.
Vocem magnã edi non poſſe, niſi

niſi multus aër celeriter expiretur: id quod accidit, ubi aſpera arteria gutturq́; exiſtunt ampliora. Cō.4.in lib.6.Epid.cap.24.

Vocem magnam & longam edūt,quibus aſpera arteria, gutturq́; & thorax,exiſtūt ampla.ibidem.

Vocem affici, ubi fauces gutturq́; deſtillatio irrigauerit. Com.3.in lib.3.Epid.ca.10.

Vocem uitiari,læſis uocalibus organis ob deſtillationem à capite deſcendentem.Com. 3.in lib.3.Epid.ca.32.

Vocem ægri ad morbi cognitionem conducere.Com.2.in lib.6.Epid.cap.42.

Voce priuatum eſſe,eſt nec lugere,nec clamare poſſe: id quod lōgè deterius ſymptoma exiſtit,quàm obmuteſcere:quū extremæ extinctionis facultatis ſit ſignum.Cō. 3.in lib.3.Epid.cap.74.

Voce gracili & tenui prædit,i in prima conformatione ob infirmitatem innati caloris contrahunt ea uitia.Cō. 2.in lib.1.Epid.ca.78.

Voces acutæ & clangentes fiunt,ob uocalium organorum,quæ circa guttur ſunt, ariditatem.Com.1. in Pror. cap.3.

Vociferatio non modò rupta thoracis uaſa dilacerare poteſt,ſed illis etiam quæ nullum hactenus incommodū in reſpiratoriis organis paſſa ſunt, iniuriam inferre, tenſionem nimirum, caliditatemq́;, & inflationem in in ipſis pariens. Com.4.in lib.6.Epid.cap.5.

Vrendam eſſe cutem axillæ, poſt repoſitam luxationem humeri: idq́; brachio in eo habitu collocato,qui maximè accommodatus ſit.Com. 1.in lib.de Art.cap.50.

Vreteres protenduntur medij inter ueſicam & renes. Com.in Aph.75.lib.4.

Vreteres exulcerantur magna ex parte,quum à lapillo aliquo acuto, aut admodū aſpero,impacto in eis,excoriantur.ibidem.

Vrgentia magis,tractari prima omnium ab omnibus. Com.

Com.1.in lib.de Fract.ca.6.

Vrgentia magis,prius curanda eſſe.Comm.in Apho.19. lib.5.

Vrina inculpata eſt,quæ enæorema non habet. Com.2.in Prorr.cap.1.

Vrina inculpata eſt illa ſola, quæ colore quidem ſubluteo mediocriter fuerit,& ſubſtantia moderata:quæ ſcilicet tum craſſæ, tum tenuis urinæ medium obtinet. ibid.

Vrina nullũ poßidet ſedimentum, ſi tenuiter: copioſum, ſi largiùs:exiguum,ſi modicè uiuitur.Com.2.in Progn. cap.26.

Vrina in morbis bilioſis, ad croceum: in iis, quos crudi gignunt humores, ad colorẽ candidum uergit.ibid.

Vrina in morbis, quos craßi ſucci induxerunt, ſedimentum habet copioſum:nullum autem, uel enæorema duntaxat,in bilioſis affectibus. ibidem.

Vrina puerilis corpulenta eſſe debet,atque ſediminoſa.Cõ. 2.in Prog.cap.33.

Vrina candidum, læue, & æquale poßidens ſedimentum, maximum ſalubritatis eſt ſignum. Com.1.in lib.de Offi.cap.1.

Vrina optima eſt, quæ ſedimentum habet tum album, tum læue, tum æquale.Com. 4.in lib.de Rat.uic.in mor. ac.cap.78.

Vrina indicat humorum diſpoſitiones.Com.5.in lib.6. Epid.cap.14.

Vrina optima eſt,quæ albam & læuem habet ſubſidentiã. Com.4.in lib.de Rat.uic.in mor.ac.cap.10.

Vrina rei epotæ interdum colore eſt ſimilis, quum neque mutantur cibi, neque in ſanguinem probè uertuntur: quibus cum & potus unà mutatur: interdum etiam quum pars aliqua in corpore colliqueſcit.Com.5.in lib. 6.Epid.cap.15.

Vrina indicat facultatem iecinoris & uenarum. Com.2. in Prog.cap.26.

Vrina ſi ſupprimatur, aluo nihil reddente, morbo exi-

ſtente prope iudicium, neceſſum eſt, ut & æger rigeat & ſudet. Comm.1. in lib.6. Epid.cap.9.

Vrina redditur rufa, quoties flaua bilis, quæ illi miſcetur, aut ſyncera eſt, aut immodica. Com.2. in Prognoſtica, cap.30.

Vrina in morbo omni celeriter & exiguè cōcocta: deinde uerò ceſſans, uitioſum quippiam indicat. Com.3. in Prorrh.cap.61.

Vrina indicat coctionem uenoſi generis. Comm. in Aph. 12. lib.1.

Vrina aquoſa in pueris, eſt peſtilens. Com.2. in Prognoſt. cap.33.

Vrina aquoſa conſiſtentiáque tenuis, atque colore candida ſummam indicat cruditatem humorum, ac naturalis facultatis imbecillitatem. Commentario 2. in Prognoſtica, cap.32.

Vrina aquoſa, exiſtit cruda & diuturna. Comm. in Aph. 32. lib.7.

Vrina naturalis modicè crocea eſt. Com.2. in Prognoſt. cap.30.

Vrina naturalis ſe debet habere modicè in conſiſtentia. Com.2. in Prog.cap.30.

Vrina nigra, ſi melancholici menſes retenti ſint, poteſt nihil mali portendere. Com.3. in lib.3. Epid.cap.82.

Vrina nigra eſt pernicioſa. Com.2. in Prorrh.cap.4.

Vrina nigra quò fuerit craſſior, eò deterior. Comm.2. in Prog.cap.32.

Vrina nigra & aquoſa in omni ætate ſunt pernicioſæ. Com.2. in Prog.cap.33.

Vrina nigra in uigore ætatis cenſetur exitioſiſſima. Com. 2. in Prog.cap.33.

Vrina impenſè rubra, cruda, & incocta eſt. Commē.2. in Prorrh.cap.24.

Vrina ſubrubens eſt ſalubris: morbi tamen ſignificat longitudinem. ibid.

Vrina rubens in medio tum impenſè rubeæ, tum ſubrubentis urinæ, conſtituta eſt, medium tum laudis, tum uituperij obtinens. ibid.

Vrina rubra indicat abundantiam crudioris & ſeroſioris ſanguinis, in uenis hepatis contineri. Commentario primo in librum tertium Epid. *cap.5.*

*Vrina tenuis & nigra, mala eſt.*Commen.3.*in lib.*3. Epi. *cap.*80.

*Vrina tenuis, quàm nigra, magis contraria eſt puerili naturæ.*Com.2.*in* Prognoſtica, *cap.*33.

Vrina tenuis ſi fuerit, haud ſecundum naturam uenæ ſe habent. Commen.in Aph.77. *lib.*4.

Vrina quum ex uenis procedat, in renibus percoletur, in ueſica denique colligatur, ſi præter naturam habeat, aut uenas, aut renes, aut ueſicam, ſe malè habere indicabit.ibid.

Vrina, ſi ex cruditate ſit tenuis, protrahuntur febres, quæ ante coctionem ſolui nequeunt. Com. *quarto in lib.* de Ratione *uict.in morb.ac. cap.*46.

Vrina tenuis, uenas: non tenuis, ueſicam affici, ſi furfurea excernatur, indicat. Commentario in Apho.77. *lib.*4.

Vrina turbulenta, nec reſidẽs, cuiúſq; partes quædam craſſiores ſurſum feruntur, perturbationem in uenis, unà cũ caliditate præter naturam, demonſtrat: collecto non pauco ſpiritu flatulento. Commentario *primo in* Prorrh. *cap.*31.

Vrina adeò pinguis ut oleum, nunquàm eſt uiſa. Com.3.*in lib.*3.Epid.*cap.*72.

Vrinæ acrimonia oritur ab intemperantiis, ſed præcipuè ab eà quæ eſt ſecundum caliditatem: poſt hac, ab ea, quæ eſt ſecundum caliditatem & humiditatem: tertiò ab ea quæ eſt ſecundum humiditatem. Com.*in* Aph.16. *lib.*3.

Vrinæ difficultas, inquire Dyſuria.

Vrinæ odor grauis, ſquamulæq;, ſunt propria ſigna affectæ ueſicæ. Commentario in Apho.81.*lib.*4.

Vrinæ ſedimentum debet eſſe candidum, æquale, ac læue, uſque ad morbi diſſolutionẽ. Com.2.in Progn.cap.26.

Vrinæ ſedimen per initia morbi interdum ſignum bonum non eſt. Comm.in Aph.69. lib.4.

Vrinæ ſtillicidium, inquire Stranguria.

Vrinæ ſuppreßio ſæpißimè antecedit rigorem iudicatoriũ. Commenta.1.in lib.6.Epid. cap.9.

Vrinæ ſubſidentia corpuſcula, ſi laminas imitentur, à ueſica procedunt: ſi pinguia ſint, ab adipe: at quæ magnitudine quidem atque duritie ordei ſimilitudinem habent, nec tamẽ ſunt alba, colliqueſcentis carnis indicia ſunt: quemadmodum nigra lienis potius. Com.5.in lib.6.Epi. cap.15.

Vrinæ ſubſidentia corpuſcula, eruo aut hordeo ſimilia, ex iecinore proficiſcuntur: ſicuti quum carunculis magis ſimilia ſunt, è renibus. ibidem.

Vrinæ ſubſiſtentia, & inſiſtentia, ſolent nos iuuare ad præſentium & futurorum præcognitionem. Com.in Apho. 64.li.7.

Vrinam ſerum eſſe humorum contentorum in uenis. Commentario 1.in lib.6. Epid. cap.5.

Vrinam mingentes ſimilem farinæ craßiori, ſi ſeruari debeant, tardè liberantur: ſi uerò exitialiter habeant, contingit hos quàm primùm interire. Commen.in Apho. 31.lib.7.

Vrinam, cuius ſedimen eſſet bilioſum, pars uerò ſuperfluitans aquoſa, nunquam uidit Galenus. Comm.in Aph. 32.lib.7.

Vrinam colore & conſiſtentia oleo ſimilem, nullo ægri detrimento, ſed in ipſius morbi coctione, ſæpe uidit Galenus: quæ tamen minimè pinguis erat. Commentario tertio in librum 3.Epidemion, cap.72.

Vrinam ſecum habere tanti uigoris ſigna in acutis morbis,

bis,ut uel ipſi ſoli credendũ ſit. Comm.1.*in lib.*6. Epid. *cap.*9.

Vrinam *ſi comitetur ſpiritus flatulentus,ſignum eſt frigidæ ægritudinis renum.* Com. *in* Aph.34.*lib.*7.

Vrinam *cui rubra ſubſident, diuturniorem eſſe illa,cui alba:cæterùm admodum ſalutarem.* Com.3.*in lib.*1.Epid. *cap.*23.

Vrinam *ſupprimi, muſculo conſtringente collum ueſicæ nimis ſuo fungente munere.* Com.3.*in lib.de* Art.*cap.*51.

Vrinæ *pueris excernuntur craßißimæ.*Com.3.*in lib.*6. Epid.*cap.*15.

Vrinæ *uariæ, albæ, graueolentéſq;, rarò abſceſſum indicant:aut prauum certè indicant.* Comm.3. *in* Prorrh. *cap.*71.

Vrinæ *ſedimento carentes, ſi uires adfuerint, longum fore morbum oſtendunt:ſi imbecillitas adſit, ægri mortem prænuntiant.* Com.*in* Aph. 70.*lib.*4.

Vrinæ *indicant quomodo habeant ſucci uenarum,& arteriarum.*Com.1.*in* Prorrh. *cap.*4.

Vrinæ *neutiquam exactè ſignificant morbos muſculorum.* Commentar.4.*in li. de* Ratione *uictus in mor.acut. cap.*83.

Vrinæ,*quæ fermentantur, inſignem craßitiem, ac leuem quandã efferueſcẽtiam poſſident:partéſque in ipſis ſpiritales motionem nactæ, tumore excreſcunt.* Fiunt *autem urinæ id genus, perturbatis, agitatíſque crudis humoribus.* Com.2.*in* Prorrh. *cap.*39.

Vrinæ *iumentorum lotio conſimiles,non indicant eliquationem:fiunt autem in iis qui plurimum collegerunt humoris crudi, quum is à calore funditur.* Commẽ.5.*in lib.*6. Epid.*cap.*15.

Vrinæ *albæ & translucidæ, extremam cruditatem ſignificant.* Commenta.*in* Apho. 72.*lib.*4.

Vrinæ *ſecundum naturam, mediæ ſunt inter tenues, &*

craſſas. Comm.in Aph.69. lib.4.

Vrinæ habentes conſiſtentiam ſecundum naturam, enæoremáque album, coctum iam eſſe morbum declarant, abſque hypoſtaſi. Commen.3. in Prorrhe.cap.71.

Vrinæ prærubræ excernuntur, renibus perperam ſuo fungentibus munere. Commentario primo in Prorrhe. cap.31.

Vrinæ ſubrubeæ, non periculum, ſed morbi diuturnitatem indicant. ibid.

Vrinæ rubeæ longitudinem morbi, non autem planè mortem ſignificant. Commentario primo in lib.3. Epidem. cap.5.

Vrinæ inæquales fortem in corpore perturbationem ſignificant. Comm.in Aph.33. lib.7.

Vrinæ turbulentæ, quales ſunt iumentorum, fiunt materia craſſa & denſa à calore agitata. Com.in Apho. 70.lib.4.

Vrinæ conturbatæ, ſed ſi depoſitæ ſint, ſubſidentes, concoctionis alicuius initium indicant: potiſſimum ſi illico ſubſidant. Quæ uerò non ſubſidunt, præter turbationem flatulentam, craſſitiem etiam humorum ſignificant: ac proinde morbi prolixitatem. Commentario primo in librum tertium Epidemion, cap.5.

Vrinæ craſſæ ſunt multitudine paucæ: ut quæ uix renes pertranſeant. Commentario in Aph.69.lib.4.

Vrinæ craſſiores & pallidiores ſalutem indicant. Commentario quarto in librum de Ratione uictus in morbis ac.cap.50.

Vrinæ rufæ, atræq; flauam bilem abundare in uenis ſignificant. Commentario primo in lib.3.Epid.cap.5.

Vrinæ nigræ, tenues, & paucæ, in ardentibus febribus ſunt pernicioſæ. Comm.2.in lib.1.Epid.cap.75.

Vrinæ meiuntur nigræ, in cauſis & phrenitidibus. Com. 1.in Prorrhet.cap.4.

Vrinæ

Vrinæ nigræ fiunt propter uehementiſsimam caliditatem. Commentario 3. in Prorrh. cap.3.

Vrinæ aquoſæ materiam repræſentant tenuem, & colorem album. Com.3. in lib.3. Epid.cap.73.

Vrinæ aquoſæ abſque albis pendentibus, incoctum eſſe morbum ſignificant. Com.3. in Prorrhet.cap.71.

Vrinæ aquoſæ in delirantibus magnam cruditatem oſtendunt, flauámque uniuerſam bilem rapi ad caput ſolummodo.Commen.in Aph.72. lib.4.

Vrinæ tenues, & nigræ, deterrimæ ſunt. Com.4.in lib. de Ratione uict. in mor.ac. cap.50.

Vrinæ tenues ſolæ indicãt cruditatem morbi.ibid.

Vrinæ quæ exquiſitè ſunt tenues, habere naturalem colorem non poſſunt: albent ſiquidem, quum modicè palleant, quæ boni coloris dicuntur.Cõ.3.in li.1.Epid.ca.31.

Vrinæ ab initio tenues in febribus, magna ex parte fiũt craſsiores, morbo iam ad ſolutionem tendẽte. Comm.in Aph.69.lib.4.

Vrinæ tenues, atq; decolores tempus quidem ad concoctionem deſyderant: non tamen omni ex parte perniciosæ exiſtunt. Com.3.in li.1.Epi. cap.21.

Vrinæ tenues, ſuccorum in uenis indicant cruditatem. Cõ. 2.in lib.3.Epid. cap.6.

Vrinæ tenues longum tempus ut concoquantur deſiderant. Com.3. in li.1.Epid.cap.23.

Vrinæ tenues morbi cruditatem ſignificant. Com.1.in li. 3.Epid.cap.9.

Vrinæ in ſe habentes pinguia, quemadmodum excremẽta, prauæ quidem cẽſendæ ſunt, non tamen exitiales omnino, quòd non perinde ſit, carnem colliqueſcere, ac adipem. Cõ. 3.in lib.3.Epid.cap.72.

Vrinæ, quæ cum labore excernuntur, malæ. Commen.2.in Prorrh. cap.23.

Vrinæ, partium hepatis, renúmq;, & ueſicæ aſfectionẽ

indicant,uaſorúmq; ſanguinem continentium: & uirtutis ſuccos gignentis tum robur,tum imbecillitatē. Com. 2.*in* Prorrh.*cap.*2.

*Vrinarum bonus color in iis qui humorum affluentia laborant, maximum ad ſalutem ſignum habetur.*Com.3.*in li.* 3.Epid.*cap.*78.

*Vrinarum nonnullæ diu manent perturbatæ : nonnullæ citò ſedimen craſſum acquirunt : & citò morbum ſolutum iri ſignificant.*Comm.*in* Aph.70.*lib.*4.

*Vrinarum tenuitas indicat cruditatem morbi.*Com.4.*in li.de* Rat. *uict. in morbis ac. cap.*42.

*Vrinarum conſyderatio ad uniuerſalem uictus formam non ad particularem conferre uidetur.*Com.4. *in lib.de* Ratione *uictus in morbis ac. cap.*77.

Vrinarum per febres retentio, ex ueſicæ refrigeratione, eſt malum ſignum. Comm.2.*in* Prorrh.*cap.*15.

Vrinas interdum ſupprimi, quū aluus multa deiicit. Com*mentario* 1.*in lib.*6. Epid. *cap.*9.

Vrinas interdum, ut abundantis in corpore ſeroſi humoris ſymptomata, excerni. Commentario 3.*in li.*3.Epi. *cap.*41.& 61.

Vrinas etiam eſſe inſpiciendas in affectibus uentris, thoracis,pulmonis,atque neruorū: ut quæ ſi bonæ appareant, multum ad ſalutem conducant: contrà ſi prauæ, periculum ægro adaugeāt. Com. 2.*in lib.*3.Epid.*cap.*6.

Vrinas tenues,decolores,paucáſque,pernicioſas exiſtere: ut & craſſas,ſed quod ſubſideat,aut planè nihil, aut parum habentes. Commentario *primo in libr.*1. Epidemion, *cap.*2.

Vrinas uberiores excerni hyeme,& cum ſedimento largiori,quàm per æſtatem. Com*mentario in* Aphoriſmū 15. *lib.*1.

Vrinas nullum præbere ſignū, quod delirium portendat. Com.2.*in* Prorr.*cap.*2.

Vrinas

Vrinas coctas excreuiſſe nullum eorum, quos diem obiiſſe ait Hippocrates *in libris* Epidemiorum. *Commentario ſecundo in* Prorrhetica, *cap.*23.

Vrinis perturbatis capitis dolores neceſſariò aut adſunt aut aderunt: quoniam ſpiritus flatulentus unà cum calore promptè fertur ad caput. Commen.*in* Aph.70. *lib.*4.

Vrinis inuecta omnia, ſi deorſum ferantur, optima ſunt: & quò magis deorſum tendunt, eò meliora. Commentario ſecundo in Prognoſt. *cap.*36.

Vrinis excreta indicant cruditatem & concoctionem eorum, quæ ſunt in uenis. Com*mentario* 2. *in lib.*1. *Epid. cap.*44.

Vſtione utimur ad maximas affectiones ſedandas, quæ ab humorum uitio exoriuntur: ueluti in malignis ulceribus. Com.6.*in lib.*6.Epi.*cap.*5.

Vſtionem adminiſtramus, interdum quidem, per ferramenta candentia: nonnunquã per medicamenta cauſtica. Commen.6.*in lib.*6. Epid. *cap.*5.

Vterus interdum fertur ſurſum: interdum ad latera uertitur: non quòd ipſe proprio motu à ſua ſede recedat, ſed quòd trahatur ab altero, uel ligamento, uel neruo, uel arteria, uel uena, ad eum perueniente. Commentario tertio in lib.de Arti.*cap.*100.

*Vterus apnœas, & neruorum contentiones inducit, dum cerebro ſuam affectionem communicat. Comm.*2. *in lib.de* Ratione *uictus in mor. acut. cap.*47.

Vterus ſuppuratus uerſus externa, curari per emmota neceſſariò debet. Commentario in Aph.47.*lib.*5.

Vterus inter omnia corporis membra plurimas ac maximas habet uenas: quas, ubi mulieres aut interceptis mẽſibus, aut quæ à partu ſunt purgationibus, aut præterea ex aliqua phlegmone utcũq; orta, malè habent, ſanguine

repleri eſt neceſſe: quo putreſacto, ſi febris accendatur, ea ad ſynochos pertinet. Comm.1.in lib.6.Epid. cap.1.

Vterus non eſt multorũ neruorum particeps. Com.1.in lib.6.Epid.cap.1.

Vterus eſt neruoſus, ob idq; ad maximam molem laxatur, ad minimamq; comprimitur. Com.3.in lib.de Ra. uict.in morb.ac.cap.39.

Vterus habet duos ſinus, per ceruicem, quæ ambobus communis eſt, coniunctos. Com. 2.in lib.6.Epid.cap.43.

Vterus, inquire Matrix.

Vteri os, inquire Os uteri.

Vteri corpus plurimum contrahi, & dilatari poteſt. Cõ. 1.in lib.6. Epid.cap.1.

Vteri phlegmone laborantes mulieres, febribus calidis, ualidisq; corripiuntur per uniuerſum corpus. ibidem.

Vteri morbos contingere ſecundum mentem Hippocratis, in ſola ſuppreßione menſtruorum. Com.in Aph.57. lib.5.

Vteri inflammationem non ſemper comitantur ardentes febres. Com.5.in lib.6. Epid.cap.14.

Vteri inflammationem calidißimæ comitantur febres: ob idque linguæ nigrities. ibidem.

Vteri partem dextram eſſe calidiorem ſiniſtra: ob hepatis uicinitatem. Comm.in Apho.48.lib.5.

Vteri dextra pars recipit ſanguinem, poſteaquam à renibus repurgatus fuerit: ſiniſtra uerò, impurum, atque ſeroſum. Comm.2.in lib.6. Epid.cap.43.

Vteri profluuium deriuandum eſſe ad loca urinaria, uel etiam ad aluum. Com. 2.in lib.6.Epid.cap.7.

Vtero mammisq; intercedit magna neceßitudo. Com.5. in librum ſextum Epidem. cap.18.

Vtero perexigui inſeruntur nerui: quibus ſi deſtitutus fuiſſet, haudquaquam ſentiret. Com.1.in lib.6.Epid. cap.1.

Vtero

Vtero ueſica quidem incumbit, inteſtinum autem ſubſternitur. Com.3. *in lib.*6. Epid.cap.12.

Vtero inflammato fœtum non corrumpi. Com. *in* Aphor. 53.*lib*.5.

Vteri bene temperati ad conceptionem ſunt apti: malè autem temperati, ſi parum à temperie recedant, difficulter concipiunt: ſin uerò nimiùm, mulieres euadunt ſteriles. Com.*in* Aph. 62.*lib*.5.

Vterinam ſuffocationem uocatam, non eſſe ſuffocationem, ſed priuationem ſpiritus. Commen.*in* Apho.35. *lib*.5.

Vulgaris ſiue popularis dicitur morbus, quicunque uno in loco plures inuaſerit. Quòd ſi ſimul eos perimat, peſtis uocatur. Commentario tertio in librũ 3. Epid.cap.20.

Vulgares morbi è genere ſunt popularium uniuerſaliumq́; , qui diſperſis morbis è regione opponuntur. Præf.*in lib*.1.Epid.

Vulnus dicitur carnis ſolutio. Comment. 2. *in lib*. de Fract.cap.1.

*Vulnus eſt ſolutio continui in carne.*Comm.1.*in lib*.de Fract.cap.1.

Vulnera praua dicuntur, quæ ſunt in capitibus & finibus muſculorum. Com. *in* Apho.60.*lib*.5.

Vulneribus fortibus ſuperueniunt inflammationes, & conuulſiones. Com.*in* Aph. 13.*lib*.7.

Vulnera recentia eſſe conglutinanda. Com. 4.*in lib*. de Arti.cap.23.

Vulpinæ carnes autũno ſunt probatiſſimæ uuarum ratione. Commen. 4. *in lib*. de Ratione *uictus,in morbis acutis,*cap.101.

X

XEnophon *imitatur eloquutionem* Hippocratis. Cõ. 1.*in lib*.de Art.cap.69.

Y

YΔροφόβος,*hoc eſt, aquæ formido, quem morbum canis*

canis uirus paulatim longóque tĕpore inducit, ſumma in ſolidis animalis partibus ſiccitas eſt, atque unà adaucta naturalis caliditas, & in igneam conuerſa. Comment. 2. *in* Prorrhetic. cap. 16.

Υπάλειπτρον *dici inſtrumentum quodcunque, quo ad illinendum utimur.* Commentar. 2. *in* lib. de Artic. cap. 43.

Υποδεσμίδες *conformatum os continent, inflammationemq́; ab affecta parte repellunt.* Commen. 3. *in* lib. de Offic. cap. 11.

Υποδεσμίδας *uocat* Hippocrates *eas faſcias, quæ ſtatim læſæ particulæ iniici ſolent.* Comment. 3. *in* lib. de Offic. cap. 6.

Z

Zona *exquiſitam habens temperiem, ac mediam orbis terrarum, eſt quæ per* Cnidum, & Coum *ducitur.* Commentario *in* Aphoriſ. 14. lib. 3.

FINIS.

ORNATISSIMO VIro, Domino Petro Carnicier, Ferdinandi Romanorum Regis Primario Medico, Andreas Lacuna S. P. D.

QVemadmodum qui cupiũt redire in gratiam cum iis, quos aliqua ex parte læſerunt, officio aliquo, aut beneficio, ſolent illos placare: ſic ego poſt tam diuturnum ſilentium cupiẽs te ſalutare meis literis, Vir clariſsime, accuratiùs apud me penſitaui, ecquidnam ſimul cum illis mitterem, quod animũ tibi meum reconciliaret, mihiq́; veniam ceſſationis alliceret. Varia igitur volutanti, inter alias ſchedas meas tandem ſe ſe mihi obtulerũt, Enantiomata quædam, ſiue Contradictiones Galeni,

leni,quas ſuperioribus annis obiter,dũ Epitomen illius concinnarem, collegi. Eas itaque nondum in homonœam reductas (neque enim id nobis per alias occupationes licuit)ad tuam amplitudinem mittimus,vt earum difficultates atque nodos omneis iſto acri iudicio tuo diſcutias, tantiq́; viri,qui in eis minimè ſibi conſtare videtur, fidem, authoritatemq́; tuearis. Quod quidem ſi præſtiteris, mereberis de medica iuuentute quàm optimè, leuabisq́; me onere vt difficili & laborioſo,ſic vereor ne ſupra vires meas. Vale, méque vt hactenus feciſti, perpetuò ama.Romæ pridie Cal.Feb. 1552.

Contradictio I.

Libro de Tremore & palpitatione, iuxta principium, ſic legitur: Tremor verò motus inuoluntarius eſt partium, quæ viciſsim ſurſum deorſumq́; mouentur. Cui ſententiæ refragari videtur, quod ibidem paulò pòſt ſubditur: nempe: Motus quoque in iis qui membra mouere nolunt, inuoluntarius omnino ponitur: in tremore autem affectis, non ſine uoluntatis imperio motus prouenit.

Contradictio II.

Libro de Fœtuum formatione, circa finem ſic Galenus ediſſerit: Apparet igitur vnumquodque animal illa corporis parte ſeſe ad vindictam parare, quæ alias ſupereminet: vitulus quidem, fronte impetere, prius quàm cornua enaſcantur: pullus equinus calcitrare, nondum ſolidis vngulis: veluti etiam catulus mordere tentare videtur, etiamſi nondum fortes dentes ſortiatur. Similiter & ea, quæ ex volucrium animalium ſunt genere, volare nituntur, etiamſi nondum poſsint. Quæ ſanè oſtendere videntur, animam partibus vtentem, noſſe ipſarum vtilitatem, vt quæ ipſa illas conſtruxerit, & non ab alio factis vtatur: &c. Quum tamen paulò pòſt videatur ſtabilire contrarium, affirmans ſe exiſtimare, nec animam vegetatricem, nec rationalem, exiſtere opificem ipſius fœtus cauſam.

Contra

Contradictio III.

LIbro 2. de Differentiis febrium, capite primo ait, hemitritæum eſſe è numero continuarum febrium. Præterea Commentario 2. in lib. 6. Epid. cap. 22. aſſerit ſemitertianam eſſe periculo obnoxiam, minimeq; intermittere: ſic vt ſemitertiana nulla febris dicatur, quæ integrè deſinat. In libro tamen de Typis affirmat, ſemitertianam febrem non ſemper eſſe continuam, ſed & intermittẽtem quandoque inueniri.

Contradictio IIII.

LIbro 4. de Præſagatione ex pulſibus, vbi de pulſu in affecto iecinore, inquit: Nunquam etiam ex thoracis vel iecinoris tumore fit mollis pulſus, eò quòd neque innaſcitur his inſtrumentis œdema pituitoſum. Cui ſententiæ contraria eſt, quæ habetur libro eodem, vbi agitur de pulſibus ſuccedentibus affectis meningibus, hunc in modum: His præ cæteris vicinior eſt ille, qui ex iecinore & liene oritur œdemate affectis, &c. Niſi dicas pro œdemate intelligere Galenum impræſentiarum quemuis humorem, quod nuſquam eſt ſolitus facere, niſi pituitoſum duntaxat.

Contradictio V.

CVm in aliis locis innumeris, tum vel maximè tertiodecimo de Medendi methodo, Galenus ait

ait lienem nutriri craſsiſsimo ſanguine, & longè craſſiori, quàm ſit is, quo hepar nutritur. Eius autē verba hæc ſunt: Lienis verò rarior ſubſtantia, quàm iecinoris eſt: cæterùm crebrius ſcirrhoſis vitiis affligitur, propter nutrimenti, quo vtitur, ſpeciem. Monſtratum nanque eſt, quòd craſſo nutritur ſanguine, qui veluti limus purioris eſt, facillimeq́; nigra bilis efficitur: ideoq́; ipſum melācholicum, ſiue atrum excrementum vocamus. Et paulò pòſt ſic rurſus ſubdit: Nam quale medicamentum eſt abſinthium iecinori, tale eſt lieni capparis cortex: quale rurſus iecinori quod vocatur eupatoriū, tale eſt lieni ſcolopendriū. Siquidem ſimilia genere medicamenta ambo viſcera poſtulāt. cæterùm tantò valentiora lien, quātò craſſiore vtitur alimento, &c. Quibus ex diametro aduerſum eſt, quod ſcripſit libro quarto de Vſu particularum in hunc modum: Splenis verò corpus, quum tantò rariùs hepate ſit, quantò eſt craſsius pulmone, meritò ex tenuiore parte nutritur ſanguinis. Qui nanque attrahitur ad ſplenem, craſsior eſt eo, qui eſt eſt in hepate: at quia elaboratus ab arteriis, quæ illic habentur, atque adeò à venis multò denſiorem tunicam habentibus, quàm quæ inſeruiunt hepati, nō affatim, neque craſſus, carni ſplenis, ſed ſubtilis, & paulatim mittitur. Ob id caro quidem huius viſceris, rarior & leuior eſt, quàm hepatis: non tamen rubicundior, aut flauior. Et paulò pòſt ſic ſubdit: Hepar quidem ex rubicundo & craſſo ſanguine: ſplen au-

tem, ex ſubtili & nigro: pulmo ex elaborato ad vnguem, flauo, ſubtili, ſpirituoſo, ac puro, ſumit ſibi alimentum.

Contradictio VI.

C*Irca medium commentarioli, in quo diſcutit, quos purgare, & qualibus medicamentis, oporteat, ſic ait Galenus: Per initia enim ſeroſos, tenuéſque ſuccos vacuabis: in craßis autem, & viſcidis, quales natura ſunt & pituita, & atra bilis, concoctionem expectabis, &c. Quibus ſanè verbis docet tenues ſuccos vacuandos eſſe, non expectata ipſorum coctione. Quòd autem ſucci omneis qui tenues ſunt, etiam exiſtant crudi, didicimus id ex Com.1.in lib.1.Epid. cap.24. Cui ſententiæ aduerſari videtur, quod multis in locis prædicat, crudos omnes ſuccos prius coquendos eſſe, quàm euacuandos: ac præcipuè quod ad calcem libri de conſtitutione artis medicæ innuit, tenues ſuccos eſſe craßiores reddendos.*

Contradictio VII.

C*Ommentario 2.in Progn. cap.36. Galenus hunc in modum pronuntiat: Pueri côncoquunt omnia ocyßimè, præ robore facultatis alteratricis: & Com.3.in Progn.cap.34. Pueri (inquit) ex tribus facultatibus, quæ corpus ipſum diſpenſant, duas fortiores ſortiuntur, quàm cæteri: tertiam, quæ neruis ineſt, imbecilliorem. Libro etiam 3.de Symptomatum*

cauſis

cauſis aſſerit, iuuenes ſuperari à pueris facultatis alteratricis robore. Com. 3. in lib. 6. Epid. cap. 15. eadem ſtabilit, dicens: Pueris naturales functiones omnes robuſtæ ſunt: ac proinde ſuccorum craßitudo in ipſis funditur, ac diſſoluitur. Hiſce autem ſententiis omnibus contraria eſt, quæ habetur Comment. in Apho. 27. lib. 3. talis quum ſit: Alterantur enim puerorum diſpoſitiones citißimè, cùm propter humiditatem corporis, tum ob naturalis potentiæ imbecillitatem. Quæ ſanè verſio congruit vniuerſis Græcis codicibus, quoſcunque mihi uidiſſe contigit. Omnes quippe habent: ἀλλοιοῦνται γὰρ αἱ διαθέσεις τῶν παίδων τάχιστα, διὰ τὴν ὑγρότητα τοῦ σώματος, καὶ τὴν τῆς φυσικῆς δυνάμεως ἀῤῥωστίαν. *Crediderim tamen omnia exemplaria corrupta & peruerſa eſſe: nec legendum,* ἀῤῥωστίαν, *ſed* εὐρωστίαν, *hoc eſt, robur, & firmitudinem.*

Contradictio VIII.

Com. 1. in li. 6. Epid. cap. 1. ait neruos eſſe omnino cauitatibus deſtitutos: cui cōtradicit, quod lib. 1. de Symptomatum cauſis prodidit hunc in modum: Igitur eius cauſa coniuncta, affectus nerui eſt talis, vt facultatem illi à principe parte miſſam impedire poßit. Atqui impedietur, ſi neruus meatu aliquo præditus, vel obſtructus ſit, vel compreſſus, &c. Libro etiam de Diſſectione neruorum, & 8. & 10. & 16. de Vſu particularum: & lib. 4. de Locis affectis, cap. 1. ait opticis neruis conſpicuos in-

eſſe meatus. Præterea lib.15.de Vſu particularum, pudendi neruum eſſe excauatum prædicat.

Contradictio IX.

C*Om.3.in li.de Articulis, cap.81.ſic ait: Otium graciliores efficit fibras, cap.93. Otium extenuat partes.Com.3.in li.6.Epid.cap.2. Otium liquefacit: otioſáq; vita extenuat corpus nõnullis, qui ab exercitiis ad otium ſe tranſtulerunt.Com.2.in lib. de Fracturis, cap.59. Otium diuturnum membra ſeipſis graciliora reddit, &c. Quibus reluctatur illud quod habetur Com.1.in lib.3.Epid.cap.4. Otioſis repletur corpus: quódque ſcriptum eſt Com.3.in lib. 6.Epi.cap.2.Otium natura ſua minimè vacuat abundantiam humorum.Iam verò eodem Com.3.in lib.6. Epid.cap.2. ait, Exercitationes omnes tum adipis, tum carnis, adeóque humorum abundantiam exhauriunt. Et Com.1.in lib.6.Epid.cap.5. Exercitationes (inquit) euacuant plenitudinem: ad concoctionem quicquid pituitoſum, craſſum, & crudum eſt, perducunt: attenuant inſuper, robúrque addunt vniuerſis corporis partibus. Quin & Com.in Aph.13.lib. 4.ait, Exercitia eſſe apta natura exiccare. Si igitur exercitia exiccant, vacuant, atque colliquant corpora, quî obſecro fieri poteſt, vt otium, atque deſidia, quæ illis contraria ſunt, non contrarias diſpoſitiones moliantur? niſi quis dicat, otium ipſum augere quidem humores in corporis vacuitatibus: minuere autem, eneruaréque ſubſtantiam ſolidarum particularum,*

rum, contrà quàm per exercitia vſuuenit. Atq; hoc planè videtur ſenſiſſe Galenus, dum cap. ſuperiùs citato ait, Otio quidẽ graciliores effici fibras: carnem verò copioſiorem, propter humiditatẽ: &c. vbi contraria de exercitiis ſubdit, Exercitia, inquiens, reddunt fibrarum quidem ſubſtantiam pleniorem: carnium verò minorem, ſed validiorem. Huc pertinet, quod habetur Com. 3. in lib. de Offic. cap. 28. Otium eneruat corpora, effœminátque: exercitatio contrà, ſtabilit, & roborat. Item quod capite 22. Commentarij eiuſdem: Otium reddit imbecillas vires membrorum.

Contradictio x.

LIbro de Animæ morum, & corporei temperamenti mutua conſequutione, ſic ait Galenus: Furentes & iracundos caloris abundantia efficit: ſtupidos verò graues, & pigros, temperaturæ frigiditas. Ad finem eiuſdem Commentarij ſic rurſus ſubdit: Calida nanque, exempli gratia, temperies iracundos facit: inde rurſus iracũdia ingenitum calorem accendit, & igneum reddit. Libro autem 2. de Cauſis pulſuum, vt in aliis compluribus locis, iracundiam ait eſſe caloris innati veluti quendam feruorem. Iam verò lib. 2. de Temperamentis eadem in hunc modum confirmat: Gallis enim, Germanis, & omni Thracio & Scythico generi, frigida humidáq; eſt cutis. Omnis autem naturalis his calor in viſcera cõfugit vnà cum ſanguine: vbi dum agitatur & pre-

mitur, feruétq;, iracundi, audaces, & præcipitis conſilij redduntur. Eadem aſſerit lib. 5. de placitis Hippocratis & Platonis, in hunc modum: Ceterùm animæ conſtitutiones ex diuerſis corporum temperamentis oriuntur: quum videamus ipſorum animaliũ quæ calidiora, & lati pectoris ſunt, omnia ſortiri naturam iracundiorem: vt timidiorẽ, quæ latis coxis, & frigidiora. His omnibus planè aduerſari videntur quæ ſcripta ſunt Com. 2. in li. 1. Epid. cap. 78. in hanc ſeriem: Ἔλεγον δὲ, ἡλικίας εἶναι θερμὰς, ἐν αἷς ὁ πικρόχολος πλεονάζει χυμός: τὰς φύσεις δὲ, δυσδιαφορήτους. ὥστε ἄχρι μὲν τοῦδε τὴν ἀρχὴν ὧν εἰρήκαμεν, ἔτι λείπεται περὶ τῶν ὀξυθύμων εἰπεῖν, οὓς ἐναντιωτάτους φησὶ τοῖς θυμώδεσιν ὄντας. Ἀνδρεῖοι μὲν γάρ εἰσιν οἱ θυμώδεις, καὶ καταφρονητικοὶ τῶν μικρῶν πραγμάτων. μικρόψυχοι δ᾽ εἰσὶν οἱ ὀξύθυμοι, διότι τὸ γενναῖον τοῦ τῆς ἀνδρῶν ψυχῆς οὐκ ἔχουσιν. ὥστε καὶ οἱ ὀξύθυμοι ψυχρότεροί τε ταῖς κράσεσι, καὶ δυσδιαφόρητοι γενήσονται. *Quæ omnia ita vertenda ſunt: Dicebam autem ætates calidas eſſe eas, in quibus amarus humor redundat: naturas autem, quæ difficulter difflantur. Quocirca ex iis quorum ab initio mentionem hactenus fecimus, reliquum eſt, vt de iracundis agamus: quos maximè contrarios ait eſſe animoſis. Quippe animoſi, viriles ſunt, & humilium rerum contemptores: iracundi verò contrà puſillanimes, quòd generoſa, virilíque animæ parte ſint deſtituti. Quare iracundi temperamento frigidiori*

erunt

erunt, difflabuntúrque ægrè. Produximus Græcam dictionem, & quòd ab interprete non fuerit ſatis feliciter verſa, & vt intelligant eruditi, hic vocari à Galeno ὀξυθύμους, *eos qui ſunt ad iracundiam procliues, qua voce paſsim ipſos ſignificare eſt ſolitus.*

Contradictio XI.

L*ibro 2. de Temperamentis affirmat, neque puerum ætate florente, neque hunc illo, abſolutè calidiorem exiſtere, in hunc modum:* πολλῶν γὰρ ἐφεξῆς ἁπτόμενος σωμάτων ἐπιμελῶς, οὐ παίδων μόνον, ἢ βρεφῶν, ἀλλὰ καὶ μειρακίων, καὶ ἀκμαζόντων, εὑρίσκον οὐδετέρους ἀληθεύοντας, οὔτε τοὺς θερμότερον ἁπλῶς, οὔτε τοὺς ψυχρότερον εἰπόντας εἶναι τὸν ἀκμάζοντα τοῦ παιδός. εἰ γὰρ τὰς ἄλλας ἁπάσας τὰς ἔξωθεν ἀφελὼν ἀλλοιώσεις, τὰς ἐκ τῆς ἡλικίας μόνης ἐπισκέπτοιο διαφορὰς, οὐδέτερος σοὶ φαίνεται θερμότερος ἁπλῶς. ποιότητι γάρ τοι διαφέρουσιν αὐτῶν αἱ θερμότητες, ἐπ᾽ ἀνίσῳ τῇ διαπνοῇ. *Quæ ſic vertenda mihi videntur: Complura enim deinceps corpora, non puerorum modò, aut infantium, verùm etiam adoleſcentium, & ætate florentium, curioſè tangens, neutros vera loquutos inueni, neque eos qui abſoluto ſermone calidiorem, neque eos qui frigidiorem eſſe florentem ætate, quàm puerum, dixerunt. Si enim reliquis omnibus, quæ extrinſecus adueniunt, alterationibus circuncisis, eas quæ ex ſola ætate proueniunt, differentias æſtimaueris, neuter abſolutè loquenti videbitur tibi calidior.*

Quippe diſſident eorum calores qualitate quadam, quæ ex imparitate diſflatus gignitur: &c. Quibus contraria innuit Com.1.in lib.6. Epid.cap.4. vbi ait: ὅπως γὰρ ὁ ἀκμάζων θερμότερός ἐστι τοῦ παιδὸς, ἔμαθες ἐν τοῖς περὶ κράσεων. ἔνθεν καὶ ὅπως ὁ παῖς τοῦ ἀκμάζοντός ἐστι θερμότερος. ὁ μὲν ἀκμάζων, ἁπλῶς θερμότερος, ὁ δὲ παῖς, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι πλέον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. *Quæ ſonant: Quo pacto enim qui ætate viget, puero calidior ſit, didiciſti in Commentariis de temperamentis: vbi etiam docuimus, qua ratione puer ſit calidior ætate florente. Etenim is qui viget ætate, abſolutè calidior exiſtit: puer autem, non abſolutè, ſed quòd plus habeat calidi innati.*

Contradictio XII.

COm.3.in lib.3.Epid.cap.46. ſic interpretatur Hippocratem. Nam his verbis febrium eſſe ſpeciem febrē ardentē, & phrenitim, oſtendit, &c. Similiter eod. Com.cap.64. ſic ait: At in prædicta oratione proprium nomē febris ſcripſit, & eſt omnes ſpecies eius perſecutus: deinde communi nomine continuas indicauit, quarum febres ardentes prædixit, & phrenitidas, &c. Com. autem 1. in lib.6. Epid. cap.28. contraria aſſerit, nimirum in hunc modum: Cæterùm febrium enumeratio, quæ in præſenti propoſita eſt oratione, ab ea differentia prodit, quæ à calore deſumitur: ſub qua & peſtilens febris compræhendi poteſt, vt quæ putridum habeat calorem: non poteſt

poteſt autem phrenitica, quum non, quemadmodum aliis, ſic etiam ipſi Hippocrati fuerit mos, vt phrenitim febris ſpeciem nominet.

Contradictio XIII.

Com. in Apho. 25. lib. 3. ait, neminem poſſe cohibere anhelitum: id quod perinde eſt, ac ſi dicat, opus reſpirationis minimè voluntarium exiſtere, ſed perpetuum, & naturale: cuius planè contrarium videtur eſſe, quod lib. 2. de Motu muſculorum aſſeuerauerat, talia proferens: Quod autem totum opus reſpirationis voluntariè, & ſponte ab anima fiat, declarauit quidem id barbarus ille ſeruus, qui quum vehementer ira concitatus, mortem ſibi conſciſcere decreuiſſet, proſtratus humi, reſpirationéq; cohibita, lõgo ſanè tempore immobilis manſit: poſtea verò paulũ volutatus, hoc pacto expirauit, &c.

Contradictio XIIII.

Lib. 1. de Simpl. med. fac. ca. 8. ait aquam quidem dulcem, eſſe remedio ſitienti: cæteras verò, acerbiorem ſitim relinquere. Cap. etiam 29. affirmat refrigerationem, ſitiſq; extinctionem, prouenire ab aqua, vt quæ frigidam humidamq; naturam ſortiatur. Contraria verò pronuntiat Com. 3. in lib. de Rat. vict. in morb. ac. cap. 40. vbi agens de aqua puriſſima, affirmat eam nec ſitim ſedare, nec humectare, nec alere. Com. etiam in Apho. 13. lib. 4. ait aquam nec potam, nec occurſantem extrinſecus, eſſe aptam natura humectare ſolidas animalis particulas.

Contradictio xv.

COm.1.in lib.de Rat.vict.in morb.ac. cap. 22. ait mulſam & vinũ magis humectare, quàm aqua humectet: quum tamẽ lib.1. de Simpl,med.fac. cap.30. ſcripſerit, aquam humidorum omnium eſſe humidiſsimam, nihilq; dari aqua humidius. Quòd ſi quis dicat, vinum ad digeſtionem, hoc eſt, ad ipſam diſtributionem, eſſe aqua ipſa præſtantius (vt ex Com.4.in lib.6. Epid. cap.20. liquidò conſtat) ac proinde humectare potentius, etiamſi non ſit aqua humidius: producemus ipſiusmet autoritatem Galeni, qui Com.3. in lib.de Rat.vict. in morb.ac. cap.8. ait vini aſtrictionem ab aqua exolui: vnde liquet vinum eſſe aſtringentius aqua, ob idq; penetrare multò ægriùs, atque humectare minus, in ſummaq;, eſſe craſsiorum partium: ſi verum ſit quod habetur lib.4.& 9.de Simpl.med.fac.& 4.de Comp.phar. ſecundum gen.& 6.de Comp.phar.ſecũdum partes. & 1.de Sanitate tuenda, nempe aſtringentia omnia exiccare, ac meatus conſtringere. Taceo, quod idem Galenus ait Com.2.in lib. de Fra. cap. 72. vinum videlicet exiccandi, repellendiq; facultatem ſortiri. Vnde videtur etiam ipſi Galeno aduerſari, quod ab eo ſcriptum eſt. Com.3.in lib.de Rat.vict.in mor. ac. aquam deduci à vino per vniuerſum corpus.

Contradictio xvi.

COm.3.in lib.de Rat.vic.in mor.ac.cap.40.ait aquã bileſcere in iis, in quibus tumefacta ſunt

viſcera, corrumpique in bilioſo ventriculo. At libr.9.de Medendi methodo, eryſipelas verum, conſiſtensq́; in aliquo viſcere, non aliter quàm potione frigidæ perſanari profeſſus eſt. Libro autem primo de Arte curatiua ad Glauconem, in febribus præter modum calidis, vrentibusq́ue, quales nimirũ oriuntur à flaua bile, audacter frigidã propinandã cẽſet.

Contradictio XVII.

Com.2.in lib.1.Epid.cap. 77.affirmat, eos qui capillis ſunt nigris, minùs difflari, eſſeque frigidiori temperamento, hæc in medium producens: Nanque glabros, & qui cute ſunt albida, item qui capillis rectis, capillis nigris, oculis nigris, & qui domi in otio inertem vitam egerunt, oſtẽdimus cùm in aliis Commẽtariis, tum in iis, quos de temperamentis cònſcripſimus, minus digerere habitum, quòd frigidiori ſint temperamento præditi, &c. Atqui lib.2. de tẽperamẽtis, contraria de iis, qui pilos nigros ſortiuntur, prodidit, in hunc modum: Fit autem niger pilus, quum deuſto vi caloris vapore, excrementum in exactam fuliginem permutatur. Paulò verò pòſt de pilorum generatione ſecundum regionum temperaturas, ſic diſſerit: Ergo Aegyptij, Arabes, Indi, quiq́ue calidam & ſiccã regionem incolunt, nigros exiguiq́ue incrementi, ſiccos, criſpos, & fragiles pilos habent. Dein verò, de pilorum ortu pro ætatum temperamentis, ſubiungit talia: At qui iam florent, valentiores, & multos, & magnos, & nigros habent:

bent:quòd & frequentes iam iis ſint facti meatus, & fuliginoſis excrementis præ ſiccitate & calore abundent.

Contradictio XVIII.

CVm in aliis cõpluribus locis, tum vel maximè, ad finem libri de Optima ſecta, Galenus ait, phlegmonen eſſe tumorem præter naturam, dolorificum, renitentem, durum, & calidum. Cuius contrarium eſt, quod ſcripſit Comm.1.in lib.6. Epid. cap.29. Nempe, Indureſcũt dura præ frigore exiccata, vel ex ſcirrho, vel ex ſiccitate. Nam phlegmone tumorem minimè durum excitat, ſed renitentem, perſimilem vtribus humore, ſpiritúve repletis.

Contradictio XIX.

LIb.6.de Locis aff.cap.2.& Com.in Aph 10. lib.7.& Com.2.in lib.3.Epid.cap.6. & Com. in Apho.44.lib.6.& lib.3.de Naturalibus facultatibus, ait, ileo morbo detentos reddere ſtercus vomitu. Cui repugnat, quod habetur Com.in Apho.12. lib.4. nempe, vomitione nihil eorum vacuari poſſe, quæ continentur in inteſtinis.

Contradictio XX.

LIb.11.de Simpl. Med. fac. cap. de viperarum carne, ait, à ratione ſibi videri alienum, ad parandos theriacos artiſcos, viperarũ caudas præcidere: quũ libro de theriaca ad piſonem, Andromachi deſcriptionem probet, qua præcipitur, vt non modò ceruices,

ceruices, ſed etiam caudæ abſcindantur, quòd vtraque parte venenum gerant.

Contradictio XXI.

LIb.2.de Placitis Hippocratis & Platonis ſic diſſerit: Etenim ſi nudaueris cor, contuderisq́; ipſum, atque depreſſeris, nec voce, nec ſpiratione, nec vlla prorſus voluntaria actione impediri animal cernes. Cerebrum autem oſsibus ſi detexeris, aut quencunque ipſius ſinum compreſſeris, non modò mutum, ac prorſus, ſpirationis expers, efficies, ſed etiã omnino ſenſu, omnibusq́ue arbitrariis actionibus, animal ipſum priuabis, &c. Quibus reluctantur ea, quæ libro 7. ſcripſit. Sunt autẽ hæc: Porrò exciſo capitis oſſe, viuente adhuc animali, & craſſiori detecta membrana, ſi vtrobique medio rectitudinis, quà cerebro hæc plexu duplici incumbit, per hamulos eleuatam, aut ſolam ipſam incideris, aut totam excideris, neque inſenſile, neque immobile, ipſum euadet animal: quemadmodũ nec ſi obtegentem ipſius partem totum poſterius cerebrum, aut ſolam incideris, aut excideris: imò verò nec ſi cerebrũ ab ipſis quomodocunq; excindas, ſic quoque animans motus aut ſenſus expers reddetur, prius quàm ad aliquem ventriculum eius talis ſectio perueniat.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Errata paucula, ſuis locis reſtituenda.

PAgina 7. columna 2. verſu 8. lege, Aborſus. pag. 21. col. 1. verſ. pen. inſidamque. pag. 25. col. 1. verſ. 21. bulbi. pag. 28. col. 2. ad finem obtuſus. pag. 32. col. 1. verſ. 21. interciderit. pag. 60. col. 2. verſ. vlt. talus. pag. 68. col. 2. verſ. 18. oporæ. pag. 99. col. 1. verſ. 27. calor. pag. 100. col. 1. verſ. 23. lib. 1. pag. 113. col. 1. verſ. 22. madentem. pag. 121. col. 1. verſ. 16. Dentium. ead. pag. col. 2. verſ. 13. temerariæ. pag. 160. col. 1. ver. 3. iudicauerit. pag. 183. col. 2. verſ. 17. *γνάθον*. pag. 221. col. 2. verſ. 5. magis quàm. pag. 240. col. 2. verſ. 13. conuulſione. pag. 248. col. 2. verſ. 26. aliam. pag. 327. col. 1. verſ. 28. minxerit. pag. 359. col. 2. verſ. 21. minúſque. pag. 363. col. 1. verſ. 28. Septimanum. pag. 372. col. 1. ver. 8. areſcentibus. pag. 373. col. 2. ver. 2. Solſtitia. pag. 394. col. 2. verſ. 19. ſubſtantiæ. pag. 395. col. 2. ver. vlt. Syncopæ.

Extraict du priuilege du Roy.

PAr grace & priuilege du Roy eſt permis, & octroyé à Guillaume Rouille, Libraire de Lyõ, d'imprimer, ou faire imprimer, tant de foys, & en tel nombre que bon luy ſemblera, ce preſent liure, intitulé *Epitome omnium rerum & ſententiarum, quæ in Cõmentariis Galeni in Hippocratem extant, per Andream Lacunam, cum nonnullis Galeni Enantiomatibus, per eundem Lacunam collectis*: & ſont faictes inhibitions & defences depar ledict Seigneur à tous autres Libraires & Imprimeurs, & perſonnes quelconques de n'imprimer, ne faire imprimer, vendre ny diſtribuer, en ſes païs, terres, & ſeigneuries, autres que ceux qu'aura imprimé, ou fait imprimer ledict Rouille: & ce durant le temps & terme de dix ans, à commencer du iour & datte que ſerõt paracheués d'imprimer leſdictz liures: ſur peine de confiſcation des liures qu'ilz imprimeroyent, & d'amende arbitraire, applicable audict Seigneur. Et outre ce, ledict Seigneur, tant pour ceſte œuure que pour autres contenues & mentionnees en ſeſdictes lettres, & autres que par-cy apres il permettra audict Rouille d'imprimer, en mettant au cõmencement, ou à la fin, en brief & au vray (ſur peine d'encourir crime de faux) le cõtenu en ſeſdictes lettres de priuilege, veult & luy plaiſt qu'elles ſoyẽt tenues pour ſuffiſamment ſignifiees à tous Libraires, Imprimeurs, & autres: & ſoit cela de tel effect & vertu, que ſi leſdictes lettres leurs auoyent eſté expreſſement monſtrees & ſignifiees: ſauf que, s'ils veulent pretendre qu'elles contiennent moins que ce que ledict Rouille aura mis en ſondict brief, ilz ſeront remis à en demander exhibition par deuant le Senechal de Lyon, ou ſon Lieutenãt: lequel, quant à ce, a eſté commis par ceſdictes preſentes: le vidimus deſquelles ledict Rouille ſera tenu de deliũrer à tous Libraires & Imprimeurs, & autres qui l'en requerront, à leurs deſpens: & y ſera foy adiouſtee comme à l'original: nonobſtant oppoſitions & appellations quelconques, mandemens, ordonnances, reſtrictions, defences, eſtabliſſemens de Courtz & iuriſdictions, & lettres à ce contraires, leſdictes inhibitions & defences tenans: comme plus à plein eſt contenu & declairé par leſdictes lettres de priuilege, ſur ce donnees à Villiers Coſteretz, le dernier d'Octobre, M. D. LIII.

Ainſi ſigné, Mahieu.

1971